I P D I

1 5 0 7



DE

P. RAMI DIALECTICAE

PRAECIPVIS CAPITIbus Disputationes scholasticæ, & cum ijsdem variorum, tum antiquorum, tum neotericorum Logicorum & quorūdam etiam animaduersorū comparationes.

quæ

PAEDAGOGIAE LOGICAE pars Secunda, qua omnibus illorum decretis consilijsque collatis veritas artis exquiritur.

Auctore

FREDERICO BEVRHEVSIO Menertzhagense, Scholæ Tremonianæ Rectore.

Editio locupletior & emendatior.

COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXXVIII.
Cum Gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

ΕΙΣ ΤΑ ΤΗΣ ΛΟΓΙΚΗΣ ΕΞΗ-
γήματα παρὰ τοῦ Φρεδερίκου Θεύρ-
ρυσίου τεκτηνάμενα.

Ἐξέτασις τεχνῶν πυκιμήδης σύμφορός ἐσι,
καὶ συμβαλλεσθαι ἔυφορα πολλὰ φύει.
τῆς λογικῆς Διδαχῆς πολυποίκιλόν ἐσι ταμεῖον,
τῆς λογικῆς διδαχῆς, ὅια σίνοψις ἔφυ.
πυκνὰ διακρίνει λογικῶν θεωρήματα πολλῶν:
ἠδὲ διαλλάπτει δόγματ' ἐριζομένων.
ταῦτα παροξύνει ψυχὴν σπουδάσματα δεινὰ:
ἀσχολιη τάυτης ἑλτέρα οὐδεμία.
ὥσπερ ὁ ἐιαρινῶν ἀνθῶν πολὺ κῆπος ἄπὸζων
ἐυφράινει ῥίνας κώμματα φροῦδαβροτῶν:
ὥς βίβλος ἐκδομένη νεοτευχὴς ἀισίω ὄρνει
συμμίκτης φετμῆς στῆθεα θελγομένη.
πάντη ἁρμὸζουσα βίβλος, πάντητε μετροῦσα
καὶ ςαθμῶσ' ὀρθῆ δόγματα τῆ τρυτάνη.
ταυτῆ ἀναγνώσει χρέος ὔποτε πόνον ἀλέυειν,
ἐν μούσης ὁράκης μὴ σκὸταν, ἀλλὰ φόως.
πολλῆ μὰν τεχναι ἀσκήσει συντελέονται,
μὴ κλέος ἐκ μουσῶν οὐδὲν ἀεργὸς ἔχει.
Ἀξιόν ἀινεῖσθαι πέλε τ' ἐξήγημα διειδὲς,
σεμνοῦτ' ἀυδῆες τὄυνομα συγγραφέως.

Φίλιππος ὁ Φαβρίκιος
Μαρκοδουραγεύς.

14073
19356195?

FREDERI-
CVS BEVRHVSIVS
LECTORI BENE-
VOLO S.



DMIRABILEM AC pœnè diuinam ésse Logicæ artis dignitatem, incredibilemque vtilitatem (candide lector) non humana tantùm, sed etiam diuina auctoritate nobis est cõprobatum. Nam quemadmodum naturalis ratione vtendi, hoc est, disserendi facultas, ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ vt visus in oculo, ita in mente diuinitus, tanquam sapientiæ lumẽ impressa, ad omnes omnino res, omniaque humani generis negotia dijudicanda pertinet: ita Dialecticam artem, naturalis Rationis vsus imaginem, ex præstantibus omnium benè differentium exemplis expressam, tam latè, quàm ipsius Rationis vsum, patere, cũ Plato, Aristotelesque, principes huius artis scriptores, apertè testãtur, tum insignia illa principia, ἄσθησις, ἱστορία, ἐπαγωγή, ἐμπειρία, sensus, obseruatio, Inductio, & experientia planè

perſuaſerunt. Huc.n. ad Logicæ tum dignitatem aſſerendam, tum fines propagandos, illam Platonis in Alcibiade primo interpretationē, διαλέγεσθαι καὶ τῷ λόγῳ χρῆσθαι αὐτῷ το, Diſſerere & ratione vti idē, huc alia plurima tum eiuſdem, tum Ariſtotelis aliorumque elogia, quibus nobiliſsima hæc ars χειρ τῆς φιλοσοφίας, imo omnium artium conformandarum magiſtra, omniumq; humanorum negotiorum domina & regina efficitur, ſpectare cogitemus. Sed diuina elogia hic longè prēſtantiora ſunt, quod DEVS Optimus Maximus, qui Logicum in humanis mentibus lumen inſeuit, nō ſolum ipſe eo ipſo, in ſacris litteris diſſerendis, ſapientiſsimè vſus ſit, ſed eius etiam amplitudinem & vtilitatē præclaris in diuina ſua lege Symbolis, videlicet notis Vrim & Thumim in ſacerdotis pectorali Exodi 28. teſtatiſsimam fecerit. Etenim priore notā ſplendorem mentis lucēque ad cogitādum & perſpiciendum, altera vero ordinis accurationē & perfectionē ad integrè incorrupteq; iudicandū deſignauit. His igitur logicis facultatibus cum vniuerſum genus humanum ad prudenter omnia perſpiciendum, tum verò in primis ſacerdotem, ad doctrinam diuinitus acceptam perſpicuè explicandum, & penitus inculcandum, inſtructum eſſe voluit. Quid ergo

in

in humanis ornamentis ea arte excellentius, quid vtilius, quæ diuinitus in mente humana insiti luminis expressa effigies, & à Deo ipso, eius auctore, non modo vsurpata, sed peculiaribus etiam monimentis commendata, omnium rerum perspicientiam & dijudicationem sibi vendicat? Itaque propter tam insigne decus hæc Domina etiam semper plurimos excellentes amatores & cultores reperit, qui eius amabilem, sed hominibus incultis incognitam, formam omnibus modis exornatam in lucem eruere & iuuentuti præsertim politioris humanitatis studiosæ, plurimum commendare studuerunt. Atq; hi nõ aliquo, sed omni à lapso genere humano, tempore suum studium prodiderunt. Nam primos etiam patriarchas ad mentis lumen turpissima præuaricatione miserrimè obfuscatum ac pœnè exstinctum, nonnihil excitandum populares aliquas ratione vtendi vias tradidisse, certis argumentis cognoscimus. Hos paulatim Aegyptij magi ac sacerdotes, inter quos etiam Abrahamus mathematica viginti annis tradidisse perhibetur, tandemque in Græcia, Italia, alijsque nationibus Philosophi secuti sunt, qui vt reliquas artes, ita etiam Logicam acceptis à Patriarchis initijs, magnopere excoluerunt. Sed eorum nos in certas Scholas

distinctorum catalogum quendam ab initio ad hunc vsque diem, in huius operis Proœmio contexuimus, vt iuuentuti huius artis non modo antiquissima dignitas, sed varia etiam descriptio probaretur. Enimuero vt quot sunt homines, tot etiam sententias, variaque & dissimilia hominum esse judicia, ita & Logicam à varijs auctoribus, non modò diuersis modis vsurpatam, sed dissimilibus etiam rationibus conformatam esse, reipsa deprehendimus. Alij enim naturalem ac planam dicendi differendique rationem, quam à Patriarchis perfectam, Socraticam appellamus, secuti artium Rationis & Orationis præcepta quidem distinxerunt, sed vsum in omnibus rebus, hoc est, sapientiam cum eloquentia, coniunxerunt. Alij verò studijs & scholis sapientiæ & eloquentiæ distractis præcepta artium confuderunt, & vsum ita seiunxerunt, vt Rhetores seorsim confusa è logica differendi præcepta tradentes causas in foro copiosa oratione tractarent; Philosophi autem præcipua Dialecticæ capita ad spinosas concertationes adstringentes, nimis arido disputationis genere philosopharentur. Hinc vt pernitiosa artium confusio, ita tandem mera barbaries secuta, omnes scholas occupauerat, ac pœne artium tam legitimam confirmationem

nem, quam verum vsum exstinxerat. Quapropter Deus, liberaliss. bonorum studiorũ auctor & conseruator, noster hoc extremo seculo pro sua clementia, per viros excellẽti eruditione ornatos, præcipueque logicæ lumine collustratos, artium & legitimam conformationem, & vsum verè socraticum benignissimè instaurauit. Sed quoniam dissimiles sententiæ & opiniones in medio positæ manent, illarum modestis ad artis veritatem asserẽdum, Deique liberalissima munera inter omnes communicandum, comparationibus iuuentutem exercendam esse, jam olim clarissimi viri censuerunt. Itaque cùm ego etiam pro mei ingenij tenuitate, vt talentum mihi concreditum ad aliquem saltem fructum collocarem, tres generales artes Scholasticis non modo interpretationibus, sed etiam disputationibus, atque exercitationibus, ad earum tum intelligentiam, tum veritatem & vtilitatem demonstrandum, illustrare iam aliquot annis conatus essem; logicasque interpretationes, iam pridem discipulorum rogatu in lucem retulissem: nunc & eorum assiduis precibus, & & aliorum etiam bonorum virorum exhortationibus adductus, has quoque logicas Disputationes & variorum præceptorum Comparationes typis studiosæ iuuentuti

tuti consecrandas esse existimaui. Enimuero hanc editionem hactenus quibusdam impedimentis retardari discipuli nostri cõquerebantur: sed mihi ea, quòd has eorundem conflictiones limare per occupationes non licuerit, nimis etiamnum immatura visa est. Quare beneuolos lectores, & puerilium studiorum amatores oratos velim, vt has prodidagmatum quasi lusiones æqui boniq́ue consulant. Ego verò de Logica controuersia nemini præiudicio, multò minus de magnorum hominum scriptis quicquam mihi judicij arrogo: sed adolescentum cogitationes, & Scholæ nostræ exercitationes quasi in Commentarium redigo. Discipulis autem alijs alios logicos exercitationis gratia defendentibus, illud Rameum assiduè inculco: Quamdiu de Præceptis disputabitur, fucus, fallacia, captio denique aliqua reperietur: vsu, vsu, inquam nobis opus, qui captionibus & distinctionibus eludi non potest. Schol. Dial. lib. 4. cap. 13. Itaque tandem doctos viros, qui & ingenio doctrinaque abundant, & maiorem otij philosophici cõmoditatem nanciscí poterunt, etiã atq; etiam oro, vt ipsi ad Socraticam vereque humanam & ingenuam philosophandi rationem illustrandum seria & gra-

grauia sua judicia patefaciant; vt vera studiorum lux liberalissimo Dei beneficio iuuentuti diuinitus accensa non exstinguatur, sed tum ad ipsius gloriam tum ad publicam vtilitatem magis inflammata, multò illustrior reddatur. Bene vale, amice Lector, & nostris studijs faue.

FREDERICVS BEVR-
HVSIVS TREMONIANAE
Scholæ Secundanis, discipulis
suis charis.
S. D.

HAEC, Discipuli ornatissimi, logicarum disputationum & Comparationum miscellanea peculiariter inscribo: qui sæpius & easdem me præside tũ acriter disserendo, tum ornatè declamando tractastis, & editionem hanc humaniter rogãdo impetrastis. Etsi enim hæc omnia valde puerilia sunt, vtpote pueris tantum & adolescentibus etiamnum addiscentibus, non modò nostri discipuli, sed quidam etiam boni doctiq; viri me, vt hanc quasi paratam disserendi materiam, argumentorum q; suppellectilem iuuentuti publicè suppeditarem, amicè hortati sunt. Fructum aliquem ex eiusmodi comparationibus, etiamsi non ita accuratis, tamẽ nec omninò alienis aut barbaris, tum ad artis veritatem obseruandam, tum ad disserendi facultatem comparandũ, manare iudicabant. Et vt persuaderent, iam olim etiam in Academijs disputationes Pro & Contra, ad iuuentutem exercendam scriptas

ptas esse in memoriam mihi reuocabant. Imo verò, cùm à P. Ramo & alijs Philosophia quidem eadem, sed philosophandi ratio vspiam dissimilis tradatur, necessariam eiusmodi comparationem & conciliationem esse acrius etiam demonstrabant. Itaque, quamuis ego mea hæc puerilia eo loco, vt illam cõciliarent cõtrouersiam, nullo modo habenda esse ex animo testarer, quippe quæ academicã ἐποχὴν in puerili exercitatione potius aperte profiteantur, tamẽ ea pueris ad grauiora aliorum ac P. Rami iudicia paulatim intelligenda, viam aperire, ideoque hoc nomine euulganda esse censuerunt. Quapropter & vobis ceteris q. Scholæ nostræ discipulis ita auidè rogãtibus, & bonis etiam doctis q. viris syncerè monentibus, tandem annui, fætum q. hunc etiãsi immaturũ, & in Schola quasi extemporali nixu editum, in vestras tamẽ manus fouẽdum & nutriendũ emisi. Vos igitur eũ, quo animo vobis datur & committitur, eodem illum complexuros esse non dubito. Non aũt materiam tãtùm, sed formam etiã ferè & modũ tum concisarũ, tũ perpetuarũ nostræ Classis disputationũ, tenui stylo ac puerili captui accõmodato, vtcunq. expressi. Vos igitur hæc rudia à vobis celebratarũ disputationũ lineamenta benigni amplectimini;

eaq; tum vberiore materia, tum viuis additis coloribus magis magisque expolitè, ut & disputationum acuminibus sapientes, & declamationum aliarumq; exercitationum copia eloquentes paulatim facti, vtiles in posterum in Republ. ciues euadatis, hominibusq; vtilia, ac Deo grata præstetis. Valete, è Musæo nostro Kalendis Aprilis, Anno à Christo nato

M.D. LXXXVIII.

ELEN-

ELENCHVS PRAECIPVARVM IN HOC VOLVmine Comparationum.

PROOEMIVM.

De Principijs aliorum à pag. 1. & Rami à 9.
De Philosophiæ partitionibus aliorum à 31. & Rami à 35.
De Logicæ auctoribus, & Scholis à 40. & 74. & 8.
De varia eiusdem descriptione. 50. 52. & à 61.

LIB. I. COMPAR. I.

De Dialecticæ Definitione à 97. Definitiones variæ. 107. 108.
De forma, fine, & subiecto Dial. 105. 116. &c.
De discrimine Dial. & Rhetor. 126.
Dialectica, Logica. 130. De Subiecto Dial. 134. &c.
De quæstionib. 139. 194. Dialecticæ in oĩ proposito, & sic in Medicina, Iurisprudentia & Theolog. vsus. 197
De Themate simplici & Composito. 196.

COMPARATIO II.

De Dial. partitione 229. Elementa in prædicab. & prædicamentis. 231.
Partitio vera 232. varia. 234.
Partes distinctæ. 283. De Maximis 263.
Inuentio prior 341. Definitio Inuentionis 343. Argumenti 229. Diuisio Argumenti 316. Argumenti & locorum varia à 319. ad 334. vbi Instrumenta Dialectici 326. Prædicabiliũ disputatio à 334. & Prædicationum 413. Tabula de vtriſq; 366.

Prædi-

Prædicamentorū disputatio à 393. ad 465. Eorundem tabula 465.

Argumenti Artificialis continuatæ definitiones & diuisiones à 500. ad 509. Ordo locorum ad rerum naturam accommodatus 502. Inueniendi ordo 504. Explicandi ordo, ibidem. Prædicationum fundamenta, 506.

COMPARATIO III.

De Consentaneis *à 509. ad 609. Diuisio Consentaneorum 509.*

Defin. Caussæ. ibid. Regula caussarum communis 512. vbi de ordine locorum. Dichotomia Caussæ 512. vbi Ordo Caussarum. Partitiones Caussarū variæ 517. Species à 522.

De Effecti definit. *550. nomine 551. De Motu disput. à 553. ad 569. De Maximis Caussarum & Effect. à 570.*

De Subiecti & Adiuncti *nominibus & reipsa 581 & 586. affectione 583 definitione 586. Adiūcta variè dispersa 589. Ad modos eorum collatio 593. & deinceps. Maximæ 606.*

COMPARATIO. IV.

De Dissentaneis *609. Inconstans Dissentaneorū doctrina 700. Defensio 702. Nomē 705. Defin. 706. Lex cōmunis 706. Dichotomia 708. Species à 709. Maximæ 721.*

Disputatio & collatio de vnitate seu identitate & Diuersitate à 728.

COM-

ELENCHVS.

COMPARATIO. V.

De Comparatis à 736. Comparatorum affectio & genera ibidem.
Maxima, & diuersa quãtitatis, præsertim in Maiorib. & Minoribus consideratio à 744. ad 774.

COMPARATIO VI.

De ortis argumen. 176. Notatio & Comuga. 788.
Distributio 785. Totum & pars logicè 806.
Inductio 807. Totum integrum & Membrum 789.
Genus, species, ibidẽ & deinceps 797. Definitio, 810.
Inartificiale 878.

LIBRI II. COMPARATIO I.

De Axiomatico judicio à 828. Dispositio 837. Iudicium 830. in Analysi 831. in dispositione 835. Iudicij definitio 833. diuisio 836. Axiomaticũ seu noëticum 841. Axiomatis nomina ibid. Nomẽ & verbũ 848. Modi grammatici 849. Verum, falsum in definit. 853. Partes axiomatis 874. affectiones communes. ibidem. Contradictio 855. Veri defin. 857. diuisio 859. Notæ honorariæ axiomatis necessarij affir. ibidem. Axiomatis genera Simplex, Categoricũ, Compositum, hypotheticum 891. Indefinitum 865. Diuisiones Propositiõis (axiomatis) variæ 876. Quærendi formæ 877. & 884. Modificatoria axiomata 878. De Oppositione 883. De Aequipollentia, & Cõuersione 884.

COMPARATIO II.

De Syllogismo 885. Primum iudicium distinguitur à secundo: Def. Dianoiæ 886. Dichotomia 897.

Sylo-

Syllogismus vnica Argumẽtatiõis forma. 886. Octo argumentationis ſpecies cõparãtur 902. Syllogiſmi definitio 914. Argumentum tertium 915. Quæſtio ibidem. Syllogiſmi partes 916.

Enthymema, Proſyllogiſmus, Inuerſio 919. Syllogiſmi genera 920. Item, Demõſtratorius, Dialecticus, Sophiſticus ibidem. Purus, Mixtus & 925. De Reductionibus 935. Simplex Contractus, Explicatus 941. Figuræ tres. 942. Quarta figura 943. Compoſiti definitio & diuiſio. 944.

COMPARATIO III.

De Methodo vnica, 949. Comparatio cum ea aliarum vltra quatuordecim à 950. ad finem.

Diſcrimen Methodi & Inductionis in artium inuentione 959. & 966.

De ſophiſtica & captionibus 923. & 181.

De Demonſtratione 125. 243. 862. 922. 926. & deinceps 935. 972.

IN PAEDA-

IN PAEDAGOGIAE LOGICAE PARTEM SECVNDAM PROOEMIVM.

CAP. I. DE PRINCIPIIS SEV χριτηρίοις ex alijs Dialect.

Ex alijs.

Pædagogus. Discipulus.



QVoniam de Logicæ præceptis & explicatione respõdisti: deinceps, vt propositũ est, Comparationes illas, quibus præcepta vspiam discrepantia solent conciliari, percunctando & disputando persequamur. Et quia illæ ad Principia artium conformandarum sæpe erunt reuocandæ: in hoc Proœmio tum Principia illa, totiusq; Philosophiæ seu φιλομαθίας partitiones conferemus; tum Logicæ primos auctores, variamq; descriptionem formis quibusdam adumbrabimus. DIS. Placet: Sic enim & ex laqueis, quibus implicati sæpe tenemur, nos expediemus, & quæ verè Logica sint, cõmodius intelligemus. Pæd. Cũ igitur in primo Proœmio quemadmodum ab ignoratione vindicemur, atq; in discendo progrediamur ex Doctorum hominum Cõ-

Propositũ.

Proœmiũ.

Principia. mentarijs responderis, ibiq; principia & Leges conformãdæ doctrinæ collocaueris: ita nũc exordiamur.

Quæ sunt Principia?

Principia. *Principia sunt primæ causſæ & instrumenta Artis conformandæ & explorandæ: Vocant κριτήρια certitudinis in doctrinis: atq; etiam Axiomata artium iã affirmata & demonstrata, Principia dicuntur.*

Quot ea constituuntur?

Tria, quibus quartum quidam addunt, & ea diuersis nominibus appellant: Sunt autem hæc: 1. Experientia vniuersalis: 2. Notitia Principiorum: 3. Intellectus Ordinis: *quibus 4. additur* εἰκαστία *Effictio.*

Vbi hæc solent explicari?

Demonstratio. *In Dialectica, vbi de Demonstratione, id est Disciplinabili & scientifico Syllogismo præcipitur; qui cùm veritatis ac certitudinis, & sic scientiæ philosophicus iudex constituatur, ex prænotionibus, vt omnis doctrina, & anticipatis principiorum sententijs confici dicitur; quòd eius Media & probationes à præsumptis illis sententijs & per se notis sumãtur. Artes itaq; & scientiæ aliæ ad illud principium tanquam iudicem proprium referuntur.*

Quotuplex igitur rerum illarum genus est, quæ ita prænoscuntur?

Res quæ prænoscuntur. φαινόμενα. *Duplex: Vnum earum, quæ sub sensus cadunt & apparent, ideoq; φαινόμενα & αἰσθητα nominantur: quod cognitio à sensibus inchoata ad mentem animumq; adportetur; sensus enim in hoc genere primi sunt nostri Doctores. Alterum est earum, quæ sunt in*

mente

mente reconditæ, à natura scilicet ingeneratæ notiones, quas non docemur, sed cognitas circumferimus, & paulatim intelligentes demonstrationibus ac problematis accommodamus, quando in hanc vel illam partem feretur sententia, adhibita Demonstrationis & Syllogismi regula: vnde, κεκρυμμένα, quòd sensus lateãt, nominantur. Atq; illa nobis, hæc Naturæ; quædam etiam nobis & naturæ notiora faciunt. κεκρυμμένα.

Nunc igitur κριτήρια planius enodato, & quemadmodum iudicent res illas: Primò quid Experientia?

Experientia vniuersalis dicitur, cùm de ijs quæ sensu percipiuntur, sani omnes eodem modo iudicãt. Itaq; etiam αἴσθησις sensus, qui initium & testis Experientiæ; itemq; πίστις fides, δόξα Opinio celebris, a fructu concepti iudicij, dicitur. Experiẽtia. φαινομένων.

An hæc experiendi & prænoscendi ratio eodem modo fieri dicitur?

Non, sed duplex eorum, quæ sensu prænoscuntur, discrimen constituitur. Quædam enim αἴσθητα per se & celeriter sub sensum cadere dicuntur, vt, quæ colorata sint, simul ac videntur; quæ amara aut dulcia, cùm gustantur, qualia sint, fit manifestum & iudicatur. Quædam verò non per se, sed ex alijs cognoscuntur, ex propriis scilicet notis: quo in genere Συμπαρατήρησις Obseruatio, principatum obtinet, propterea quod sensu cognitio inchoatur, sed perficitur obseruatione & vsu; vt vulnus fuisse Cicatrix indicio est, & ex vmbra corpus cognoscitur; & pallor insolitus morbi est nota. Quanquam genera- Συμπαρατήρησις.

tim συμπαρατήρησις aliis potius dici videtur, cùm crebra obseruatio eorum, quæ sæpius sensibus offerun tur, gignit vniuersalem propositionem collectam vniuersali Experientia, mentisq; munere conseruatam; quæ postea, quia est ἀνένστατος, in scientijs fit Axioma, vnde deinceps extruūtur innumeræ conclusiones & demonstrationes.

Artes 1. χριτηρ. Quas Artes primo χριτηρίῳ præcipuè subijciunt?

Physicam, Arithmeticam, Geometriam, Astrologiam, cæterasq; cognatas: quæ quia circa sensus versentur, huius generis pleraq; Axiomata habeant.

2. Notitia Principiorum. 2. Quid NOTITIA Principiorum?

Principia hæc nominatim sunt notitiæ nobiscum nascentes; quæ sunt semina singularum artium, nobis diuinitus insita. Hæ sunt reconditarum illarum rerū notiones in animis consignatæ: quæ ideo προλήψεις anticipatæ & præsumptæ, quòd sine Inductione sciantur; & κοιναὶ ἔννοιαι, communes notiones, quòd in mente quasi innatæ sint, nominantur: ex quibus Demonstrationes extruantur omnium firmissimæ & nobilissimæ: vt, Totum est maius sua parte. Bis quatuor sunt octo. Ipsum χριτήριον νόησις etiam dicitur à tali Mentis facultate sententias insitas & per se claras intelligente: quanquam etiam Intellectum consequentia hæc vox significet.

νόησις.

3. Intel. Ord. 3. Quis INTELLECTVS Ordinis?

Intellectus Ordinis est cognitio insita, qua Ordinem, id est, Connexionem & consequentiam in Syllogismo & Inductione iudicamus: quorum ars hinc exstrui-

exſtruitur. Stoici γνῶσιν, Ariſtoteles προϋπάρχουσαν γνῶσιν (quæ voces tamen latius etiam ſumuntur) antecedentem cognitionem, & intelligentiam à natura informatam; itemq; διάνοιαν Ratiocinationem & quaſi Commentationem, ſeu Mentis diſcurſum nominat: quanquam διάνοιαν etiam adſtringunt ad res mathematicas, quæ partim mente partim ſenſu percipiantur: quod vt ſine ſenſibus intelligi nõ poſſint, ita ſine intelligentia demonſtrari nequeãt: vnde διάνοια talis æſtimatrix rerum inter πίστιν & νόησιν cõſtituitur, quæ ex particulari ſiue vno ſiue pluribus fert ſententiam de communi pronunciato; ex quo rurſus de omnibus particularibus eiuſdem generis fiat iudicium. Intellectus autem ordinis Syllogiſmo & Inductioni præcipuè attribuitur: quòd omnia quæ diſcuntur, aut Inductione aut Syllogiſmo cognoſcantur. Inductio enim à ſenſu comprehenſis progredi ad vniuerſalia; Syllogiſmus verò ex vniuerſalibus aut naturanotis concluſionem conficere dicitur. Inductio Syllogiſm.

Quæ artes præcipuè ſecundo & tertio κριτηρίῳ ſubijciuntur?

Tota moralis Philoſophia, atq; ipſa etiam Dialectica.

4. Quod Quartum illud ab alijs additum κριτήριον? 4. εἰκαστία.

εἰκαστία ſimilatio ſeu effictio: quæ verſatur circa rerum fabricandarum imagines, ad quas reſpicit artifex, dum opus extruit.

Hactenus de instrumentis prænoscendi, quomodo deinceps præcognitas sententias distinguunt?

Sententiæ præcognitæ, quæ sic etiam Principia dicuntur, quòd eas nemo sanæ mentis negauerit, cũ per se non per aliud aliquod prius fidem habeant, triplici diuisione distinguuntur.

Quæ prima?

1. Theorica practica.

Principia alia sunt Theorica, speculabilia in cognitione posita, veluti Physica, vt, Totum sua parte maius est, &c.

2. Cõmunia.

Alia practica, quæ in actione versantur, vt ethica illa, Deum colere, societatem ciuilem conseruare, &c.

Quæ secunda?

Alia deinde sunt Communia, alia Propria.

Communia quibus vel in omnibus doctrinis vel in plurimis vtimur, vt, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ reliqua fiunt, remanent æqualia, &c. quæ & Geometra & Arithmeticus vtuntur.

Propria, quæ ad materiam vnius scientiæ propriè pertinent.

Quæ Tertia?

Principia alia sunt Axiomata, alia Theses.

2. Axioma.

Axiomata, Dignitates vel honorariæ sententiæ, sunt illa prima & summa pronunciata, quorum notitia omnium hominum mentibus insita est, vnde κοιναὶ ἔννοιαι *nominantur.*

Thesis.

Theses, positiones sunt pronunciata sua quidem natura vera, vt Demonstratione nulla egeant, sed auditori

ditori docentis opera manifesta.

Thesis rursus distinguitur, vt sit vel Definitio, vel hypothesis, suppositio, vel ἀίτημα postulatum.

Definitio, quæ rem genere & differentia explicat. Defin.

Hypothesis, quam discipulus à præceptore tanquã veram accipit. Hypoth.

Postulatum, de quo artifex cum auditore aliquan diu paciscitur, &c. Postul.

Quomodo deinceps Syllogismus ille Demonstrationis, & Epistemonicus, id est, scientiæ efficiens, conficitur?

Non alia Inuentione, nec alia Collocatione, quã Logicus, verusq; Syllogismus: nihil enim hic nouæ artis est.

Cur igitur ex materia rerumque diuersitate triplex syllogismus distinguitur, Demonstratiuus, Dialecticus, & Sophisticus?

Aiunt in Demonstratiuo pleniorem subtilioremq; modum iudicandi ex Quæstionis & Argumenti natura obseruari. Itaq; Quæstionis partes peculiaribus nominibus ex matheſi appellant; Antecedentem τὸ δεδομένον aut etiam τὸ ὑποκείμενον γένος. Alteram τὸ ζητούμενον, vel τὸ καθ' αὐτὸ συμβεβηκὸς: τὸ πάθος. Quæstio etiam ipsa seu Conclusio vel dicitur θεώρημα si sit Cognitionis, vel πρόβλημα si ad Actionem pertineat. Medium i. tertium Argumẽtum, quatenus simpliciter in Demonstrationis collocatione cõsideratur, αἴτιον cõmuniter dicitur: quatenus vero extra ratiocinationẽ p immediata ꝓpositione sumitur, Dilcrimen Syll. Demonstratiui & Dial. Quæstio. Argumen.

ἀξίωμα vel θέσις nominatur. Nunc porro docent in omni Demonstratione esse πρόβλημα, id est, Quæstionem, & duo Axiomata, id est, duas necessarias Enūciationes, nempe propositionem & Assumptionem, quibus problema confirmetur. Itaque non quæuis axiomata ad Demonstrationē recipiunt, sed ea, in quibus prædicata subiectis ita coniungantur, vt & omni, & per se, & vniuersaliter insint. Tribus enim notis illis Axiomatis Necessarij affirmati Demonstrationis partes examinant. Atq; ita Demonstrationem ex veris, primis, non intermedijs, notioribus & prioribus, & causis conficiunt. Argumentum igitur tertium ex generalibus quidem Locis sumunt; sed qui Loci sint Demonstrationi accommodatißimi, vt & quæ formæ Syllogißmi distinguunt. Hinc duplicem faciunt Demonstrationem, vnam Præstantißimam τοῦ διότι ἐστὶ propter quid est, quæ ex causis ad effecta proficiscitur; Alteram, τοῦ ὅτι, quia est, ex effectis & signis instituitur. Sed & res demonstrandas Quæstionesq; Demonstratori propositas distinguunt, &c.

De omni. per se. Vniuersaliter Primum.

Argu. Ter.

Forma.

Distinctio.

Quis tandem Scopus & Fructus Demonstrationis?

Fructus.

Aristoteles hunc scientificum Syllogißmum vnicū omnis artis & scientiæ Artificem & Magistrum constituere videtur. Quare hoc genus concluſionum ad doctrinas & scientias comparandas & tradendas inuentum esse docetur. Neque alius finis Demonstrationis statuitur, quam scientiæ confectio comparatioque, & sic Ignorantiæ expulsio. Quare etiam Cognitionis & Ignorantiæ forma distinguuntur.

Quo-

Quotuplex igitur COGNITIO? Cognitio.

Duplex: Experientia & Doctrina seu Disciplina. Experiētia.

Experientia, est multarum rerum memoria vsu tantum percepta.

Doctrina est certa præceptorum comprehensio in vtilem quendam finem spectantium. Doctrina.

Quotuplex doctrina?

Duplex: Scientia & Ars.

Scientia dicitur necessariæ rei per Demonstrationem firmissima cognitio. Scire autē est per proprias causſas maximè internas & rem constituentes, cognoscere. Scientia.

Ars dicitur rerum mutabilium, quæ aliter atque sunt, se habere possunt. Ars.

Ignoratio duplex opponitur. Vna qua nihil scimus: altera qua temerè alicuius rei persuasionem imbibimus. Atq; hæc de κριτηρίοις & principijs doctrinarum ad Demonstrationem, tanquam huius iudicij Principem traduntur. Aristotelis autem auctoritas in Philosophia etiam tanta est, vt principijs etiam illis ipsis, quæ ab ipso tradita sunt, non videantur eius scripta examinanda. Ignoratio.

CAP. II. DE PRINCIPIIS COLlatio ex P. Ramo. EX RAMO.

Quomodo Principia à P. Ramo explicantur?

IS duo summa principia artium conformandarum & explicandarum ex summorum Philosophorum, Platonis & Aristotelis auctoritate constituit; Principia duo.

tuit, vnum Internum seu Instrumetum, alterum Externũ seu Materiam & subiectũ, in quo illud occupatur, & vnde artes exstruit. proœ. primo pag. 21.

Quænam sunt illa?

Dialectica Vsus.

Internum Dialectica Naturalis, & sic eius imago Artificiosa; Externum Vsus singularum facultatum proprius: vnde illa Artium Magistra: Hic Inuentor, Moderator, Censor & Corrector appellatur. pag. 21. Vtrumque autem est & de Materia artium, & de Forma.

Est igitur Dialectica quædam Naturalis, quædam artificiosa; & hæc quidem illius imago?

Dialectica naturalis.

Est omnino: Nam Ratio ipsa seu Mens, imago parentis omnium rerũ Dei, Lux demq; ingenerata, beatæ illius & æternæ lucis æmula, hominis propria est, cũ eoq; nascitur. Ideoq; simulatq; natus homo est, ad Rationis vsum proprio quodã Naturæ studio, præstãtiore alius atq; ardentiore, alius tardiore atq; hebetiore rapitur. Hæc differendi est origo, hæc naturæ est institutio: cuius vires in Inuemendo & Iudicando etiam in imperitis apparet: tertium vero Mentis in differendo munus nullum est. Vt igitur Naturalis Dialectica est facultas ratione vtendi, in qua gemini quidam motus, vnus inueniendi, alter iudicandi obseruãtur: Ita Artificiosa Dialectica ars benè differendi, quæ duabus partibus, Inuentione & iudicio perficiatur, ab antiquissimis constituta est. Quod cum ita sit, omnino Dialectica naturalis fuerit; cuius obseruationem tanquam Archetypum ars sibi proponet, à qua nunquam

Ars illius effigies.

disce-

discedere, sed eam semper tanquam Deum sequi debet. Itaq; illius cùm vniuersam vim, tum singulas particulas, id est, monitiones humanis ingenijs insitas, vsuq; præstantium hominum expressas studiosè obseruabit, easq; animaduersas sæpiusq; consideratas & notatas in Naturæ similimam Tabulam, imagineq; concludet, & differentibus ad imitandum proponet; vt hoc artificioso quasi speculo Natura formæ suæ dignitatem perspicere, & si qua macula sit aspersa, delere atq; eluere possit. Atq; ita Ars, quæ discipula Naturæ prius fuerat, eius magistra quodammodo fiet. Nulla enim Natura est tam firma, constans q;, quin sui cognitione, & virium suarum descriptione firmior atq; constantior: nulla tam languida & abiecta est; quin adiumento artis acrior & alacrior effici possit. Hæc Ramus de Natura Artis primùm magistra, deinde discipula.

Verum ista non Platonica aut Aristotelea, sed Ramea videntur?

Imo Socratica sunt, & ita Platonica & Aristotelica. Sic enim Socrates cum Alcibiade de naturali logica differit: Τὸ ἆ διαλέγεσθαι, καὶ τῷ λόγῳ χρῆσθαι ταυτόν τῳ καλεῖς. Αλκ. ϖάνυγε. SOC. Disserere & ratione vti, nunquid idem existimas? Alc. Equidem certè. Atque idem passim vocabula, διαλέγεσθαι, & Dialecticus, generatim ita vsurpat. Testimonia.

Aristoteles verò in Ethicis Naturales virtutes appellat etiam cognitione & scientia comprehensas. Et in Topicis, Natiuam ingenij indolem in differendo plu- Ad Ni. Li. 6. cap. 13. Top. 8.

plurimum posse: Itemq; in Elenchis, Idiotas vti Dialectica, & sine arte facere, quòd artis præceptis continetur, confirmat. Hinc 2. Post. 18. docet. Principia cognosci συμφύτῳ δυνάμει, à natura ingenerata facultate, id est, sensu: quam etiam κριτικὴν δύναμιν iudiciariam facultatem nominat. Nunc si sensus est naturalis facultas ad principia cognoscendum: multo magis Intellectus. Intellectus enim per sensus vt ministros agit: nec hi propriè principia cognoscunt, sed Mens per illos. Quod igitur dicitur de Sensu, multò magis de Intellectu conuenit intelligi: Ad eamq; rem planius intelligendam, Galeni locum audies nono libro de Dogmatis Hippocratis & Platonis, statim initio, cùm docet ijsdem indicijs & Principium, & è principio secunda, tertia, quarta, & reliqua deinceps consequentia percipienda esse: principiumq; ex Platone ait esse dimidium totius: imo principium omnis operis esse maximã partem, potestate videlicet. Iudicium igitur quo principia cognoscantur, naturale sic ait esse: quod naturale non esset, nisi omnium etiã hominum esset commune. Atq; ita Naturalis Dialectica Aristoteli dicitur σύμφυτος δύναμις, κριτικὴ δύναμις, ἄτεχνος διαλεκτικὴ: Galeno φυσικὸν κριτήριον, vbi mirificam illam Hippocratis de naturalibus iudicijs vocem meritò collaudat: εὐπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα, ξυμπαίδευτα τὰ δεόντα ποιεῖ. Doctissima natura, licet nihil à magistro didicerit, tamen qua conueniunt efficit. Ergo ex Naturæ fonte hauriẽdam esse Dialecticam, Aristoteles auctor est, & Ramus cæteris præstantissimis Philosophis testibus rectè confirmat:

Cuiusque rei potissima pars principiũ est, L. i. ff. De origine Iuris.

firmat: cuius fructus cùm vberrimi in clarissimorum hommum vsu quasi dispersi, naturali sensuum iudicio conquirendi & Mentis acumine sunt iudicandi. Nihil igitur in Artificiosa Logica prætermittendum, quod verè logicum in naturali vsu deprehenditur: nec quicquam in Arte pingendum & comminiscendum, quod ab illo sit alienum. Hoc experientia ipsa docet, & Necessitas postulat. Sic antiquissimi Philosophi & Oratores disseruerunt, & differendi rationes docuerunt, vt eloquentia cum philosophia coniungeretur, veraq; & communis differendi ratio teneretur. Sic præstantes homines in nostris Rebuspub. in aulis pincipum, in curia, in foro, & in Ecclesia, imo in monimentis scriptis naturam ducem sequentes disserunt. Et nostra iuuentus non ad aridas manesq; σκιοσορων hominum argutias & disceptatiunculas; sed ad fructuosas vberesq; humanorum negotiorum & diuinarum rerum disputationes informatur.

Quamobrem Logica naturalis, vt Aristotelis etiam auctoritate abundè confirmatur; ita rectè Artificiosæ, imo summum omnium Artium principium & Magistra constituitur. Hinc in Metaph. libr. 1. cap. 2. omnium artium καθολικωτάτη efficitur: quæ sit περὶ τὸ ὂν ᾗ μὴ ὄν, de eo quod vere sit & non sit, in Philos. lib. 4. c. 1. & 2. Id quod & Inscriptio Logicæ Aristoteleæ satis indicat, qua dicitur, ὄργανον ὀργάνων, ᾗ φιλοσοφίας χείρ. Instrumentum Instrumẽtorum, & Philosophiæ manus.

Quæ igitur Dialecticæ primi χρεία & principij vis & facultas?

La

Inuent. Iudic.

Ea duplex est: Vna Inueniendi, altera iudicandi: vnde duæ illæ Artificiosæ partes, Inuentio & Iudicium.

Quæ deinde Inueniendi naturales vires?

Argumentorum affectiones.

Vniuersæ illæ Mentis facultates & viæ cogitandi atq; inueniendi, quæ omnibus affectorum argumentorum generibus describuntur; easq; Mens per Sensus corporis ac internam vim cogitandi & recordãdi exercet. Et quoniam ab exemplorum illustrium vsu omnis Artium Materia est sumenda: hic quatuor Cognitionis principia & Instrumenta ex principe Aristotele quatuor comprehensa gradibus numerantur: Αἴσθησις ἱστορία, ἐπαγωγή, ἐμπειρία, Sensus, Obseruatio, Inductio. Experientia: quæ argumenta ab exemplis, partibus, & formis ad totius communionem constituendam obseruant, aquè ita tandem validissimo Experientiæ testimonio artium regulas cõfirmãt. Proœm. 1. pag. 23. illorum fundamentum explicatur. Ramus autem non singulis artes peculiares præcipuè attribuit, sed ea coniuncta facit omnium artiũ principia.

Gradus principiorum.

An eadem quatuor illorum vis est?

Non, Sed gradibus suis distinguuntur, vt initio à primo sumpto, & obseruatione per media producta in extremo perfectio statuatur: quemadmodum à P. Ramo præcipuè libr. X. Sch. Dialect. cap. 18. & in Metaph. Sch. libr. 1. cap. 1. & distinguuntur: quãquam ab eodem etiam vspiam indistinctè attinguntur.

Quæ

Quæ igitur vis sensus? 1.

Sensus res singulas in illustrium hominum Vsu sub ipsum cadentes, seu singula vtentium & vsurpantium auctorum exempla percipiendo inueniendi & cognoscendi facultatem inchoat. Sic enim res qualibet ætate obuias sine omni prænotione statim apprehendit, vt inde origo principiorum & cognitionis sumatur. Itaq; illi φαινόμενα & αἰσθητὰ, quæ apparent, sensibusq; sunt exposita, proponuntur. Sensibus autem omnia individua, quæ verè sunt, percipi, diximus in Proœm. 1. initio. Sensus. φαινόμενα.

Verum quomodo omnis cognitio oritur à sensibus, cùm multa sub sensum non cadant, vt simplex essentia absque materia intellecta, Deus, Anima: item mathematica abstracta à corpore & sensibus & translata ad Mentem, intelligentiamque? Res sub sensum non cadentes.

Imo ad illa recondita etiam sensibus aditus est patefactus, cùm illorum inuentio in rebus externis per indicia intelligatur & enuncietur. Sic in primo proœmio diximus rerum illarum externas imagines aut actiones apparere. Nam anima quid sit, ex eius actionibus, quæ sub sensum veniunt, animaduertis. Mathematica illa tametsi abstracta à corporibus sint, tamen in ipsis corporibus sensu animaduertuntur, vt quid quadratum, quid ἰσοσκελὲς, & quid Rhombus. Imo illa etiam, Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Constantia, virtus denique omnis, quid sit, in coniugatis verbis, & in hominibus quasi cerni potest: cùm vides quid iustus,

iustus, & iniustus, quid fortis & timidus, quid temperans & immodestus, quid prudens & stultus, quid cõstans & leuis homo agat. Quamobrem Mens ita per sensus viam sibi munit, ad naturam omnium rerum, quæ sunt, quæúe sentiuntur cognoscendam, & porrò definitione explicandam.

At Epicureum hoc videatur, Mentem nõ cognoscere aut ratiocinari, nisi excitetur & adiuuetur à Sensibus. Rectè enim Plato censuisse putatur, in Mente notitias communes principiorum & artium à Natura ingeneratas esse; quibus deinceps cæteris ratiocinetur, & artes exstruat: Itaque procul illi, deflectere ab Aristotele videntur qui sensuum illud iudicium constituunt.

Proœ. 1. fol. 2.

Imò ipse Deus voluit cognitionis initium esse à sensibus: quos ideo vt interpretes ac nuncios rerum in capite, tanquam in arce mirificè ad vsus necessarios & fecit & collocauit. Deinde voluit vt essent testes conscientiæ: quia, vt Aristoteles etiam ait, nihil sit in Intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Et res ita comparatæ sunt, vt quælibet suo perciperentur sensu: Oculi, vt speculatores altissimo loco res ex coloribus in luce constitutas conspicerent; aures proximæ sonũ, qui natura in sublime fertur, reciperent; nares odorum, qui etiam ad superiora feruntur iudices essent; lingua gustans, succorum; totáq; cutis, rerum tactum mouentium. Sic tum ex rebus creatis Dei quædam cognitio comparatur, tum verbum Dei quo Ecclesia

vocatur,

vocatur, & colligitur, oculis perlustratur & auditu percipitur: Neque vero sensibus ista simpliciter tribuũtur, sed Menti ipsi vt principi, quæ per oculos videat, caterosqúe per sensus percipiat, & hinc notiones communes colligat, verum à falso, consequens ab inconsequenti, ordinemque à confusione diiudicet. De notitijs vero insitis respondi in primo Proœmio; Igniculos & quædam initia seu semina virtutum, & artium à natura nostris animis ingenerata videri: sed habitus & perfectas notiones principiorum non ingenitas, nec ab alijs ortas principijs, sed à sensu profectas, exq; variarum rerum memoria, ratione & experientia collectas, Aristotelem confirmare. Itaque clariss. Sturmius, Sed homines (ait) à sensu primò eruduntur: isq; primus præmonstrator & Magister est: post ætate & vsu ad vniuersalia perueniunt: pugnantia distinguunt: Consequentia colligunt: & excitatur à sensibus illa communis hominum intelligentia. Itaq; qui aliter sentiunt illi potius ab Aristotelis sententia deflectere videntur. Sic igitur Sensus est principiorum primum, vnde origo, initium, & testimonium Experientiæ petitur.

Noticiæ insitę.

2. Quæ vis ἱστορίας & obseruationis?

2. Obseruatio.

ἱστορία, Obseruatio deinde exempla pluria variaque sensu percepta, eorumque inchoatam cognitionem quasi notat & retinet. Hæc est illa συμπαρατήρησις crebra obseruatio, notatioque eorum quæ sæpius sensibus offeruntur: sed quæ à sensu in hoc iudicio non sit separanda, nec alijs rebus attribuenda.

3. Quæ vis Ἐπαγωγῆς Inductionis?

Επαγωγὴ, Inductio *ex inchoatione sensus, & retentione simplicis notionis memoria obseruatæ communionem quandam, seu communem notionem, sententiam, &, quasi dicas generalitatem complurium illarum singularium sufficientium collectione Mente comprehendit, & sic pleniorem cognitionem acquirit. Sic enim ex specialium & inferiorum Inuentione collectarum affectione Syllogismus Inductionis iudex vniuersale iudicat.*

4. EXPERIENTIA. Principia iudicij, de quibus infra.

4. Quæ vis Εμπειρίας Experientiæ?

Εμπειρία, Experientia *ex memoria & recordatione communis illius notionis, vt eiusdem rei, è varijs exemplis sufficienter sæpius inducta, mentisque ratiocinatione collecta existens inueniendi facultatem, & cognitionem suo quasi certissimo testimonio absolut; vnde ita interueniente Axiomatis iudicio in Legibus tribus de affectione documentorum Artis propriorum (ad eas enim omnia præcepta quadrent necesse est) vniuersale decretum & artis præceptum communione suorum specialium definitum, & ad iudicij leges exploratum constituitur; quod Lege de forma artium, quæ Methodus est, in ordinem redigitur. Atque ea sensus, Obseruationis, Inductionis, & Experientiæ via cuiusuis artis ac disciplinæ principia, id est, regulæ & præcepta, generalia & vniuersalia facta sunt: & si adhuc nulla essent, hac via quærenda essent, & instituenda, illustriumque exemplorum, vnde profecta sunt, lumine illustranda. Si vero quod præceptum sit in arte aliqua non ista via factum, id commentitiũ est,*

Artes his principijs colligẽdæ, explorandæ, demonstrandæ.

ideoq;

ideoq; Aristotelis iudicio spurium & nothum. Parentem ἄσθησιν, ἱστορίαν, ἐπαγωγήν, & ἐμπειρίαν hoc præceptum non habet, dicet Aristoteles: non est igitur legitimum. Si quod præceptum subobscurum inciderit, vt Definitio, Partitio, vel proprietatis explicatio, quare vera sit addubites, ad illa principia recurram; aliter non ostendam, nec aliter ostendi præcepta debent; aliam Demonstrationem non recipiit, vt vere in posterioribus Analyticis docetur. Artium autem Theoremata. i. Regulæ ita collectæ, & Definitionibus, partitionibus, & proprietatum explicationibus descriptæ, ad cetera deinceps intelligenda, ostendenda & explicanda debent accommodari; hoc est, vsus Analyseos & Geneseos ijs per insignium exemplorum imitationem debet conformari: vnde & ipsa Artium documenta, Principia, ad quorum iudicium recurratur, nominata sunt. Sic enim præstantium hominum vsus Artem discipulam instituit: quæ Magistra facta, discentium vsum adhibitis illius exemplaribus gubernat. vsus.

Cui aliorũ princip ior Instrumenta r ?

Primo, nempe vniuersali Experientiæ, quæ hic accuratius informatur; vbi hoc etiam discrimen spectandum, quod quidam Interpretes Aristotelis huic peculiares artes, vt physicam, & pleraque axiomata scientiarum, quæ circa sensus versantur, vt Astrologiæ, Geometriæ, & Arithmeticæ subijciant: Ramus autem ex Aristotele illa communia om-

omnium artium colligendarum & explorandarum instrumenta faciat.

Quæ deinde Iudiciaria Principia, hoc est Instrumenta Artificialis materiæ sic inuentæ, recte iudicandæ?

2. Iudicij Principia.

Ea sunt in duplici Mētis vi ac facultate, quæ sunt, Νόησις *&* διάνοια, *vnde iudicium* Νοητικὸν *Intelligentiæ (quod à sua luce Axiomaticum dicitur,) &* διανοητικὸν *Ratiocinationis & ordinis in Arte Dialectica describitur. Atq; ita & Materia inuenta, &. Forma Artium iudicatur.*

Quomodo Mens νοήσει iudicat?

Νόησις.

Νόησις, *Intelligentia est diuinum lumen in Mente, & facultas, qua communes notiones & principia illa collecta intelligimus & iudicamus; verumq; à falso, & illud Necessarium, vnde* Scientia, *à contingēti, vnde* Opinio *concipitur, distinguimus. Atq; hæc cum Inuentione sensus, Obseruationis, Inductionis & Experientia connecta Materiam Artium, id est, singula præcepta suis formis iudicat. Dum enim sensus singularia apprehendit, Notio statim per gradus concipitur & intelligitur. Huius autem Instrumenti leges in Arte Enunciatorum describuntur.*

Sed quoniam Ars non erit Opinionis, quæ præcipua hci κριτήρια documentorum Artis traduntur?

Tres Leges

Tres affectiones, seu propriæ notæ Axiomatis Necessarij affirmati; quibus omnia artium documenta conformia esse debēt, nempe κατὰ παντὸς, κατ' αὐτὸ,

τὸ, καθόλε πρῶτον, *De omni, per se, Vniuersaliter primum, quibus an respondeant, rursus per exempla explorandum est. Est autem illarum Legum tam limatum, iustum, & prudens iudicium, vt omnino, in artibus vniuersalem veritatem, iustam possessionem, & propriam notionum enunciationem requirant; omniaque contrà falsa & fortuita rectè repudient; aliena ad suas sedes iustè remittant, & denique impropriè enunciata inanesq; tautologias prudenter affinia coniungendo & superuacanea tollendo euitent. Vide proœm. & lib. 2. Dialect. Itemq; Ram. in 2. post. Analyt.*

Cui aliorum principio hoc νοητικὸν respondet; & num quid interest? Collatio.

Nomine conuenit cum secundo, nempe Notitia principiorum; vnde νόησις etiam alijs dicitur. Sed hoc primum interesse videtur, quòd alijs sit πρόληψις & prænotio communium sententiarum, & axiomatum Menti tantum ingeneratorum, quæ vel omnium vel plurium artium sint communia; Ramo autē communiter νοητικὸν sit de sententijs per se manifestis, vndecunq; ortæ sint, & nommatim de tribus affectionibus Axiomatis necessarij affirmati, quæ leges sunt documentorum artis propriorum, & à sensibus, vt Aristoteles affirmat, ortorum.

An non verò principiorum notitia & κοιναὶ κοιναὶ ἔννοιαι insunt hominis naturæ? ἔννοιαι.

Plato ex Socrate aliquando docet animos hominū immortales è fonte diuinitatis delibatos in cognitione rerum viguisse, antequam in Corpus intrassent; Notitiæ ingeneratæ.

Non ingeneratæ.

sed obscuritate corporis & insolentia perturbatos, in obliuionem superioris intelligentiæ delabi. Aliquando animum libro & tabulæ comparat: qui nihil cognitum habeat, sed σύμφυτον δύναμιν ingenitam cognoscendi potentiam & facultatem duntaxat attulisse. Aristoteles igitur hanc posteriorem sententiam secutus, cognoscendi duas facultates constituit: alteram ad res singulares, alteram ad vniuersales: illam Sensum; hanc Intellectum facit. Sensus singularia qualibet ætate obuia apprehendunt, atq; ad animum, notiones inde concipientem, remittunt. Deinde ὁ νοῦς, Intellectus, qui est in animo, ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, vt visus in oculo, lumen in homine logicum, diuinum & cæleste, atque omnino generale, commune, & vniuersale, res generales ac vniuersales, & mediatas & immediatas, & necessarias & contingentes & fortuitas, & cæteras denique omnes cognoscit. Nam si verbi communis (νοῦς) humanus vsus in Aristotelis philosophia consideretur, non modo Axiomatici iudicij, sed commune totius Logicæ symbolum est. Notatur etiam zipost. cap. 18. τῆς διανοίας comprehensionis verbum generale & commune ad opinionem, ratiocinationem, intellectum & scientiam, cùm secus 26. cap. 1. Post. vsurpetur. Communes enim illæ facultates Mentis: res autem cognitæ, vel actio cognoscendi potius distinctionem reciperet. Attamen nomine τοῦ νοῦ cognitio principiorum, seu primum iudicium Axiomatis per se manifesti ideo distincte significatur, vt certæ partis in Dialectica certum quoque nomen habeatur: quomodo διάνοια Philopono est Συλλογισ-

Instrumenta cognoscendi.

νοῦς symcolum cõmune.

διάνοια.

καὶ ἀγωγὴ, Syllogistica disputatio, & denique quandocunque aliud ex alio explicatur seu definitione, seu distributione, seu quauis explicationis specie. Id autem quod cognoscitur Intellectu, νοητικὸν, quod ratiocinatione vel Methodo διανοητικὸν nominatur, Cùm autem de modo quæritur, quo principia, id est, prima & vniuersales rerum notitiæ gignantur; respondet Aristoteles, Principiorum cognitiones à natura congenitas nostris animis non esse, sed inductione singularium, & experientia per sensus comparari. Quia habeamus à Natura principiorum percipiendorum συμφύτους δυνάμεις, congenitas facultates cognoscendi; quòd Intellectus sit id in Animo, quod Aspectus in oculo, qui colores insitos non circumferat: ἕξις autem & γνῶσις cognitio, & informatio per sensum, inductionem, memoriam, ratiocinationem & experientiam comparetur. Cap. 14. & 26. 1. Post. & 18. 2.

Modus cognoscendi.

Lud. Viues lib. 5. de disciplinis initio.

Vtrum igitur hic docti viri sequuntur?

Quidam Platonis priorem sententiam ita amplectuntur, vt eam ad Legem Naturæ & igniculos à prauaricationis lapsu reliquos accommodent. Nam sic Dei notitiam, & κοινὰς ἐννοίας hominis quantumuis corrupti naturæ inesse docent, sed vt magnificentissimi ædificij rudera. Illos autem igniculos in artibus & ciuili æquitate perobscurè, in rebus diuinis prorsus nihil lucere, imo per se magis impedire ostendunt. Atque ita omnes artes & disciplina ex suis in Mente latentibus principijs & gene-

neralibus sententijs natura cognitis, accedente Experientia exstruuntur: rerum autem diuinarū & Theologiæ cognitio tantum diuinæ per sacras literas patefactioni tribuitur. Inuenire rursum queas, qui alteram magis probare videantur, vt hominem nihil ratione & sermone efficere existiment, quod non antea per sensus didicerit: de quo & illud Aristotelis: Nihil est in Intellectu, quod non prius fuerit in sensu: sed hoc alij referunt ad actualem notitiam, non ad naturalem; quia sine luce & sine oculis possit aspici rerum natura.

Rami sententia.

Quæ Rami sententia?

Cùm vsum ex Platonis & Aristotelis sententia, in veris & naturalibus exemplis faciat omnis disciplina parentem: certè omnem scientiam à sensibus ortam esse cum ijsdem confirmat. Deinde, cùm τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως λεγόμενα, quæ per abstractionem dicuntur, ipsamq; ἀφαίρεσιν, ἐφαρμοσιν, & διαίρεσιν ait esse Mentis, non sensus, neq; sensus Inductione dijudicari, nisi quatenus ad sensilia exempla ad illa explicanda recurratur; ita subijcit: Et mentibus hominum quædā à natura ipsa notitiæ videntur ingenerata, nec à sensibus acceptæ; vt Logicæ, Arithmeticæ etiam & Geometricæ nonnullæ: attamen si consideres acutius, reperies à sensibus saltem occasionem aliquam oblatam esse menti, vnde illa ipsa vniuersalia constituerentur. 1. post. 14. 2. 18. Et certè cùm Dialecticam facit naturalem, maximam vim tum ijsdem viis cogitandi, tum ijsdem legibus iudicandi, quæ in Arte describuntur, humanæ menti attribuit. Diuina illa facultas est, quæ

certis

certis rationibus res omnes inuestigat, inuentas intelligit, concludit, et in perspicuum ordinē docendi caussa redigit: quæ vt externa vi sensuum & interna Rationis omnia scrutatur; ita etiē reliquarū artiū initia cōplecti, & sic theoremata seu certa documenta collectis seminibus constituere videtur. Facultas igitur cognoscendi & initia Principiorum sunt in Mente: sed habitus & comprehensa notio à sensibus per inductionem proficiscitur.

Quomodo Mens διανοία iudicat?

2.

διάνοια est mentis facultas, qua Consequens & Inconsequens, Ordinem & Confusionem iudicat: vnde διανοητικὸν iudicium per Syllogismum & Methodum in arte describitur. Syllogistica enim διάνοια ex varijs Inductionis membris. Totum id est, vniuersalem communionem colligit: quæ commodè expressa, suaq; proprietate ad tres illas Axiomatis Leges informata, in Arte vt generale præceptum, documentum & theorema Axiomaticōs enunciatur, & exemplis, vnde factum est, tanquam vadibus appositis illustratur. Neq; enim Syllogistica præcepti Demonstratio in Arte ponitur; nisi ipsum valde sit obscurum & dubiæ veritatis. Methodus denique sola vniuersorum præceptorum formam, id est, perspicuum ordinem & ad docendum accommodatum describit; quēadmodum tres illæ Leges Axiomatis singulorum formam iudicant. Atque hæc interna omnis Artificiosæ Materiæ & formæ principia seu κριτήρια: quæ vt Mentis facultate continentur; ita in Logica describuntur.

διάνοια. Syllogismus. Methodus.

Collatio. Cui aliorum Principio hoc διανοητικὸν respondet?

Intellectui ordinis, qui & sic διάνοια *vel communiter etiam* νόησις *dicitur. Attamen videtur aliis tantum ad Inductionem & Syllogismum adstringi; Ramo autem tùm Inductionis omnisq; adeo Consequentiæ iudicium solus Syllogismus est, tum* διάνοια *Methum etiam complectitur, vt suo loco docetur.*

4. ἐπαγωγή. 4. Cur Ramus præterit ἐπαγωγήν?

Ea nihil aliud est, quam sensile exemplum: vnde Mens similiter per sensus notionem colligit; ideoq; ipsa ad externum principium exemplorũ pertinet, & eius internum Instrumentum est Sensus.

II. Externum. Vsus. L. Viues in epist. de ratione studij puerilis. Quod EXTERNVM Rami principium?

Externum est ipse Vsus, *eiusq; singula* παραδείγματα. *i. Exempla: quæ sunt αἰσθητὰ & φαινόμενα illa, quæ sub sensus cadunt, iisq; ita percipiuntur, vt inde vniuersalia Mente concipiantur, & suis legibus iudicata in artibus ponantur.*

Quibus auctoribus hoc fundamentum constituitur?

IX. Sch. 14. *Hoc, inquit Ramus, Aristotelicum dogma est, toties à nobis cantatum atque celebratum: Summum vniuersæ Philosophiæ fundamentum, Platonicum fundamentum: id enim Polus in Gorgia posuit, & Aristoteles approbauit:* ἡμὲν ἐμπειρία τέχνην ἐποίησε, ἄδε ἀπειρία τύχην. *Experientia artem genuit,*

inex-

inexperientia temeritatem, & cæt. Ergo tantum Platonis, tantum Aristotelis fundamentum nostræ Dialecticæ fundamentum feci, Scholarum Dialecticarum fundamentum feci; omninoque Parentem *non solum* Logicæ, *sed omnis* Disciplinæ *verum naturalemque in veris & naturalibus exemplis* Vsum *statui. Disputaui omnibus Scholarum partibus & locis* Vsum *Dialecticæ artis principium esse: quia ex obseruatione & animaduersione veri & humani & naturalis vsus, generalia logicæ artis dogmata deducenda essent. Hoc Aristoteles generaliter, nō de sola arte Logica, sed de omnibus artibus isto capite præcipit. Ergo fundamentum meum Aristotelicum fundamentum est. Disputaui ad eundem illum* Vsum, *tanquam summum finem, omma Logicæ Artis obseruata principia & vniuersalia præcepta referri oportere, vt via talis artis adiuti, eorum similes efficeremur, quorum vestigia & exempla sectaremur & imitaremur: Hæc ille. Cùm igitur Quæstio magna in Philosophia & grauis ab Aristotele sit mota, Quomodo principia cognoscantur, & qua specie cognitionis & appellationis: P. Ramus summa diligentia cap. 14. & 26. 1. Post. & 18. 2. ad illam Q. intelligendam retexuit, vt appareret principiorum cognitiones & habitus à natura non esse animis nostris congenitos, sed inductione singularium, & experientia per sensus comparari.*

X. Schol. 18.

Finis artis.

Quem

Quem igitur vsum, & quæ exempla Arti proponit?

Quæ exempla.

Non inertem aut fictum, nec exempla abecedaria aut ab otiosis excogitata, sed illustrem præstantißimorum hominum in loquendo, dicendo, differendo, & cætera præstando consuetudinem, in qua exempla in omnem humanæ vitæ partem omnium generũ accommodatißima offeruntur: ex quibus vt ars vera & vtilis efficiatur, ita eadem eorundem imitatione discipulos bonos & vtiles, hoc est tantorum virorum similes efficiat. Itaque nec Dialecticam nec vllam artem ex huius vel illius Philosophi & auctoris (qui sibi peculiare quid consingere potuisset) ingenio, secta aut bibliotheca, sed ex optimorum omnium perpetuo cõsensu conformandam; nec ad eandem illustrandam exempla ea ipsarum auctoribus conficta, sed omnino ex præstanti illo vsu deducta adhibenda esse censet. Atque ita Vsus, artis est Magister, dum eam conformat & explorat, & tursus Discipulus, dum ad informatæ præscriptum illustrium exemplorum Analysi, et similium per imitationem Geneśi exigitur.

Quid verò ex vsu colligendum materiane artis an forma?

Materia certè omnium partium, vt in Grammatica Etymologiæ & Syntaxeos, in Rhetorica Elocutionis & pronunciationis; in Logica Argumentorum, Axiomatis, Syllogismi, & Methodi, atq; ita in cæteris artibus, & similibus exemplis colligitur: quæ certis præceptis inclusa, sui etiam quæq; generis vt Enunciati Regula, omnis Enunciati. Syllogismi, omnis

Sylle-

Syllogismi, Methodus omnis Methodi formam continet: quæ postrema sic omniū artium in vniuersis præceptis forma est.

Ex quibus igitur præcipuè rebus & argumentis artium omnium Materies & Inuentio est?

Vnde Materia artiū.

Ex causis, effectis, subiectis & adiunctis; vnde rerum Definitiones, Distributiones, proprietatum explicationes deniq; & propositiones omnes fiūt: è quorum etiam & Oppositis & Comparatis quædam aliquando assumuntur.

In quibus consistit artium iudicium?

Iudicium.

Id ante explicatum est: Nam in artibus obseruandis, regulisq; generalibus ex multitudine exemplorū constituendis, Axiomatis, et Syllogismi iudicium cum quatuor illis obseruationis Instrumentis coniūgitur. Sed in ijsdem explicandis, omnia fere præcepta axiomatico iudicio enunciantur, & illustribus exemplis declarantur, Syllogismo rarissimè, sicubi opus fuerit, adhibito: Forma autem vniuersorum Methodi lege constituitur. Atque ita ferè Principia à P. Ramo traduntur.

Sed quid de Distinctionibus illis principiorum in Speculabilia & practica, communia & propria, Axiomata & Theses respondes?

Distinctiones Principiorum.

Illæ distinctiones, vt Principiorum, sic & Artium ipsarum prorsus inanes sunt, quæ è Mathematicis in Logicam introductæ, nullam in condendis artibus vtilitatem, nullumq; in Logica locum aut fructum habent.

Speculab. Practica.

bent. Omnis Ars præceptis constat, quibus ijsdem & contemplando scientia paratur, & exercendo vsus atq; praxis conformatur. Ergo nec diuersa hic sunt principia, nec distincta Artes. Deinde singulæ Artes sua propria, atque ab alijs subiecta materia distincta præcepta, sed omnia eodem nempe Logico iudicio enunciata & conformata, habent. Postremò differentia Axiomatis seu Enunciati Veri necessarij aut probabilis, & falsi reliquas distinctiones satis explicat, nec aliæ hic requiruntur. Vide Talæi & nostras in Axiomatum doctrinam prælectiones.

Cõmunia propria.

Axiomata, Theses.

Syllogiſ. Demonſtr. &c.

Quid verò de triplici illa Syllogismi diuisione in Demonstratiuum, Dialecticum & Sophisticum, P. R. tradit?

In Arte nihil: quòd illa differentia Axiomatis propria, à Syllogismo, qui per se necessariam consequentiam semper habet, aliena sit. Præterea Aristotelica illius Demonstrationis nec materiam, nec formam in rerum natura exstare conuincit, vt amplius ad Syllogismum dicetur.

Quæ igitur est legitima Artium Demonstratio?

Vera Artiũ Demonſtratio.

Vera & legitima Artium Scientiarumq; Demõstratio & Institutio est in Artificiosa & Scientifica materia per se manifesta & antè explorata Definitione, Distributione, Proprietatis explicatione, & ab insignibus exemplis illustratione: *aut si vspiam obscura & dubia veritatis fuerint, in* Syllogistica assertione & conclusione: *denique in* Methodica *præceptorum & documen-*

mentorum omnium Collocatione & *Conformatione. Nam qui hæc omnia in docendis disciplinis accuratè præstiterit; is disciplinarum idoneus Magister, verus interpres, legitimus doctor, & Demonstrator habetur. Vide Proœm. in IX. Sch. Dialect.*

Quid tandem de Experientiæ, & Doctrinæ discrimine respondes?

Hoc satis ex superioribus apparet, quòd Experientia doctrinam pariat, & vicissim exploret. Sed doctrinæ deinceps in Scientiam & artem Diuisio vana & Scholasticum commentum est, vide infra cap. 3.

CAP. III. DE PHILOSOPHIAE Partitionibus.

Ex alijs, De 2. Proœmij parte.

Hactenus de Artium Principijs: nunc de Philosophiæ partitionibus.

Quomodo igitur Philosophia definiri solet?

PHilosophia *est rerum diuinarum & humanarum (hoc est, rerum sempiternarum, & earum quæ ortui ac interitui subiectæ sunt) cognitio seu scientia. Itaq; Philosophiæ nomen generatim omnes artes ac disciplinas, quæ libero homine dignæ sunt, suo ambitu complectitur.* A. i.

Quæ communes ipsius & partium appellationes, seu species habituum Intelligentiæ ab Aristotele traduntur? 6. Eth. ca.

Ea quinq; numerantur; Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Mens siue Intelligentia. B. i.

Quæ

Quæ illarum differentia docetur?

Ars propriè mechanicorum, vt fabrorum & operarum: Scientia Cõclusionum: Prudentia Actionum: Sapientia primarum Causſarum: Intelligentia Principiorum eſſe dicitur.

Philoponus verò Diſciplinam quaſi nomen generale facit, id quod & Artem, & Scientiam ſub ſe concludat. Nunc Philoſophiam κατ' ἔπαινον, καὶ ἐκτῆς ὑπεροχῆς, hoc eſt, à laude & eminentia, Τέχνην τεχνῶν καὶ ἐπιστήμην ἐπιστήμων, *hoc eſt Artem artium, & ſcientiam ſcientiarum appellari docent; non quòd ea Ars ſit verè, ſed quòd ſit omnium bonarum artiũ procreatrix & quaſi parens: ipſa verò tantummodo Scientia & ſcientiarum omnium principium & Caput.*

C. 1. Philoſophiæ Diuiſiones.

Quot traduntur Philoſophiæ Diuiſiones?

Ea variæ & multiplices apud antiquos ſunt traditæ aliis aliter ſentientibus: verùm quæ maximè celebrantur duæ ſunt, quarum vna à Rebus ſubiectis, *altera à* Finibus *eſt ſumpta.*

1. Diuiſio.

1. Recita priorem?

Philoſophia in tres partes eſt diſtributa, in Naturæ obſcuritatem, quæ Phyſica: *in Diſſerendi ſubtilitatem, quæ* Logica; *& in vitam atq; mores, quæ* Ethica *appellata eſt. Huius primi auctores ſunt Stoici, teſte Plutarcho & Diogene.*

2. Diuiſio.

2. Recita alteram.

Philoſophiæ pars alia eſt Θεωρητικὴ, *quæ in Cognitione & Contemplatione verſatur, cuius finis*

eſt

est Veritas: alia πρακτική, cuius in agendo munus est, cuiq; Bonum proponitur. Priorem Speculatricem seu contemplatricem, posteriorem Actricem seu Administraticem vocant. Hæc diuisio Peripateticorũ Scholæ familiaris fuit, quam ad Animi geminas functiones Ammonius accommodatam dicit.

Quomodo illas diuisiones conciliant?

Nihil aut parum dicunt interesse, quod posterior priorem in se concludat, maximè cùm Ethica morũ Actiones conformans πρακτικὸν illud Philosophiæ genus constituat; Physica verò in Naturæ contemplatione, & Logica in veri ac falsi inuestigatione posita ad Cognitionem pertineant, & θεωρητικον illud genus constituant.

His igitur explicatis, recita vniuersæ Philosophiæ Distributionem, quæ duplicem illam superiorem cõplexa, Ad Aristotelis doctrinam accommodata esse dicitur:

PHILOSOPHIA *vel est* Θεωρητική, *vel* πρακτική. Distrib. Philos. ex Gerh. Matth.

1. ΘΕωρητική, *cuius finis veri cognitio, est vel* Λογική, *vel* Φυσική.

1. LOGICA, *quæ in differendi subtilitate versatur, duplex est,* Apodictica & Dialectica. Apodictica, *quæ in necessariorum argumentorum conclusione versatur, adstruendæ veritati & scientiæ accommodata.*

Dialectica, *quæ in probabilium argumentorum tractatione posita ad Verisimilitudinem & Opinionem dirigitur: cui affinitate quadam coniuncta est* Sophistica.

2. Physica, *quæ de natura & rebus occultis agit: cuius partes sunt:*

1. Θεολογικὴ, *quæ in rerum diuinarum, & omnino à materia abstractarum consideratione versatur, aliter,* Prima Philosophia, Theologia, Sapientia, Metaphysica *dicitur. Huc nostra* Theologia *et si θεόπνευστος quodammodo reuocatur.*

2. Μαθηματικὴ, *quæ in quantitatibus ac rebus à materia cogitatione seiunctis consistit; ac tribuitur in,*

1. Arithmeticam *de numeris: ad quam* Logistica, *i. Calculatoria refertur.*

2. Musicam, *seu harmonicam de cantu: quæ partim sensu, partim ratione nititur.*

3. Geometriam, *de figuris, ac magnitudinibus cui subsunt,* Stereometria, Geodesia, Optica, Catoptica, Scenographica, Architectonica, & Mechanica, *quatenus ratione constat.*

4. Astronomiam, *quæ conuersionem cæli, ortum, obitum, motumque syderum contemplatur. Huc* Phænomena *pertinent, &* Nautica, & Astrologia.

3. Φυσιολογικὴ, *quæ res materiatas ac ortui & interitui subiectas considerat. Vulgò speciali nomine* Physica, & Physiologia *nominatur: cui subest* Medicorum scientia, *quam* ἰατρικὴν *Græci vocant.*

II. ΓΡΑΚΙΚΗ, *cuius finis boni adeptio, de vita ac moribus considerat; vnde &* ΗΘΙΚΗ, *id est,* Moralis *dicitur: cuius partes sunt tres.*

1. Mo-

1. Monastica, *quæ vitam ac mores hominum singulorum componit: vulgò* Ethica *generali nomine appellatur.*

2. Oeconomica, *quæ domus ac familiæ rationem habet: vnde & Domestica latinè nominatur.*

3. Politica, *quæ in Rerumpub. ac Ciuitatum æquabili moderatione versatur: quam Ciuilem disciplinam latini vocant; cuius pars quædam est Iurisprudentia.*

Quid P. RAMVS Philosophiæ nomine intelligit? Collatio. è P. Ramo. A. s.

PHILOSOPHIAE vnico & communi nomine similiter studium sapientiæ, & omnes artes liberales comprehendit.

Quid de Differentia appellationum habituum Intelligentiæ, & præcipuè Artis ac Scientiæ sentit? B. s. Habitus Intelligentiæ.

Hæc vocabula in vero & communi vsu significationem communem & generalem habere ostendit, vt Grammatica *posit & Ars, & Scientia, & Prudentia, & Sapientia nominari, quanquam Prudentiæ nomen de Virtute morali in rebus agendis sæpius vsurpetur: Sapientiæ in Consilijs, & deliberationibus. Quare verborum istorum discrimina (ait) ab otiosis in Schola hominibus temerè distincta sunt; res autem, vsus & veritas longe alia est. Itaq; Aristoteles hic etiam laudatur, qui lib. 1. Metaphysicorum cap. 1. artem & scientiam, verum vsum secutus, pro eodem sumpsit.*

At verò id videtur differentiam Artis & scientiæ facere, quòd in Physicis aut alijs artibus, præcepta sint vt plerunque, non semper?

Error ille inanis persuasionis magnus est. Neque enim in Physicis vllum Platonis tempore præceptum fuit, quod non hodie etiam verum sit. Idem in Medicina, & qualibet alia disciplina, cuius vel vsus coniecturalis esse possit, Ars tamen tota est necessaria & κατὰ παντὸς.

Quid de varijs Philosophiæ Diuisionibus videtur?

Philosophiam tum è Causis aut Effectis, eorumq; Symbolis, tum è Subiectis aut adiunctis varié distribui posse, sed & satis confusè à quibusdam distributã esse non negat, ideoq; maiorem ad legitimam Partitionem, accurationem requirit.

Sed è duabus ille celebrioribus vtra præcipuè probatur, & quomodo illæ conciliantur?

Prior Stoicorum è Subiectis Trichotomia partes quidem inde præcipuas vtcunq; distinguit, sed nec ordine, nec formis oppositis ad legitimam omnium partium deductionem satis accurata est.

Altera Stoicorum Dichotomia forma quidem diuidendi accommodatior esset; sed & vanas initio differentias Cognitionis & Actionis (quæ omnibus pariter proponuntur) adhibet, & particulas quasdam præterit, quasdam impropriè enunciat, minusq; accuratè digerit. Conciliatio hic nulla alia conuenit, nisi quod

quod prior è præcipuis Subiectis præcipuas partes, altera ex finibus, sed vanis ac inanibus, genera constituat, & hinc partes distinguat, quas rebus Subiectis explicat.

Quomodo igitur legitimam Philosophiæ distributionem conformandam putat?

Veras è vero vsu, finibus & subiectis, partium differentias deducendas censet, quibus vtiliter & vsui humano conuenienter perspicua, quantum fieri possit, Dichotomia tota Distributio perficiatur.

Est ne talis quædam à P. Ramo adumbrata?

Sunt quidem lineamenta eius ducta, generibus partibusq; non temerè distinctis, sed accurate disputatis, quæ in hunc ordinem rediguntur.

PHILOSOPHIA *est artium omnium cognitio.*

Partitio Philosophiæ è P. Ramo per D. Henricum Schorum & Ioan. Tho. Freigium collecta.

Ars est, rerum homogenearum per generalissimum, subalterna & specialissima comprehensio & ordinatio.

Ars est Generalis vel Specialis.

1. Generalis *est Instrumentum & Administra sapientiæ, qua vt vniuersa & generalis hominis facultas nempe* Ratio *&* *eius comes* Oratio *perpolitur, ita omnis alia ars conformatur & comparatur.*

Generalis itaque est.

Tum Dialectica, *omnium* καθολικωτάτη, *de recto* Rationis *vsu.*

Tũ { Grãmat. & Rhetor. } de Oratiõis { Puritate. / Ornatu { Soluto. Ligato.

II. Specialis est, *quæ generalium artificio effecta certa, res subiectas suis præceptis docet,*

Hæc vel circa Rerum naturam *versatur, vel Circa* Mores.

Naturæ artes.

I. *Circa* Naturam *duæ, vna* Mathematica, *altera* Physica.

Mathematica *circa rerũ* quantitatem, *rursum duplex, nempe,*

1. Arithmetica *in* Numero: *sub qua* Logist.
2. Geometria *in* magnitudine, mensura, & lineamentis: *vbi* Geodesia, Radius, Dioptra *Hipparchi*, Regulæ, Armillæ, Astrolabium *Ptolomæi*, Torquetum *Regiomontani*, Vmbrarum *mensura, &c. continentur.*

Item huc pertinent Cosmographia, & Geographia, Mechanica & Organica Ταυτμ. ποιητικὴ, ἰσορροποτικὴ *de põderũ æquilibrio*, Ταχτικὴ *ars militaris*, Architectura,

Physica, *circa rerum* qualitatem: *quæ est, Vel* Sensuum, *vnde*

1. Musica, *audiendi.* 2. Optica *videndi. Vel* Corporum,

Tum Simplicium, vnde

1. Astrologia *circa Astra: ad quam refertur* Sphæra, μετεωροσκοπτικὴ, γνομονικὴ.
2. Physiologia, *circa* Elementa: *ad quam* Agricultura; & Medicina *referunt.*

Tum

Tum Compositorum, *quæ*

1. *Aut* imperfecta, *circa quæ* Meteorologia.
2. *Aut* Perfecta, *circa quæ* Psychologia & Historia *animalium*.

Morum artes.

2. *Circa* Mores, *scilicet* Ethica, *quæ & ipsa generalis est ad* Politicam *&* Oeconomicã. *Et huc pertinẽt* Iurisprudẽtia, Historia, *&* Theologia, *quæ nihil aliud est, quàm diuina* Ethica.

At verò Musica, Optica, & Astrologia ab alijs in Mathematicis numerantur.

Non ignoro Proclum, lib. 1. cap. 12. & 13. Illas Mathesi subijcere: sed eius Partitio plane falsa est. Musica *enim non docet doctrinam numerorum, sed genera, differentias, rationes & proportiones sonorum.* Optica *autem lucidum, vmbrosum, rarum & densum sibi proponit: quæ qualitatum physicarum & sensibilium principes sunt. Neque* Astrologia *docet quantitatis doctrinam in linea, superficie, corpore (quod matheseos est) sed naturam & affectionem corporum cœlestium: quæ non modo pars est Physicæ, sed prima etiam summaq; pars: imo reliquarum omnium partium longißimè princeps & domina, earũq; causſas, principia, vicißitudines, ortus, interitus, mutationesq; suo sinu gremioq; complexa. Atq; hæc ita P. Ramus ex ipso Aristotele demonstrat, qui libr. 2. Phys. 2. Astrologiam, Opticam, & Harmonicam φυσικώτερα appellat, vel potius Mathematis cõtraria: quia Geometria lineam quidem Physicam considerat, sed geometricè; Physica autem Geometricam lineam, sed Physice.*

Adde etiam ex Ramo definitiones Artium:

Grammatica	*est ars bene*	*loquendi.*
Rhetorica		*dicendi.*
Dialectica		*disserendi.*
Arithmetica		*numerandi.*
Geometria		*metiendi.*
Musica		*canendi.*
Optica		*cernendi.*
Astrologia		*diuinandi.*
Ethica		*viuendi.*
Politica		*gubernandi.*
Oeconomica		*dispensandi.*
Medicina		*medendi.*
Iurisprudentia		*Iusti & æqui.*

CAP. 4. DE ANTIQVISSIMIS Logicæ Scholis & Auctoribus ex lib. 1. Sch. Dial.

De 3. Proœmij parte.

Quoniam & principia Artium, & Philosophiæ partitiones repetiuimus: deinceps propius ad Logicã accedamus.

Quinam igitur primi Logicæ auctores habentur?

Deus.

PRImus & princeps Logicæ auctor est ipse Deus: qui vt hanc suæ Sapientiæ lucem primum in hominis Mente accendit, ita eiusdem turpissimo hominis lapsu pene exstinctæ igniculos suo afflatu in primis Patriarchis vicissim excitauit, ac paulatim vsu & Experientia per magnos homines eius vim notari, atq; in documẽta, Artisq; formam redigi curauit.

Homines experti ad iuuantes causſæ.

Pos-

Possunt ne illi humani auctores certo ordine enumerari.

P. Ramus lib. 1. Schol. Dial. quatuor antiquissimorum Logicorum Scholas distinxit, Diuinam, Mathematicam, Physicam, Politicã, *quib. quincta* Christiana *nostri Seculi addi queat, vt præcipui earum auctores & fructus breuissimè perstringantur.*

1. Quæ diuina, & quis inde præcipuus ad artem fructus manauit?

Diuina *est Hebræorum à Prometheo, qui in sacris literis Noëus fuerit; is antiquissimus Logicus artificiosæ* Methodi *auctor in Philebo Platonis celebratur. Nec alienum sit credere, de Logicis artibus à primis Parentibus aliquid præceptum fuisse, qui de mathematicis rebus, vt est apud Iosephum, ita accuratè Philosophari non potuissent, sine certa aliqua* Inuentionis & iudicij *regula. Huc confer quæ sunt Exodi 18. ex 1. Proœm. pag. 16. Et de Abrahami Matheſi ex Artapamo Hist. apud Eusebium in præparat. Euang. lib. 9. cap. 4.*

1. Diuina. Methodus.

Inuentio Iudicium.

2. Quæ Mathematica eiusq; fructus?

Mathematica *est eorum, qui mathemata præcipuè docuerunt, & in primis Pythagoreorum: qui, quòd Pythagoras, Italicæ Philosophiæ princeps, suis discipulis quinquennij silentium imperasset, Argumentum* Inartificiale *cum auctore suo magni fecisse videntur. Porro ex Pythagoreis Heraclitus* vsum *Sapientiæ magistrum fecisse; Empedocles Rhetoricam inuenisse, hoc est, eius nomine* Inuentionẽ & Iudiciũ *ad causſas forenſes accõmodasse:*

Mathematica.

Inartificiale.

vsus magister.

Inuentio

Dispositio Veritas Opinio. Categoriæ

Parmenides Veritatis & Opinionis *iudiciũ distinxisse (quanq; ipsum omnino Logicũ fuisse Dialogi Platonici ab eius nomine inscriptio ostendit) Architas Tarentinus* Categorias *constituisse dicitur.*

3. Physica.

3. Quæ Physica, & quis inde fructus?

Inuentor Logicæ.

Physica Ionica *est, in varios Magistros ad Socratem vsq; diuisa. Ex his Zeno Eleates* Logicæ inuentor, *teste Aristotele, quòd veterũ inuenta collecta auxisset, apud Laertium efficitur. Huius varia documenta Logica ex Platone colliguntur, de* Caussis, Effectis, *Adiunctis, Oppositis, Comparatis, Genere, specie, Toto, Partibus, Diuisione, Definitione. De*

Argumenti pæne omnia.

mocritus autẽ nominatim de Axiomatis, Syllogismo, & Methodo, *Protagoras de* Cõtradictiõe, & Sophistica *præcipuè; Hippocrates de* Inuẽtionis & Dispositionis *partib. ferè oĩb. disseruit.*

Iudicium.

4. Politica, Socratica que. Fructus Socratici.

4. Quæ Politica, & quis eius fructus?

Socratis & Socraticorum logica Schola πολιτικωτέρα. Socrates q; omniũ superiorum nõ solum Natura, sed etiam Arte & vsu λογικώτατος fuit: vnde Galenus eum non modo Ethicæ inuentorem, sed etiã Logicæ perfectorem facere videtur. Socrates autem Dialecticæ definitionem, quæ est, Ars benè disserendi, *& tres omnium Artium Caussas,* Naturã, Doctrinam, & Exercitationem; *Artis q; partes Naturæ & Exercitationi cõmunes,* Inuentionem & Dispositionẽ, *aut à seipso ferè deprõpsit, aut rectius excoluit:* Vsum *verè Artis verè naturalem, insignem & illustrem, quem P. Ramus tantoperè commendat, Sotraticum q; appellat,* Analysi &

Vsus.

Genesi

Geneſi *ad virtutes & vitia acutiſsimè deprehendenda, imo ad auctorem* Deum *cognoſcendum, omnino mirabiliter & vberrimè illuſtrauit.*

A Socrate deinceps quinam in Schola Politica præcipuè celebrantur? Socratici.

Deinceps ſectæ & Scholæ variæ exortæ ſunt, Socratemq; Philoſophi præcipuè quinq; Logicis artibus celebres ſunt conſecuti, Anaxarchus, Ariſtippus, Euclides, Antiſthenes, Plato.

1. Ab Anaxarchi diſcipulo Pyrrhone extitit Pyrrhoniæ Logicæ Schola: 2. Ab Ariſtippo Cyrenaica, & Epicurea: 3. Ab Euclide magis Sophiſtica vt Zenonica: 4. Ab Antiſthene primum Cynica, vnde deinde orta Stoica: 5. A Platone Platonica, *cuius Logica eadem quæ* Socratica. *Tandem è Platonis Schola ſectæ duæ factæ ſunt, vna Academicorum, altera Peripateticorum.* Platonica eſt Socratica. Academici

In Academia Speuſippus Platonis nepos, & alij excellentes Logici numerantur lib. 1. cap. 6. Sch. Di.

Peripateticorum, qui mirificè artes Logicas excoluerunt, princeps fuit magnus ille Ariſtoteles, longè omnibus & ingenio & diligentia præſtans, vt ait Cicero 1. Tuſc. Huius deinceps Sectatores & interpretes plurimi fuerunt. Peripatetici. Ariſtoteles

Sed quis fructus ad Logicam ex omnibus illis Scholis à Socrate ad Ariſtotelem vſque redundauit?

Multiplex omnino. Nam etiamſi quidam conuellere Logicas artes velle viderentur, aliiq; etiam magis Sophiſticam amplecterentur: tamen illi ipſi ad

con-

confirmandum suum institutum logicis & rationum & testimoniorum probationibus vtebantur. Reliqui verò præsertim Stoici logicas artes partesque omnes accuratissimè excoluerunt & exercuerunt, vt non satis verè à Cicerone dictum videatur, Stoicos tantum iudicandi partem diligenter esse persecutos. Hos tamen Peripatetici & subtilitate, & vbertate longè superarunt.

Stoici.

Quem igitur fructum Princeps eorum Aristoteles ad Logicam attulit?

Aristotelicæ Logicæ fructus.

Longè vberrimum, tum ad legitimam artis conformationem, tum ad vtilem eiusdem exarcitationem. Nam cùm Aristoteles Alexandri magni beneficio libros innumerabiles superiorum Philosophorum congregasset; plurimosque etiam ipse non modo de Logica (qui, quòd è titulis diuinare vtcunque licet, Centum & quinquaginta minimum videntur fuisse, partim totam artem nomine Dialecticæ & Rhetoricæ, partim eius particulas etiam complexi) verumetiam de vniuersa Philosophia conscripsisset: ipsius Philosophia tanquam omnium Philosophorum Bibliotheca quædam fuerit, ex qua tum Dialecticæ, tum cæterarum etiam artium omnium vt Materia ferè omnis, ita & Forma, atque vtriusque iudicandæ certæ Leges depromi queant. Nam vt ipse tanquam Logici Agri diligens & industrius cultor, fertilissimam segetem, quam à Philosophis antiquis in eo, sed varijs sentibus noxijsque herbis obsitam, offenderat, mirabili labore ac studio expurgauit; ita sectatoribus & æmulis suis

Libri Logici Aristotelis 150.

Materia & forma Artium ex Aristotele.

Labores Aristotelis

ad

ad impedimenta, quæ supereſſent, expurgandum viam ac rationem certis legibus ac principijs (de quibus supra reſpondi) accuratißimè oſtendit. Vſus autem Artis tam mirificè ab eodem excultus & celebratus eſt; vt, cùm propoſita in vtramq; partem diſciplinis de rebus omnibus diſſerendi ratione, ita Philoſophiam cum Eloquentia coniungeret, inde Aurei fluminis laudē, Cicerone iudice, eius Oratio meruerit. Inde ἑωθινὰ καὶ δειλινὰ, id eſt, matutinas & veſpertinas lectiones ita diſtinxit, vt mane Philoſophiam, à meridie Eloquentiam doceret, cùm interea vtramq; etiam ipſe plurimum in Dialogo, eodem Cicerone teſtante, commentando coniungeret. Sic ille Vſum verè naturalem & Socraticum ſummo ſtudio & ope non modo diſcipulis inculcauit, ſed ſcriptis etiam de vniuerſa Philoſophia plurimis libris ad poſteros propagauit. Itaque quicunque tanti Philoſophi exemplo Philoſophiam coluerint & exercuerint, ij verè Ariſtotelei Ariſtotelis ipſius iudicio habendi ſunt.

Leges.
Principia.
Vſus Ariſtotelicus.
Ariſtotelei qui.

Qui Diſcipuli & Sectatores Ariſtotelis præcipui fuerunt?

Ariſtotelis inter cæteros diſcipulus, & in Lyceo ſucceſſor fuit Theophraſtus: cui etiam Bibliothecam ſuam dedit. Is verò artem Logicam non ſolum copioſius, pluribuſq́ue libris expoſuit, ſed ſtudioſius etiam, quàm Magiſter exercuit; & quam diligentia Doctoris ſui auream didicerat, diuinam ipſe meditationum & exercitationum ſuarum ſtudijs effecit. Theophraſti diſcipulus & ſucceſſor fuit Strato eloquentiſſimus: cui Lycon ſucceßit, qui, ꝙ in dicendo ſuauißimus eſſet,

Theophraſtus.
Strato.
Lycon Phalereus.

esset Γλύκων dictus fuit. Phalereus etiam Theophrasti auditor fuit, disputator subtilis. Orator parum vehemens, sed dulcis tamen: qui similiter de Logica & Rhetorica quædam commentatus est. Euclides præterea Platonis discipulus primũ, deinde Speusippi, vir doctus, plurima etiam ad Logicam illustrandam scripsit, vnde Laertius testatur monimenta ipsius nominatim de Dialectica suo tempore lecta esse. Atque ita Peripatetica Schola facilè reliquas omnes logicis laudibus superauit.

Euclides.

Reliquiæ. Logicæ Peripateticæ.

Quid igitur de tam multis Logicæ artis peripateticis monimentis reliquum habemus?

Nihil præter Porphyrium (qui annis amplius quingentis post Aristotelem Categoremata à generali Inuentione separata pro Isagogica Institutione Dialecticæ præfixit) & Septendecim libros Aristotelis, si tamen sunt Aristotelis, qui in vnũ Opus coniuncti Organon appellantur:

Cur non videantur Aristotelis esse Libri?

Quòd nec fluminis illius aurei in tot libris vlla gutta cernatur; nec vetus ille singulorum librorum & titulus & numerus à Laertio propositus præsenti titulo numeroque conueniat, nec Ciceronis Topica ex his conuersa videantur.

Quæ igitur Causa huius dissimilitudinis esse videtur?

Cum

Cum Theophraſtus Neleo, & hic ſuis poſteris, hominibus idiotis libros Ariſtotelis dediſſet, qui eos incluſos & negligenter abiectos tenuerunt, imo in foſſa quadam ſub terra occultauerunt, vnde tandē tineis & ſitu exeſos & corruptos eorum etiam poſteri Apelliconi Teio eoſdem magno pretio vendiderunt: factum videtur, vt cùm is vellet corroſos & exeſos emendare, ſcriptura non expleta exemplaria noua deſcripſerit, libros qúe vitijs & mendis refertos ediderit, vt P. Ramus ex Strabone & Plutarcho refert, lib. 1. cap. 7. vbi plura de Cauſsis Corruptionis, & Corruptoribus ipſis.

Qui deinceps Interpretes Ariſtotelis præcipui fuerunt? Ex cap. 8.

Cùm ab ipſius obitu ita libri annos ducentos quadraginta latuiſſent; ac tum in lucem editi, quod ita corrupti & mutilati eſſent, à nemine curarentur: tandem Adraſtus, Aſpaſius, Alexander, primi de Peripateticis Ariſtotelicam Logicam in publicas Scholas induxerunt, & iuuentuti propoſuerunt: Hos ſecutus videtur Galenus: qui ducentis circiter annis poſt publicatam Ariſtotelis Philoſophiam floruit. Is, cùm animaduertiſſet non modo ſectarum cum ſectis alijs in logica theoria diſcordiam, ſed ſingularum etiam inter ſe ſectarum diſſenſionem; nulli ſe ſectæ præcipuè addixit, ſed tanquā neutralis & electiuus, vt ita dicam, è ſingulis, quæ placuerunt, elegit. Itaque de ſuo iudicio, non omnino ex Ariſtotelis arbitrio, plurimos etiam libros ad logicæ & totius Philoſophiæ illuſtrationem conſcripſit: vide lib. 1. cap

Interpretes.
Adraſtus.
Aſpaſius
Alexan.
Galenus.

cap. 8. Alexander Aphrodiseus incertum est, an superior Galeno, vel inferior (quod magis probabile) fuerit. Hos secuti sunt, Themistius, Porphyrius, Plotinus, Iamblichus, Ammonius, Simplicius, Grammaticus, Herminus, Maximus, Boëthius, Sidonius, Dexippus, Alexander, Aegeus, Cornutus, Athenodorus, Syrianus, Eustratius, Ariston, Achaicus, Eudoxus, Psellus, &c. Mitto iam Ciceronem, qui omnia Logica documenta & Rhetorica ex Aristotele & Græcis Magistris in suis Topicis & reliquis Oratorijs libris interpretatus est: mitto Academiarum & Illustrium Scholarum peculiaria in omnes Aristotelis libros Commentaria: cuiusmodi Facultas artium in Academia Louanienſi per totius Philosophiæ peritissimos viros Anno M.D.XXXV. componi curauit. Mitto reliquos nostri seculi clarissimos vniuersi Aristotelis aut tantum Organi Logici Interpretes, & explanatores, inter quos D. Gerhardus Matthisius Geldrienſis, Philosophiæ, & S. Theologiæ Doctor ac Bursæ Montis apud Colonienses Rector, quem ego circa annum 1560. audiui, præcipuè celebratur. Edidit & Iacobus Schegkius aliquot in Organō Aristotelis Tractatus, qui Anno 1577. Basileæ impressi sunt. Gulielmus Xylander Institutiones Aphoristicas Logices Aristotelis euulgauit Anno 1577. Heidelbergæ. Et Franciscus Toletus, societatis Iesu, Commentaria vna cum Quæstionibus in vniuersam Aristotelis Logicā Coloniæ Anno 1579. impressa edidit. Scripsit & Perionius Obseruationes in Aristotelem; sed P. Ramus Animaduersiones seu Scholas Logicæ omnium luculentissimas, &c.

An

An vero illi omnes eodem modo in Aristotelis Philosophia versati sunt?

Minimè: nec enim omnes eadem libertate in legitimam Logicæ conformationem incubuerũt, nec præstantem eius vsum similiter celebrarunt. Nam antiquissimi Aristotelis sectatores Aristotelis similimi, hoc est, liberrimi in Philosophia fuerunt, & contra alios verigratia liberrimè senserunt; logicamq; artem nõ solum concisis contentionum modis, sed disputationibus etiam perpetuis, & in vtramq; partem tractatis exercuerunt: quorum vltimus Galenus videtur fuisse. Reliqui deinceps pleriq; serui, non veri Philosophi fuerunt, qui libertate veri quærendi & tuendi abiecta, nullaq; vera exercitatione adhibita, totam rem ad aniles & inertes, de præceptis creditis, non intellectis, nec vsu vllo meditatis & expertis, altercationes traduxerunt. Sic enim versati sunt illi post Galenum interpretes in Aristotelis Logicis, vt ab eo Logicam & inuentam & perfectam crederent, deq; eius vlla parte quærere aut dubitare nefas putarent, vsũ autẽ artis verum prorsus ignorarent. Inde ad nostrum ferè seculum, miserabilis Sophistica nomine & specie Logicæ exercitationis in omnes Scholas inducta est, vt Logica percommodè exerceri videretur, si discipuli eius artis de Logicis præceptis acerrime inter se clamarent, nec præterea vsum vllum intelligerent. Imo & ille ex distractis olim Rhetorum & Philosophorum Scholis, dissimiliq; quorundã differendi modo, error inueteratus vspiam in hodiernũ diem manet, quod Logica tenuiter, aridè & concisè, Rhetorica autem co-

Aristotelei dissimiles.

Liberi.

Serui.

piosè, abundanter, & grauiter disserendi Magistrã; ideoq; illa Philosophorũ, hæc Rhetorum, poëtarumq; propria esse dicitur, atq; hoc falso discrimine illa ab hac distinguitur. Sed naturalis rationis vsus Magister & Censor adhibitus omnino conuincit, vt Grãmatica sit ars benè loquendi omnibus communis, ita & logicam esse benè disserendi, Rhetoricam autẽ benè dicẽdi artem prorsus generalem, omnibus rebus & auctoribus, omni loco & tempore communem: ideoq; illas artes præceptis omnino distingui, vsu autem semper coniungi: qui vt maximè varius in præstantium hominum exemplis appareat, ita eorum imitatione ex artium præscripto sit conformandus.

Sed de Artis conformatione & descriptione quæ præcipuè Controuersia fuit?

De artis cõformatione controuersia.

Cum Aristotelis Logica aut omnino interijsset, aut ita mutilata esset, vt non modo Definitio & Partitio nulla, tanquam Capita, quò reliqua membra referrẽtur, initio reperirentur, sed reliqui etiam libri dispersi non satis cohærerent: hæc de Artis descriptione contentio exstitit, vt alij Interprẽtes ad vnam generalẽ Artem, quæ Inuentione & Iudicio perficeretur, omnia quoquo modo redigerent; alij verò duplicem artẽ ex quibusdam Iudicij differentijs facerent, ad eamq; libros illos accommodarent. Nam primũ antiquissimi interpretes, vt Adrastus, teste Simplicio, & eius sectatores (inter quos etiam è recentioribus Philoponus & alij numerantur) cũ vniuersam artis vim verbis διαλέγεσθαι & λογίζεσθαι, id est, disserere, vt interpretatur Cicero, à Platone & Aristotele cõprehẽdi,

Adrasti Dispositio

di,& ab ijsdē in Inuentionem & Iudiciū distingui vi
derent: prudenter cogitarunt, ad illud Definitionis ca
put, statū vniuersæ artis complectens, & ad duo illa
Partitionis primaria mēbra ex tota artis essentia na-
turāq; constituta, reliquas oēs particulas esse suo or-
dine accommodandas. Itaq; Logicā ex primi Topici Definit.
ca. 1. Artē benè differendi definientes, Partitionemq; & Partitio
illam à Socrate, Platone, & Aristotele acceptam, imo Dialect.
Vsu Magistro indicatā & cōprobatam constituentes,
ad illud caput, eiusq; membra naturali ordine distin-
cta, varios & confusos Aristotelis illos libros quoquo
modo retulerunt, nec aliā partitionē agnouerunt. Ea-
dem ratione Cicero legitimam tū definitionē tū par-
titionem approbans, multos Aristotelis Topicos libros
non ad verbū quidem interpretatus est, nec vllis Dia-
lecticā differētijs distinxit, sed summatim eos omnes
& generatim in vnā cōmunem Inuentionem contra-
xit, quod similiter in Iudicio facere constituerat. Sed
deinceps Alexander, Themistius, Porphyrius, alijq; Alexandri
nonnulli cùm viderent eandē Artem nunc ad neces- Dispositio
sarias, nūc ad Probabiles, disputationes distinctis for-
tasse quibusdā particulis, quæ tamen per se sunt com-
munes, applicari, & Sophisticā separatim tractari;
hac ex accidente, eoq; non artis vniuersæ, sed vnius tā
tum particulæ (est. n. Axiomatis propria) distinctione
adducti, duplicem Logicā fecerunt; vnam Apodi- Partitio
cticam seu Analyticam de Demonstratione, hoc est Logicæ A-
de necessaria argumētatione; Alterā Topicam seu lexādrina.
speciatim Dialecticam de Probabili disputatione: cui
Sophisticam affinitate quadā coniunctam subiece-

runt. Itaq; Categorias (quibus à Porphyrio etiã Prædicabilia perfixa sunt) ad initium Logicæ agglutinatas, & libros de Interpretatione. i. de Axiomate, itẽq; libros duos Analyticorum priorũ de cõmuni Syllogismi forma, cõmunia vtriusq; Artis Elemẽta fecerũt; deinde Apodictică in posterioribus Analyticis, Dialectică in Topicis, & postremò Sophisticam in Elenchis doceri monuerunt. Vtramq; autẽ partem & Inuentionem & Iudicium suũ habere censent: cum tamen eadẽ & argumentorũ & Iudicij genera in vtraque repetãtur. Tũ verò & illa Partitio paulũ ab alijs immutata est, teste Boëtio initio in Top. Cicer. Nã cum à Platone, Aristotelele et Cicerone aliquando tria præcipua Dialecticæ officia ex Inuentione & Iudicio ad artis cõmendationem cõiungantur: inde tres partes factæ sunt, Definitio, Diuisio & Collectio seu Argumentatio: & hæc vicißim triplex, Apodictica, Dialectica, & Sophistica. Illum autem confusum Organi ordinẽ Thomistica, Egidistica Peterhispanica, Albertistica, Scotistica Logica secuta, & Gottica barbarie adiuta, non modo verã Logicæ, sed cæterarũ etiam artiũ cõformationẽ atq; earundem vtilẽ exercitationem toto terrarum orbe penitus exstinxit.

CAP. 5. DE NEOTERICIS CHRIstianæ Scholæ Logicis.

5. Schola Logica.

5. Quænam est quinta Schola Logica?

A est hominum Christianorum, & quidẽ variarũ professionum, sed eorũ præcipuè, qui nostro seculo Gotticã barbariẽ explodentes, artium tum legitimã cõformationẽ, tum meliorem exercita-

ercitationē aſsiduis vigilijs reuocare ſtuduerūt. Quod vt cōmode perficerent, nō modo Platonē, Ariſtot. Cic. Quinct. cæteros q̄ præſtantes ſuperiorum Scholarum auctores ſuis Cōmentationibus illuſtrarūt, ſed ex eorum maioribus etiam vigilijs ſuccinctiores, & magis cōpendiarias artiū deſcriptiones deduxerāt. Et quidem primus omnium Rodolphus Agricola poſt beata Græciæ & Italiæ tempora Logicam in Germania ab Eubulideis tenebris in lucē vindicare cœpit: cuius viri induſtriam cum plerisq̄ p̄ſtantes in Germania viri, D. Philippus Melanthon D. Ioan. Sturmius, & alij permulti; tum præcipuè P. Ramus in Gallia, allatis eò à Sturmio ex Agricolæ Schola eximijs Logicæ fructibus, in hac præcipuè arte, omnium artium fabricandarum Magiſtra tum legitime conformanda, tū vtiliter modis omnib. exercenda omni conatu æmulatus eſt, vt hoc feliciſſimo ſeculo vera artiū lux & vtilitas diuino beneficio per omnes Reip. partes refulgeat. Agricola.

An igitur in hac Schola prorſus eſt auctorum conſenſio?

Artes quidem pariter illi omnes earumq́ue vſum exploſa barbarie, ad publicam Scholarum vtilitatē diligēter excolere voluerunt: alijq̄ eas ad Philoſophiam magis, alij ad Theologiam, vel ad alias diſciplinas illuſtrandum magno cum fructu accommodarūt. Sed interim quædam tum in Artium conformatione, tum in earundem fine & vſu manet diſcrepantia. Tantū inueterata & recepta valet Conſuetudo.

Quænam eſt in Logicæ deſcriptione præcipua diſſimilitudo?

Adraſtei Logici.

Alij Adraſteum argumentum & ordinem, alij Alexandreum magis ſequuntur, ſed vtriq; diſſimilibus modis & rationibus. Qui Adraſteum & naturalē ordinem ſectātur, ij pleriq; oēs à definitione & partitione, quanquā nō eadem, artis cōformationem quidē deducunt; ſed valde diſſimiliter. Quidā tum fragmenta illa vulgata Prædicabilium, Prædicamentorū, nōnullaq; alia commenta retinent, & quoquo modo vel tanquā elementa, aut totius artis, aut Inuentionis, vel tanquam peculiarem Inuentionis partem, ſeparatim admittium aggregant; tum vel totam artē, vel Iudicium totum, aut ſaltē Syllogiſmum Axiomatis differentijs impropriè in Apodicticum, Dialecticū, & Sophiſticum diſtinguunt. Quidā verò, vt præcipuè P. Ramus, & qui eū ſequuntur, accuratius omnia dijudicātes & digerentes, vnā generalem & communē Logicam vt Ariſtotelis principijs & legibus, ſic Ciceronis etiam exemplo, ex varijs illis diſperſisq; fragmētis colligunt, quam vt naturali Rationis vſui conuenientem, & æquè latè patentem faciunt; ita generaliſſima definitione, quæ eſt, Ars benè differendi *totam comprehendunt, & duabus partibus,* Inuentione & Iudicio, *quæ totidē Rationis in differēdo muneribus reſpōdent, diſtinguunt. Particulas autem illas fragmentorū & Elemēta ſuis quaq; locis, vt p̄ditabilia & prædicamenta paſſim in Inuentione, Axiomata, in quibus eſt primum & difficilimū iudiciū, in Iudicio accuratè collocant: Differentias q; Neceſſarij, Contingentis ſeu Probabilis, & falſi, ſoli Axiomatico Iudicio, cuius omninò propriæ ſunt, vndeq; in Syllogiſmo*

logismo considerantur, prudenter attribuunt. Fallacias verò etsi ex veris præceptis intelligi cẽsent, tamẽ pro rudioribus extra artem describunt. Atq; hi toti in hoc incumbunt, vt tùm oẽs artes omnino generalibus semperq; veris, itemq; essentialibus distinctisq;, et demq; propriè enunciatis præceptis methodico ordine conforment, tum earum vsum & exercitationem, nõ fictis aut abecedarijs & scholasticis, sed illustribus omnium generum ex præstantissimis auctoribus exemplis demonstrent. Qui verò Alexandreum ordinẽ exprimunt, eorum nonnulli initio Definitionem & partitionẽ nullam admittunt, sed à communibus initijs quasi Synthetica Methodo exordientes, postea duas differendi artes Analyticã, & Topicam distinguunt, vtriq; suam Inuentionem & Iudicium attribuentes: atq; Sophisticã tandem adiungunt: nonnulli verò definiunt aliquo modo, sed non partiuntur; alij partiuntur etiam, sed dissimiliter vel in Officia, vel in partes, & Inuentionẽ contra Naturæ ordinẽ Iudicio postponunt; Prædicabilia, Prædicamenta, Definitiones, Diuisiones, tanquã Elementa à generali Inuentione, Enunciata autem & Methodum Thematis simplicis à generali Iudicio discerpunt; atq; vel totam artem, vel Iudiciũ, vel saltẽ Syllogismum triplici illa ex Axiomatis affectionibus deducta differentia etiã diuidũt, &c.

Et vtroq; genere sunt, qui tum Iudiciũ in sola Argumentatione ponunt, tum naturalẽ Logicæ partitionẽ in Inuentionem & Iudicium, initio omittunt, imo reprehendunt etiã, & in medio vspiam alij inuersam, alij directã collocant; imo quidã nõ vniuersæ artis eã

partitionem, sed Argumentationis subpartitionẽ esse censent; tũ deniq; totam artem nimis anguste ad scholasticas Argumentationes fere adstringunt. Atq; hũc inuersum Alexandri ordinem quidam etiam magna contentione defendunt: quidam verò alijs studijs magis occupati eundem quidem retinent, sed præcepta diligentius expoliunt, & præstãtibus suorum studiorũ & professionum exemplis magis illustrant. Hinc tanta Descriptionis Logicæ varietas exstitit, vt quot eius reperiuntur scriptores, tot etiam fere sint conformationis formæ.

Sed in fine & vsu quæ discrepantia?

Vsus Logicæ.

Cùm ex Aristotele vel eius potius Interpretibus alij Demonstrationem, alij Probabilem Disputationem seu Argumentationem, alij fidem, alij alium Logicæ finem proponant: manent quædam inueteratæ opinionis reliquiæ, quasi Logica sit tãtum Philosophorum & Scholarum tum Methodica simplicis Thematis exponendi Magistra, tum Syllogistica de connuncto themate disputatrix. Itaq; omnia fere præcepta, eorumque definitiones & Diuisiones angustius ad Methodi Thematis simplicis & Syllogismi vsum accõmodatæ sunt: & tota Inuentio quasi speciale, tertij argumenti seu medij inueniendi non cuiuslibet materiæ considerãdæ Instrumentum efficitur. Exempla verò à quibusdam abecedaria, ficta & Categorica; ab alijs aũt etiã illustria quædã ex bonis auctoribus adhibita quidem sunt, sed omnia ad Thema simplex & ad Syllogismos adstringuntur & aliter pleraq; quã à suis auctoribus disputata sunt, contrahuntur. Attamen ipsi

huius

huius instituti auctores quotidiano vsu & suis in bonos auctores Commentationibus angustiam suæ artis demõstrant, & emendant. Contrà alij Socratem, Platonem, imo ipsum Aristotelem propius secuti, sinẽ Logicæ in Benè disserendo omninò generalem & cõmunem esse contendunt, vt tam latè eius vis pateat, quã humanæ rationis vsus. Itaq; tam excellentis artis, quæ sit humanæ rationis expressa effigies, vsum nõ in doctrinali tantum simplicis Thematis Methodo, et Syllogistica de themate coniuncto disputatione, sed omninò in disserendo & ratione vtendo ponunt, vt videlicet generali Inuentione qualemcunq; materiam suis affectionibus, inueniemus, & consideremus, deinde Axiomate ad quiduis exponendum & explicandũ nunciemus, tùm porro Syllogismo ad Quæstionẽ disputandam cõcludamus, & deniq; Methodo vnica & vniuersali ad qualecunq; Thema docendum, explicandum, & disputandum varia axiomata ordinemus. Quare ad illam etiã naturalẽ & cõmunem disserendi rationem & vsum totius Artis cõformatio ita accuratè & accommodatè descripta est, vt ea omnibus auctoribus ad omnes res quocunq; modo disserendas aptè parata, prompta & expedita sit. Exempla autẽ ad artem illustrandam ex Poëtis, Oratoribus, Philosophis, Historicis, & omnibus deniq; præstantibus auctoribus maximè illustria, ea forma & modo adhibentur, quo ab ipsis, coniuncto Grãmaticæ & Rhetoricæ vsu, disputata & tractata sunt, vt & ratio peranalysin inueniendi, cum varia argumentorum accõmodatione, disserendiq́ue modus varius appareat, &

coniunctus trium generalium artium vsus cõiunctim perspiciatur. Neq; hic tanquam in Fragmentis consistitur, sed iuuentus porrò ad integra excellẽtium auctorum opera, ad Scholasticas & vmbratiles disputationes, ad Cõciones, ad Iudicia, ad omnia denique insignia in Repub. negotia, quæ ratione & Oratione à magnis viris tractantur, deducitur, vbi diuinum Logicæ vsum porrò obseruet & perspiciat. Neq; exẽpla omnia ad Syllogismum contrahuntur (cùm multa Axiomaticõs & Methodicõs differantur, vbi Syllogismi vsus nullus est) sed suæ artis, vt Axiomatica Axiomatum, Syllogistica Syllogismorum, Methodica Methodi artificio & analysi ita retexuntur, vt artificiosa accõmodatione perspecta, similia imitatione per genesin conficiantur. Sic enim eximius Logicæ & verè diuinus vsus à Scholarum aridis & spinosis contentionibus ad naturalẽ Socraticamq;, in omnibus vitæ humanæ & Reipub. partibus, exercitationem reuocatur; vt iuuentus à Poëtis, Oratoribus, omnibusq; excellentibus auctoribus discat, non solum purè loqui, ornatè dicere, sed de propositis etiam rebus acutè cogitare, prudenterq; iudicare; atq; has facultates arte & vsu comparatas & confirmatas deinceps in Reip. ad Dei Opt. Maximi gloriã, & ad publicã hominum vtilitatem summo cum fructu exerceat. Hæc diuina est diuinæ Logicæ exercitatio, hic fructus ad omnes Reipub. partes vberrimè redundans; quo non contentiosi & morosi cauillatores, sed prudentes & sapientes homines efficiuntur. Ergo qui hanc Logicam, non solùm vmbratilem & Scholasticam, sed domesticã,

sed

sed forensem, sed Ecclesiasticam, sed omnibus humanitatis partibus accommodatam, atque ab omnibus summis inter homines hominibus opere & exemplo tractatam, Iuuentuti inuident: ij & veram sapientiã eidem, & Reipub. Platones, Cicerones, Homeros, Virgilios, Lycurgos, Solones, Moyses, & Paullos, hoc est, summos, & omni sapientiæ ac eruditionis laude præstantissimos homines inuident.

Auctores postremæ Scholæ insigniores infra diuersæ Artis descriptioni subiiciuntur.

CAP. 6. DE DIVERSO ORGANI Aristotelici ordine, & inde deducta dissimili Logicæ descriptione, eiusq; præcipuis auctoribus.

De 4.ª Proœmij parte.

Nunc diuersum ordinem Librorum Aristotelis & primum Adrasteum describito.

ADRAS.

ADRASTEus Organi Aristotelis ordo.

TOPICORVM Ciceronis ex Organo expressorum, & Rodolphi Ordo.

Definitio generalis initio Organi desideratur, sed hæc 1. Top. ca. 1. extat.

ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ ἐστὶ μέθοδος ἀφ' ἧς δυνησόμεθα διαλέγεσθαι περὶ παντὸς.

DIALECTICA est diligens differendi ratio. *Cic.*

Ars probabiliter de quaque re proposita differendi.

Ars docendi, Boët. Rodol.

Ars differendi, Hyperius.

Subiectũ *Dialecticæ est Thema seu Quæstio, vt Rodolpho placet, seu Propositum vt Cicero appellat, Hype.*

Partes duæ, Vna Inueniendi, *altera* Iudicãdi. *Cic. Boët. Rodolph. Hyper. Perion. VVillich. Valer. Gorscius. Byrsæus, &c.*

Partitio etiam suo loco, abest, sed alijs exprimitur: tq; omnia Aristotelis Logica decreta in hanc subeunt.

Partes duæ
1. Τοπικὴ vel εὑρετικὴ.
2. Κριτικὴ, *seu* Αναλυτικὴ.

I. ΤΟΠΙΚΗ i. Localis, seu Inuentio est de loco argumẽti inueniẽdo. *8. Top. cap. 1. Vel, facultas inue-*

I. INVENTIO LOcos. i. Sedes argumentorum continet.

Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ facit fidem, Cic. Argumentum est id, quo fidem facimus. Rod.

(Hæc

DIALECTICÆ P. Rami ex Arist. & Cic. cõformatæ ordo.

DIALECTICA est ars benè disserẽdi, eodemq; sensu Logica dicta est.

Partes duæ, Inuentio & iudicium.

I. INVENTIO est pars Dialecticę de inueniendis Argumentis.

Argumentũ est, quod

DIALECTICAE Ioan. Sturmij, & similiũ indidem deductæ ordo.

DIALECTICA est ratio benè disserẽdi: eodẽq; sensu Logica nominatur. *Sed Logicæ vocabulum quibusdam cõmunius est, cuius vna pars Apodictica de Demõstratione ex necessarijs; altera Dialectica, de Disputatione ex probabilibus, sed hæc etiam pro toto ponitur. Stur.*

Partes duæ, Vis dissercẽtis, & Disquisitio.

I. Vis Differentis in Inuentione, Iudicio, & Collocatione.

Partes 4. Notio affectionum, Diuisio, Definitio, Argumentatio. Franc. Hotomanus.

I. INVENTIO Locos Argumentorum docet. *St.*

Argumentum est inuentum idoneum ad probandum. St.

Inuen-

Dialect. est ars de quaque re proposita probabiliter in vtranq; partem disserendi. Perionius.

Officium, Finis, Subiecta materia id est, Quæstionũ genera. Discrimen à Rhetorica hic vulgò traduntur.

Inuentio est scientia Locorum inueniẽdorũ, ex quibus argu-

	ADRAS. ORDO.	CICER. ORDO.
	inueniendi .i. Analy.33. Argumenta, Categoremata, Principia, Elemẽta, Termini, Media, rationes, probationes, nominantur. Inuentioni *hi Libri subijciuntur,*	*(Hæc pro generali & ommuni Argumenti vsu definitio nimis angusta est, tantumq; argumẽto Tertio seu medio conuenit.)*
Hæc Organo post Adrastum præfixa sunt.	1. Prædicabilia Porphirij, *quæ sunt,* Genus, Species. Differẽtia, Propriũ. Accidens:	*1. (Prædicabilia cum nec Aristoteles ipse nec Ci. separatim docuisset, etiã Rodolphus & Ramus ad generalem Inuẽtionẽ reuocarũt, & suis quæq; locis tum cõmodius docuerunt, tum vberius exercuerunt.)*
	(Illa Quæstionum duplicia, & argumentorũ è quibus illæ conficiũtur quãtuor aut 5. genera à Sturmio, Periõnio &c. te-	*(Cicero Quæstionum Doctrinã Inuentioni generali subiungit, & speciatim ad eas argumẽta accommodat: quanquã ip-*

RAMEVS ORD.

quod ad aliquid arguendū affectū est: quales sunt singulæ rationes solæ & per se considerātæ.

(Quoniam Inuentio tantum simplicia argumenta seu Themata distinguit, Iudiciū autem Axiomaticum primū ipsa inter se disponit, vt inde existant Themata cōiuncta; Axiomatū doctrina etiā Quæstionū doctrina est, & sic omne Axioma, omnisq; Quæstio distinguitur, non modò ex his prædicabilibus, sed ex omnibus argumentis, vt sit Causſæ, et Effecti, Subiecti & adiuncti Oppositorū, Comparatorū, Generis, Speciei, &c. vt est lib. 2. cap. 4.)

* (Imo omne Ens & nō ens, omneq; Thematis et Quæstionis genus Dialecticō proponitur, vt artis progressu id distin-

STVRM. ORDO.

Inuentionis elementa sunt, Prædicabilia, Prædicamēta, Definitio, & Diuisio. VVillich.

Inuentionis elemēta sunt, Vocum gradus, & Categoriæ: Iudicij Instrumenta sunt, Definitiones, Diuisiones & Enunciationes: Valerius.

Loci sunt,

I. Alij προβλημαtικοὶ id est, Quæstionum, vt, Genus & Species. Differentia & Proprium. Definitio, Accidens.

* Dialectio proposita sunt quatuor Quæstionum genera. 1. Quæsti. Generis: 2. Proprij: 3. Definitionis: 4. Accidē-

tis:

menta dē. promūtur Peri. & c.

Inuctionē à Quæstionū generibus incipimus. Idē.

Inuentionis partes sunt quatuor: 1. Vocum: 2. Rerum: 3. Quæstionū: 4. Argumentorū. Byrs.

I. Inuctio vocum. Franc. Byrsæus.

ADRAS. ORDO.

teris proposita, partim ex Prædicabilibus, & partim è Topicis deducta sunt: sed plura etiam Q. genera à Perionio & alijs aliūde cumulātur.)

Cātegorias alij Inuēti. onem Primariam. i. Logicam alij secundariam, & hursum hanc alij Rerum, alij Verborum, alij vtrorumq; faciunt.

II. Categoriæ seu Prædicamenta Architæ decem.

(Categoriæ tanquā Elementa quædā & Principia Philosophiæ, ad Dialecticam aggregata sunt: quæ Adrastus, qp generali Inuētioni præponerentur τὰ πρὸτοπικῶν, Alexander τὰ πρῶτα τῆς φιλοσοφίας nominauit.)

III. To-

CIC. ET RO. OR.

ipse libr. 2. de Oratore fatetur, eiusmodi accōmodationē non esse artis exquisitæ, sed mediocris ingenij.)

(Categorias nec Cicero. nec Rod. & P. Ra. ad logicā separatim adsūpserūt. Cū aūt eæ tāq; Philosoph. quædā principia, seu vniuersitatis classes, sint confusa quædam tū Rerū ipsarū, tum Logicorū argumētorū genera, sed nec ad Logicam, nec ad res ipsas discēdū & exercendū satis aptè constituta: Res ipsæ ad suas artes distinctæ remittūtur; Argumētorū autē genera in generali Inuentione suis quæque Locis cōmodissimè explicantur. Itaque Argumēta è Logica, Res aūt ipsæ è suis artibus logico artificio petantur.)

(In

P. RAMI. ORDO.

stinctè continetur. Dialecticus autè & Demõstrator idẽ est, eodemq; artificio vtitur. Neque enim ideo Ars aut Artifex duplex est, quòd aliàs Sumptiones Syllogismi sunt Necessaria Axiomata, alias Cõtingẽtia: ea distinctio Axiomatũ propria, nihil ad totam artẽ, aut ad Syllogismũ attinet, sed in Syllogismi partib. inde spectatur

Argumẽtorũ aũt Specialis ad certas Quæstiones Accõmodatio vt nõ est certa & vniusmodi, ita nec peculiaris Artis. Itaque omnia cuiuslibet Propositi affecta argumenta scrutanda sunt: quorũ vis & ratio generali Inuentione cõtinetur; delectus aũt è reipsa nascitur, & differẽtis consilio regitur.)

IO. STVR. OR.

tis; quibus inseruiunt & materiam dãt illi Loci.

Alia 4. genera, An sit? An tale sit? Quid sit? Quamobrem sit? Demonstratoris sunt propria. Sturm.

II. Alij Loci sunt τοπικοὶ, nempe Categoriæ, decẽ rerũ summa genera: in quibus præcedentium locorum facultates, id est, res verbis expressæ seu exẽplatent.

Hactenus Quæstionũ genera & Loci in Prædicabilibus & Prædicamentis: sequuntur Enũciationes ex ijsdem confectæ, quæ partes sunt Argumentationis et sũt Argumẽta: itaq; his Argumentorum Loci, & tum ipsæ Argumentationes. Perion.

Ad quartũ genus Quæstionum pertinent hi Loci, Genus, Species, Differẽtia Definitio, Proprium, Accidens, Perionius. 2. Inuentio Rerum Byrsæus. Decem sũt Dictionũ omniũ prima & summa genera Hotom. Postrema Quæst. Diuisio est è Prædicamentis. Perion.

ADRAS. ORDO. III. Topicorum Libri octo. *Hi enim præcipuè sunt Inuentionis; quamquam & quædam Iudicij propria, vt de Quæstionibus, seu Enũciationibus, deq; Syllogismo & Methodo miscetur, sicut & in Iudicij libris Inuentionis capita cõfunduntur. Atq; hæc causſa est, cur in Topicis Dialecticam probabiliũ separatim institui multi velint.*

Quæstiões reuera iudicij sunt.

Inuentio igitur in Topicis est,

1. Tum Quæstionũ, de quib. differitur, estq; Quæstio Generis, Proprij, Definitionis, Accidẽtis.

Res è suis artibus melius inueniuntur.

2. Tum Rerum è Categorijs, quæ citantur.

Tum

CICERONIAN. (Inuẽtio Ciceroniana & Ramea è *Topicis præcipuè, tum præteritis ijs, quæ iudicij, tum aliũde congregatis, quæ etiam Inuentionis sunt, collecta est.)*

(*Inuentio vna Generalis Ciceroniana et Ramea omnem omnino materiam, tum è qua omne Enunciationis & Quæstionis genus conficitur*) *tum qua omne propositũ quocunq; modo explicãdo, siue confirmando arguitur, multò facilius & plenius, quæ illæ concisæ Inuentium culæ suppeditat atq; distinguit.)*

P. RAMI ORDO.

(*Categoriæ peculiarē logicæ partem non faciunt: attamen in Scholis, tanquam Logicæ appendix, & Isagogē Philosophica præsertim cum à nostris Logicis multiplici rerum & Verborum copia exornatæ sint, ad Doctorum hominum Cōmentationes intelligendum, seperatim cum fructu aliquo explicari poterunt.*)

Vt Axioma sic Quæstio distinguitur ex omnibus Argumentorū Generibus Ramus libr. 2. Dial. cap. 4. vt & paulò antè notatum.

STVRMI. ORD.

III. Alij Loci sunt Εργαστικοὶ, *qui indicant Argumenta ad Quæstiones illas tractandas.*

1. Inuētio Argumentorum. Byræus.

(*Ista de Q. è Topicis Sturmius et alij præmittunt, vt paulò ante demonstratum.*)

Sic & vulgo Inuẽtio nimis angustè ad Media Syllogistica adstringitur.

Ipsi Loci argumẽtorũ sunt ista eiusdem & diuersi iudicandi Instrumẽta, vt separata illa doctrina superua canea sit. Inuentio itaque vna generalis iureomnia Argumentorum dispersa [gene ra complecteretur nec ita angustè ad certas Q. adstringeretur.

ADRAS. ORDO.

3. Tum Mediorum, *seu Argumentorum per quæ Quæstiones disputãtur: ata, hæc habentur, & distinguuntur*, & Per quatuor Dialectici Instrumenta, *vt per Definitiones, Distinctiones, Differẽtias, & Similitudines, libr. 1.* & Per Locus Inuentionis: *qui sunt:*

Vel Generis. lib. 4.
Vel Proprij. lib. 5.
Vel Definition. lib. 6.
Vel Eiusdem & Diuersi. lib. 7.

Sic enim argumẽtorũ genera, Causſæ, Effecta, & cætera deinceps sæpius iterata ad Quæstionũ genera accommodantur, quæ semel generatim tradita, & facilius intelliguntur, & vberius tractantur.

De

CIC. ET RO. OR.

Inuentionis Ciceronianæ capita.

Loci alij insiti, *alij* Assumpti.

1. Insiti, *vel Totã rei naturam explicant: vt,* Definitio, Partitio, Diuisioq;, & Notatio vel partem, vt,

Coniugata, Genus, Species, Similitudo, Differẽtia, Contrariũ, Adiunctum, Antecedentia, Consequentia, Repugnãtia, Causſa, Effecta, Cõparatio.

2. Assumpti, *qui expertes artis, sunt Auctoritates, &c.*

Rodolphi non admodum dissimilis est Inuentio.

Cicero ad finem Topica, Rodolphus autem lib. 2. Rhetorũ & Scholarũ quarundam more Quæstionũ genera persequuntur, & adea V-

sum

RAMEVS ORDO.

Inuentionis Rameæ capita.

Argumentum est.

1. ARTIFICIATE, *idq;*
1. Tum Primum, *& hoc*
Aut Simplex, *nempe,*

Cõsentaneũ *primò absolutè* Causſa & Effectum *deinde modo quodam vt,* Subiectũ, & Adiunctum

aut Dissentaneũ.
Tum Diuersum.
Tum Oppositũ.
& hoc
Disparatum &
Contrarium. *Relatum* *Aduersum.* *Cõtradicens* *Priuans.*

Aut Comparatum, *in*

Quantitate, vnde Par) (Impar. *Maius, Minus.*

aut Qualitate vnde Simile) (Dissimile

2. *Tum* Ortum *vt,*

Coniugata, & *Notatio.*

Distributio vbi *Integrũ, Membrũ. Genus, Species.*
Definitio.

INAR-

ST. OR. Inuẽtionis Stu. principaliscapita

Sũt aũt Loci illi ἐργαστικοὶ Totũ, Partes, Notatio, Cõiugata, Casus, Causæ Effecta, Adiuncta, Testimonia, Similia, Cõtraria Cõparata, Antecedentia, Cõsequẽtia, Repugnãtia.

Loci sunt Insiti. i. Artificiales, & Assumpti. i. Inartificiales. Perio. Gorsceius, &c.

Loci Personarum, aut Rerum. VVillichius, Valerius &c.

Præterea opus est quatuor Instrumentis.

1. *Propositio. copia.*
2. *Facultate definiendi & diuidendi res multiplices.*
3. *Inuentione Differẽtiarum.*
4. *Considerationc similium.*

Ex

ADRAS. ORD.

De dispositione quædam 8. Top.

De Elocutione, ibidem.

II. ΚΡΙΣΙΣ. ΓΕΝΕΣΙΣ. ΤΑΞΙΣ, Ἀνάλυσις. i. *Iudicium, Compositio, Ordo, Resolutio.*

Iudicio hi libri attribuuntur.

I. Περὶ

CIC. ET RO. OR.

sum locorum accommodant; sed superuacanea & fortuita est eiusmodi applicatio.

Iudicium *formam quandam argumentandi, & inuenta explorandi tradit. Rodolphus.*

(Nec Cicero, nec Rodolphus separatim totã Iudicij artem tradidit, sed eius partes tamen ille passim, hic lib. 2. & 3. fere attigit, quæ sunt, &c.

I. Enun-

RAME. ORDO.

II. INARTIFICIA le quod est Testimonium Diuinum & Humanū.

Liber 2.

Iudicium est secūda pars Dialectica de disponendis Argumētis ad benè iudicandum.

(Iudicium nimis anguste in Argumentatione tantum à plerisq; ponitur.)

Iudicium est Axiomaticum, vel Dianoëticum.

STVRMIA. ORD.

(Ex octauo illo Topico quædam infra de Collocatione & Elocutione.)

Liber 2.

Iudicium seu Analysis est via, qua confecti Syllogismi resoluuntur.

Iudiciū est vel de Simplici Themate, vel de Enunciatione, vel de Ratiocinatione, vel de Disputatione, Byrsæus.

Argumentationis doctrina diuiditur in Inuētionem & Iudicium, Fr. Hoto, &c.

Syllogismus est Apodicticus, Dialecticus, Sophisticus.

1. Generatim partes Syllogismi sunt, Termini 3. Argumenta & hinc facta.

Iudicium est in Argumētatione Huius species sunt, Syllogismus, Enthymema, Inductio, Exemplū, Dilemma, Sorites, &c. Perio. Gors. Vvil. Vale. Hoto. &c. Sic plerique omnes.

ADRAS. ORD.	CIC. ET RO. OR.
1. Περὶ ἑρμηνείας, *De Interpretatione, alijs vnus, alijs duo libri: qui præcipuè Axiomaticum Iudicium continent.*	1. Enunciatio *seu Enunciatum.*
(Titulus hic promittit artem sensa & cogitata Mentis alteri significandi per Nomina Verba, & Orationem, quæ est Enunciatio: præter quam hic quædam grãmatica traduntur.)	
2. Libri duo *Analyticorum priorum, qui præcipuè sunt de* SYLLOGISMO.	
(Quatuor libris Analyticis summa Logicæ artis quædam doctrina, sed obscurissima & confusissima continetur: Attamen primi duo præcipuè sunt de Syllogismo, posteriores de	2. Syllogismus *seu* Ratiocinatio.

RAMEVS.

1. Axioma *est dispositio argumenti cũ argumento: qua esse aliquid aut nõ esse iudicatur. Latinè Enunciatum, Enunciatio, Pronunciatum, &c.*

(Hic tota Axiomatici, id est, primi iudicij doctrina ordine explicatur, &c.)

Dianoia *est, cùm aliud Axioma ex alio deducitur:*

Estq; Syllogismus *aut* Methodus.

2. Syllogismus *est dianoia, qua Quæstio cum argumento ita disponitur, vt posito antecedente, necessario concludatur.*

(Hic de partibus & earum affectionibus.)

Syllogismus est Simplex

STVRMIANVS.

Pronunciata *seu* Enunciata. *(Eorum hic tota doctrina ponitur, q̃ ab alijs naturalem ordinem sectantibus Inuentioni tanquam Elemẽta Iudicij subijciuntur.*

Syllogismus est Simplex

ADRASTEVS.	CICERON.
de Methodo, sed nomine Demonstrationis, cuius partes cum debeant esse Axiomata scientifica; hic tres illæ notæ axiomatis necessari affirmati traduntur.)	
3. Libri duo Analyticorū posteriorum, præcipuè de Methodo.	*3. Dispositio Rhetorica seu Ordo, Methodi logicæ Exemplum seu effigies quædam est in Cicerone: quanquam & 1. Off. Lex Methodi attingitur.*
Sic igitur Adrastus dispersos Aristotelis Libros ad Inuentionem & Iudicium distinxit.	

Nunc præcipuos postremæ Scholæ logicos recenseas, & primum qui naturalem Adrasti partitionem vel omnino vel aliquo modo consectati sunt:

DE varijs Dialecticæ scriptoribus legatur Tomi 2. Bibliothecæ Gesneri liber 2. itemq; clarissimi D. Dauidis Chytræi liber de Ratione discendi. Hi autem mihi hoc tempore ad manum erant, quorū Catalogum à Ciceronæ ethnico, principe eorum, qui ex Aristotel. Dialectica Adrasteo ordine deduxerūt exordiar:

1. M. Tullius Cicero *circa annum 41. ante natū* Chri-

RAMEVS.	STVRMIANVS.
plex aut Compositus. (De vtroq; ordine.)	plex & Compositus. (De vtroq; ordine deq; reliquis Argumentationis speciebus.)
3. METHODVS est dianoia variorum Axiomatum homogeneorum pro naturæ suæ claritate præpositorum, vnde omnium inter se conuenientia iudicatur, memoriaq; comprehenditur: estq; vnica.	2. Speciatim de Demonstratiuo Syllogismo. li. 3. 3. De Sophistico, lib. 4. Hic alij ferè definunt. De Collocatione & de Disquisitione. (Hic quædam de Methodico ordine, tum de crypsi Dianoëtica præsertim in Dialogis, miscentur.)

De Disputatione, de que varia in ea Methodo, Byrsæus & Hospinianus.

FINIS.

Christum, ex varijs Aristotelis libris, quibus triplex Logica conformari videtur, vnam generalem, omnibusq; rebus communem colligere instituit, vt è Topicis breuiter & generatim comprehensis apparet. Definiuit, Artem benè differendi: Partes statuit duas, Inuentionem, & Iudicium. Inuentionem vnicam & communem primo loco descripsit, Iudicium si superstes fuisset, similiter descripturus. Huic Logicæ nulla Prædicabilia, nullaq; Prædicamenta præfixa sunt.

Quin-

2. Quinctilianus. 2. Quinctilianus *circa annum Christi 70. illam Logicæ essentiam & Partitionem naturalem omnino probauit.*

Sed deinde circa annum Christi 257. ille in Deum & naturalem Logicam impius Philosophus Malcus Porphyrius Prædicabilia *à generali* Inuentione *separauit, & sic plurimas in Logicã obscuritates induxit.*

3. Boetius. Interpretũ & Thomisticæ tenebræ interea inualescebant. 3. Anitius Manlius Seuerinus Boetius, *Christianus, & omnium Romanorum eruditissimus Philosophus, qui circa annum Christi 480. floruit, etsi in Commentario in Topica Ciceronis duas Logicæ partitiones attingit, & quasi conciliat; tamen censet naturalem illam in Inuentionem & Iudicium, partitionem ex ipsa Definitione commode deduci & demonstrari.*

4. L. Valla. Vide infra pet. Hisp. 4. Laurentius Valla *circa annũ Christi 1415. reprehensa Thomistica & Scotistica Logica, quæ interea irrepserat, tres Dialecticarum Disputationum libros politius quidem, sed retentis varijs particulis, & ordine non prorsus naturali confecit, vsumq; ad illustres auctores reuocare cœpit. Tradit autem hæc ordine,* Prædicamenta & Transcendentia: Definitionem, Descriptionem, Etymologiam. Prædicabilia, *lib. 1. Deinde* Enunciationes, & Locos Argumentorum, *libr. 2. Tum* Argumentationem, *lib. 3.*

5. Trapez. 5. Georgius Trapezuntius *circa ann. 1435. Dialecticam quidem definiuit* Diligentem disserendi rationem, *eamq; in* Inuẽtionem & Iudicium

dicium *partitus est, quod Valla ita non fecerat, sed tamen Inuerso ordine Iudicium scilicet Syllogisticũ præposuit, in eoq; Propositiones, & Prædicabilia ac Prædicamenta tanquam partes & harum Elementa comprehendit, imo ipsam etiam Inuentionem alieno loco attingit.*

6. Rodolphus Agricola, *qui obÿt Anno 1485. cùm lucem à Cicerone in Logicis accensam Sophistica illa tenebræ & Gotica barbaries oppressissent, maiore etiam conatu, quam Valla & Trapezuntius, primus legitimam Dialecticam tum veris suis partibus discribere, tum illustri præstantium auctorum vsu illustrare cæpit. Itaq; prædicabilia & Prædicamenta à generali Inuentione præcidit, vel potius in ea suis q̃que Locis cum Aristotele tũ Cicerone collocauit. Atq; ita Inuentionem generalem libro primo, quantum illa tempora dabant, legitimè describere conatus est: secundo autem & tertio illius vsum ad Quæstionum genera, atq; ita ad Expositionem & Argumentationem, quod necesse non erat, si vera iudicij ars tradita fuisset, accommodauit, deq; Dispositione Methodica quadam præcepit.*

7. Georgius Valla Placentinus *anno 1500. ita naturalem ordinem expressit:* Prædicabilia, Prædicamenta, Quæstiones, Loci argumẽtorum, *Enunciata, Argumentationis genera.* 7. G. Valla.

8. D. Ioan. Sturmius, *qui in Germania Eloquẽtiæ, omnisq; eruditionis dignitatẽ & decus adhuc sustinet, Logicam quidem elegantissima oratione, & ordine fere naturali, sed conformatione non ita generali,* 8. Io. Sturmius.

rali, quatuor libris descripsit: Vide supra adumbrationem. Edidisse videtus circa annum 1530.

9. VVillichius. 9. Iodocus VVillichius Reselliānus circa annum 1535. tribus libris sic Adrasteum ordinem expressit Dialectica ars argumentandi: Partes, Inuentio, & Iudicium. *INVENTIO est de Argumētis. Elementa Inuēționis* Prædicabilia, Prędicamenta, Definitio, Diuisio: Loci *Argumētorum, libr. 1.* Iudicium *inuenta argumenta dijudicat. Elementa eius sunt* Propositiones *seu* Enunciationes: *Iudicium ipsum est in* Argumentationis *speciebus, lib. 2. Confutatio Sophistica lib. 3.*

10. Perioni. 10. Ioachimus Perionius Cormœriacenus *anno 1540. in tribus de Logica libris hac ordine exposuit:* Dial. ars probabiliter *de quaq; re differendi. Partes,* Inuentio, & Iudicium. *Inuentio est Argumentorum: his varia Quæstionū genera præmittuntur, quibus* Prædicabilia, & Prædicam, *tanquā Quæstionum fontes adduntur;* Enunciata, *hinc exstruuntur.* Loci *argumentorum, & eorum ad Quæstiones accommodationes.* Iudiciū *in* Argumentationis *generibus & Sophistica, lib. 3. Idē Topica Theologica edidit.*

11. Valeri. 11. Cornelius Valerius vltraiectinus *anno 1545. Sex Dialecticæ Tabulas edidit, eodem fere quo VVillichius ordine, sed eam diligentem differendi rationem desinuit.*

12. Monhemius. 12. Ioannes Monhemius *Ducalis Scholæ Dusseldorpij Rector anno 1550. Institutionum Artis Dialecticæ libros tres eodem fere ordine euuolgauit, v-*

sumq;

sum q3 eius Philosophicis, Oratorijs & poëticis exemplis accuratè declarauit.

13. Andreas Hiperius, *anno 1559. Topica Theologica, imitatus Rodolphi Locos, dictauit, similiter q3 librum vnum de Dialectica, & de Rhetorica vnum conscripsit, qui libri post ipsius mortem in lucem emissi sunt. In Dialectica autem naturalis ordo, particulis Prædicabilium & Prædicamentorum ad Quæstiones cum tota Inuentione accommodatis. ita expressus est* Dialect. est ars differendi *de quocunque Themate. Thema, seu Quæstio est Simplex aut Composita. Partes duæ:* Inuentiua & Iudicaiiua: Inuentiua *per locos docet inuenire, quid de Themate dici queat. Septem Quæst. genera hic constituuntur, quæ solent dici Themalis simplicis; ad ea Loci Inuentionis cum insertis prædicabilibus, & prædicamentis distinctè accommodati explicantur. Iudicationis denique Instrumenta* Argumentatio (*in qua* Propositiones, *eius partes, docentur*) & Analysis constituuntut. 13. Hiperi.

14. Iacobus Gorscius *Anno 1563. decem libris dispersas etiam Logicæ particulas in naturalem ordinem sic redegit: DIAL. est ars de quauis re probabiliter differendi.* P. Inuentio, *& Iudicium.* Inuentio *à simplicissimis* Vocibus. i. Prædicabilib⁹ & Prædicam. *exordienda.* Definitiones & Diuisiones, *vnde oriuntur* Loci Argumentorum. *Quæstionum doctrina, quibus argumenta accommodantur.* Iudicium, *cuius Elementa Pronunciata, in* Argumentationis generibus: estq; *Apodicticam,* 14. Gorscius.

ticum, Dialecticum & Sophisticum.

15. Bryſæus. 15. Franciſcus Bryſæus *ſic Adraſteum ordinè* 10. Sturmium præcipuè imitatus *expreſsit an.* 1565. DIAL. artificiosa diſſerendi ratio, *&c.* P. Inuentio & Iudicium. Inuentio *quadruplex. i.* Vocum *è Prædicabilibus*: 2. Rerum *è Prædicamentis*: 3. Quæſtionum: 4. Argumentorũ *è Locis*. Iudicium *quadruplex. i.* Thematis ſimplicis *per Methodum ſimplicem.* 2. Enunciationis. 3. Ratiocinationis *(vbi Syllogiſmus* Apodicticus, Dialecticus & Sophiſticus, *& cætera Argumentationis Species.)* 4. Diſputationis, *vbi de multiplici Methodi.*

16. Vulteius. 16. Iuſtus Vulteius, *ann.* 1565. *Compendium Dialecticæ edidit: in quo ſimiliter præcepta vulgatâ ad naturalem ordinem, ſed peculiari inſtituto digeſsit.*

17. Hotoma. 17. Franciſcus Hotomanus *anno* 1573. *librũ 4. valde politis Dialecticam naturali quidem ordine, ſed peculiari quodam modo deſcripſit:* DIAL. eſt ars, quæ *ex cuiusq; rei & verbi affectione, diuidendi, definiendi, & Argumentandi rationem demõſtrat, &c. Materia ſubiecta* omnes res; *ſed hic certæ ſunt* Quæſtionum *formæ, quibus eæ includuntur. Partes 4.*

I. NOTIO affectionum, *tum* Rerum *ipſarum, per* Locos Inuentionis (*qui hic tractãtur*) *tum* Dictionum *per* Prædicamenta; & Locos *repetitos. Lib. 1.*

II. DIVISIO: *cui Methodi triplicis doctrinæ*

trina præmittitur.

III. DEFINITIO, & Enunciatio: *huius enim illa fit Species, lib. 2.*

IV. ARGVMENTATIO: *cuius Materia Quæstio quadruplex: & huius explicandæ Instrumẽtum,* Ratio. i. Medium.

Argumentatio *constat* Inuentione Medij (*quæ sic iteratur lib. 3.*) & Iudicio *in Argumentationis speciebus, & sic Sophistica lib. 4.*

18. Petrus Ramus Veromanduus *circa annum 1540. Logicam similiter ex Aristotele præcipuè deducere, atq; non modo Adrasteo ordine digerere, sed Aristotelicis etiã, imo ipsius naturæ Principijs ac Legibus, imitatione ferè Ciceronis & Rodolphi Agricolæ accuratius, & naturali vsui conuenientius conformare cœpit. Itaq; deinceps ætatis bona pars nõ in Mathematis solum, cæterisq; artibus, sed multò magis in Logico illo fabricandarum artium Instrumẽto & poliendo, & acuendo, & modis omnibus exercendo illi consumpta est. Et quoniam hanc artem non Scholarum & Philosophorum tantum disputatricem, sed communiore instituto generale Rationis humanæ Instrumentum, quod tam latè, quàm illius ipsius vsus pateret, efficere voluit: huc totius artis descriptionẽ & conformationẽ per Definitiones, Distributiones, Proprietatum explicationes, & illustrium exemplorum illustrationes, accurratè accommodauit: cuius hæc sunt præcipua ex postrema editione capita:*

18. Ramus.

DIAL. est ars benè differendi. Part. Inuentio, & Iudicium. Inuentio est de inueni-

endis argumẽtis. Argumentũ eſt, quod ad aliquid arguendũ affectũ eſt: quales sũt ſingulæ rationes ſolæ & per ſe cõſideratæ, &c.

Inuentio igitur Argumentorum genera & ſpecies explicat; quibus omnis materia ad quocũq; modo diſſerendum inuenitur, omniaq; themata ſimplicia ſuis affectionibus diſtinguuntur. Itaq; ita accuratè conformata eſt, vt non modo natura & rerum affectione priora præcedant, ortaq; ſequantur, ſed omnes etiam diſperſæ per Logicam & Rhetoricam forenſem Inuentionis particulæ vt tum Prædicabilia, Prædicamenta, & Dialectici Inſtrumenta, tum Loci & Dialecticorum, ex Perſonis & Reb. diſtributi, & Rhetorũ ad cauſſas forenſes accommodati, ijſdem Argumentorum generibus ita conuenienter comprehendãtur, vt inde multò tum facilè intelligãtur tum vberius exerceantur, atq; ita Inuentio non ſolum Medij & tertij argumenti (vt nimis anguſtè à quibuſdam accipitur) inueniendi doctrina eſt, ſed omninò generale & cõmune Inſtrumentũ, quo omnes res & voces ſuis affectionibus inueniuntur, conſiderantur, agnoſcũtur, atque ita tũ eædẽ vel diuerſæ, tum Pares aut Impares, Similes, aut Diſſimiles, *et quidẽ tum primæ ſimplicitatis, tũ orta & ſymbolica ratione iudicantur.*

2. Iudiciũ eſt ſecunda pars Dialecticæ de diſponendis argumentis, ad benè iudicandũ. Eſtq; Axiomaticum, vel Dianoeticũ, &c.

Et hæc ſimiliter generalis Logici Iudicij doctrina ad vniuersũ humanæ ratiõis vſum accõmodatiſſima eſt, pẽsq; omniũ auctorũ diſponendi formas cõplectitur.

1. Axio-

1. Axiomaticum Iudicium *primò argumenta inter se disponit, atq; ita ex thematibus simplicibus facit Coniuncta: quæ si manifesta sint, suis primi huius Iudicij legibus iudicantur, vt sunt pœnè omnia Artiū documenta, & sententiæ in omnibus auctoribus totaque humana vita plurimæ. Sic. n. Axiomata tū maximum extra Syllogismos vsum habent, cum ad docendum, explicandum, & quocunq; modo sine consequentia aliquid declarandum adhibentur, tum fiunt Syllogismorum partes.* Dianoeticum iudicium est in Syllogismo & Methodo.

2. Syllogisticum igitur iudicium *adhibetur, cum Axioma id est Thema Coniunctum est dubium, & fit* Quæst. *ad quā responderi potest*, Ita vel Non. *Hæc enim cum ex duobus argumentis seu terminis, vt loquuntur, constet, per* Tertium Argumentū, *seu Mediū, ex eadem generali Inuentione repertum Syllogisticis legibus probatur, affirmate vel negatè concluſa. Reliquæ oēs sententiæ siue Quæstiones sint, siue aliæ assertiones, ad quas responderi non potest* Ita vel Non, *contentæ sunt primo Axiomatico iudicio, eiusq; legibus in quauis tractatione & vsurpatione enunciantur.*

3. Methodus *deniq; in longiore Artis vel alterius Rei Tractatione Axiomata suo vel Syllogistico Iudicio manifesta .i. tum vsuiam sola, tū cū Syllogismis in ordinem redigit, vt in Artib. Orationibus, Poëmatis, Historijs, &c. Hæc reuera vnica est, etiamsi multiplex quibusdam esse videatur.* Atq; ita Rameæ Logicę conformatio ad Naturalem Rationis

Hic omnes Logicorū Rhetorū, Theologorū & cæterorum de Methodo & Dispositione par-

tium orationis præceptiunculæ continẽtur.

nis vsum, & ad disserendi progressum omnino accommodata est.

19. Copius.

19. Bernardus Copius I. V. *Doctor, & diligens Socraticæ Philosophiæ assertor, quem meum ante aliquot annos Præceptorem, honoris caussa, vt par est, libenter nomino, anno 1560.* Partitiones Dialecticas *ex Platone & Aristotele, Rameo instituto collegit, easq; sacris et profanis exemplis illustrauit. Deinde proximo anno Partitiones etiam Logicas hoc est Grammaticas, Dialecticas & Rhetoricas breuius cõconcinnatas edidit, quod commune esset Rerum & Verborum instrumentum.*

20. Schorus.

20. D. Henricus Schorus, *Præpositus Surburgensis singularis Rameæ Philosophiæ amator & sectator, ante aliquot annos Isagogicas Tabulas tum in vniuersam Philosophiam, tum in artes generales, à P. Ramo conformatas, atq; etiã separatim tũ earundẽ Rudimenta, tum Analysin & Genesin, præcipuè Grammaticã in lucem retulit, & plura, vt speramus, ad verum artium vsum propagandum meditatur.*

21. Fabricius.

21. Franciscus Fabricius Marcoduranus *Ducalis Scholæ Dusseldorpij Rector anno 1567. Rudimenta Dialecticæ ex P. Ramo in lucem emisit.*

22. Freigius.

22. Io. Thomas Freigius I. V. *Doct. & egregius Rameæ Philosophiæ propugnator, circa an. 1570. Quæst. Logicas, præter alia insignia suæ eruditionis monimenta, Rameæ arte & Methodo publicauit.*

23. Vessodus.

23. A. Vessodus Rutenus *ann. 1571. Dialecticam & Rhetoricam Rameam, paucis vsp̃iam tũ mutatis, tum additis, cum primis Scholæ placitis euulgauit.*

24. Ro-

24. Rolandus Makilmenæus Scotus *an. 1579. P. Rami Dialecticam postremam paucis in ea mutatis, exemplis omnium artium & scientiarum, ac præcipuè sacris illustratam edidit.*
Atq; hi mihi iam quasi Adrastei & magis Socratici Logici ad manum erant.

24. Makilmenæus.

Deinceps igitur Alexandreum ordinem seu Porphyrianum adumbrato:

Sic Interpretes partiuntur.

ALEXANDREus Organi ordo.

ORGAnon *cõstat tum* Principijs & Elementis, *tum* Logica *duplici*, Apodictica *seu Demonstratione*, & Topica *seu Dialectica: cui opponitur* Sophistica.

*De falsa ista notatione Valla lib. 3. & Ramus li. 1 Scho. Dial. Nec disputatio semp duorum est, sed sæpius etiam vnius.

(*Ista Physica & Grammatica à Logica aliena sunt.*)

P. HISPANI Dialecticæ ordo.

DIalectica est ars artiũ, scientia scientiarum ad omniũ Methodorum principia viam habens.

**Dicitur à* δυὸ. *i. duo*, & λόγος. *i. sermo, vel* λέξις *ratio, quasi duorum sermo vel ratio, scilicet Opponentis & Respondentis in Disputatione. Disputatio fit mediante Sermone, Sermo Voce, Vox sono: Itaq; à Sono tanquã principio inchoandum.*

Vox alia Incõplexa: vt Nomẽ & Verbum } *quæ hic explicantur.*

Alia Complexa. *i.* Oratio.

Sola Indicatiua Oratio dicitur Propositio.

Pro-

CAESARII, TI-telmanni, &c. ordo.

DIalectica ars differendi, *ab Elemẽtis .i. Simplicibus Vocibus & disiunctis seu per seſe duntaxat inſpectis, quæ ſunt* Prædicamenta, *progreditur ad* Interpretationem (*.i. Enunciationem*) *& hinc ad* Syllogiſmum, *qui deinceps ex* Locis *argumenta ſumit; eſtq; Demõſtratiuus, Dialecticus & Sophiſticus.*

De his ordine.

(Dialectica non tota verſatur in Themate ſimplici & Coniuncto: ſed Iuuentio ſimplicia diſtinguit. Iudicium facit & iudicat compoſita themata.

Præ-

PHIL. MEL. HVnæi & ſimilium ordo.

DIalectica eſt ars rectè docendi: quod fit, Definiendo, Diuidẽdo, *& argumẽta vera connectendo, falſa refutando. Phi. Mel.*

Officia hæc eadem.

Diſcrimen *Dialect. et Rheto. Phil.*

Subiectũ *circa quod verſatur, eſt* Omnis materia *ſeu* Quæſtio *de qua docendi ſunt homines.*

Quæſtio eſt Simplex vel Coniuncta.

Simplex tractatur per definitionem, & Diuiſionem, Methodo ſimplici. Coniuncta autem Argumentatione. Phil. Hun.

Dialectica vel Logica eſt ars benè differendi: cuius partes Inuentio, & Iudicium. Auguſt. Hunæus.

ALEXAN. ORD.

1. Principia seu Elementa sunt *hæc*,

1. *PRAEDICABILIA Porphyrij.*
2. *CATEGORIAE.*
(*Hic Interpretes postremi in Organo interponunt è Boëtio Tractatus,*
3. *DE DEFINITIONE*
4. *DE DIVISIONE.*)
5. *ERMHNEIA* Interpretatio de Propositione.

Interpretationis *Symbola sunt aut Simplicia, vt*
Nomen & Verbum.
Aut Composita vt,
Ipsa Propositio.

6. SYL-

THOMISTICVS

2. Propositio est Categorica vel Hypothetica,
(*Hic Enunciationum doctrina.*)
Propositiones deinde fiunt è
3. *PRAEDICABILIBVS, &*
4. *PRAEDICAMENTIS.*

5. SYL-

CAES. TITEL.

Præmittuntur ad Prædicamenta explicandum Prædicabilia.

1. PRAEDICALIBIA.
2. PRAEDICAMENta. *Hactenus Simplices & Incõplexæ Voces: sequitur* Perfecta Oratio, *cuius partes sunt,* Nomẽ, *&* Verbũ, *q̃ per* Vocem *definiũtur.* Vox est Sonus *&c. Hic* Nomen, Verbũ: Oratio Perfecta, *Indicatiua dicitur.*
3. PROPOSITIO Categorica *vel* Hypothetica. *i. Simplex vel Conuncta. Titel.*

Sequitur ea artis pars, in qua eius tota vis sita est, nempe Inueniẽdi, *&* Iudicandi. *Inuẽtio Topice q. localis dicitur. Iudiciũ tum est cõmuniter*

PHIL. HOS. HV.

Prædicabilia & Prædicamenta sunt Elementa Iudicij & Inuentionis, Hospi.

1. PRAEDICABILIA.
2. PRAEDICAMEN.

Hinc exstruuntur.

3. DEFINITIO.
4. DIVISIO.
5. METHODVS Thematis simplicis per certas Quæstiones ordine tractandas.

Hactenus de Simplicibus: nunc de Compositis.

6. PROPOSITIO est oratio indicatiua, *verũ aut falsum sine ambiguitate verborum significans. Ph. Enunciatio. Hu. Alia Categorica, alia Hypothetica, &c.*

De Categorica, & hinc

Hæc ad Definitiões & Diuis. formãdas traduntur.

ALEXAND.

6. SYLLOGISMVS. communis. i. *partibus, generibus, & formis informatus, sed ad nullã materiam applicatus. In Analyt. prioribus.*

Hic infra speciatim in Apodicticum, Dialecticum & Sophisticum distinguitur.

Hactenus Principia vtriusque Logicæ communia.

II. ORta de *Principijs, seu duplex Logica, Apodictica & Dialectica; cui affinitate quadam additur Sophistica.*

1. APODICTICA est *Demonstratio ex Necessarijs, cuius.*

Inuentio & Iudiciũ. } *In posterioribus Analyticis.*

2. DIALECTICA *est Disputatio ex probabilibus: cuius.*

Inuentio & Iudiciũ. } *In Topicis; vnde & Topica dicitur.*

ALEX-

THOMIST.

5. SYLLOGismus, *vbi de Propositionibus et Terminis, eius partibus.* Syllogismus simplex *tantum.*

Enthymema, Inductio, Exemplũ.

De Locis Argumentorũ.

Argumentũ est ratio rei dubiæ.

Locus est vel Maxima, vel locus Differentia Maximæ, &c.

THO-

CAESA. TITEL.

ter de structura Argumentationis, tum de Materia.

1. Argumentationis *formæ sunt.*

1. Syllogismus *Categoricus* Enthymema. Inductio *&c.*

Syllogism⁹ Hypotheticus.

Sunt & aliæ Dialecticæ partes: Collectio, Definitio, Diuisio.

1. Collectio *est aut*

Demonstratio *è necessarijs.* *aut*

Dialectica *è probabilibus*

Sophistica *è captiosis.*

Hinc

2. Definitio.

3. Diuisio,

De Locis Dialecticis *è quibus argumenta eruuntur.*

CAE-

PHI.HOS. HV.

7. Argumentationis *species* Syllogismus *Categoricus.* Enthymema, Inductio, *etc.* De Hypothetica Prop.

hinc

Syllogismus Hypothet. *Lib. 4. Phil. Alia pars Dialecticæ est* Iudicatrix, *alia* Inuentrix. *Hactenus Iudicatrix.*

Inuentrix, *Topice, docet Locos.*

Quæstio *Cõiuncta confirmatur per Locos iudicio Syllogismi.*

Syllogismus ex Materia est Apodicticus, Dialecticus, Sophisticus.

1. De Demonstratione *ex necessarijs.*

2. De Locis Dialecticis *Personarũ & Rerum.*

PHI-

ALEXAND.	THOMISTICVS.
3. *SOPHISTICA duobus libris Elenchorum.*	Sophistica. *Parua Logicalia copiosè & barbarè, vt omnia.*
Finis.	*Finis.*

Nunc deinceps reliquos Logicos, qui hunc præcipue ordinem consectati sunt, enumera.

1. 24. P. Hisp. PEtrus Hispanus Vlixibonensis *circa annum Christi 1270. in Gottica barbarie, qua superior lux restincta erat, ex distortis Sophistarum Commentis & Thomistica Philosophia, nimis barbaram & distortam Logicam in Scholas induxit, in qua Composita quæq; suis elementis præposuit. Eã Thomas Murner stultissimo imaginum Charti ludio magis obscurauit, anno 1508.*

L. Vallensis, & Trapezuntius illas tenebras dispellere cæperunt, sed Agricola veram lucem attulit, vt supra inter Adrasteos notatum.

25. Cæsarius. 2. Ioannes Cæsarius *circa annum 1520. decem libellis, sed Alexandreo ordine scriptis superiorem illã logicam multum emendauit.*

26. Titelm. 3. Franciscus Titelmanus Minorita *an. 1533. sex libris Dialecticã imitatus Cæsarium descripsit.*

27. Melant. 4. Philippus Melanthon, *ingenij & doctrinæ per Germaniam princeps, circa annũ Christi 1519. videtur primum Dialecticas præceptiones in lucem edidisse, quas paulatim auctas quatuor libris compleuit.*

Is

CAESA. TITEL.	PHIL. HOS. HV.
De Sophistica.	3. De Sophistica. Parua Logicalia *reijciũtur: de quib. Ph. Mel. Nullus & Nemo mordent se in sacco.*
Finis.	*Finis.*

Is quidem grauissimis omnium artium & præcipuè SS. Theologiæ studijs atq; negotijs assiduè occupatissimus, vulgatum etiam ordinem, vt eum à suis præceptoribus acceperat, retinuit. sed Artem & multò illustriorem fecit & præcæteris omnibus cum ad vniuersam Philosophiam, tum præcipuè ad Theologiam retexendam, exercendam, & in Scholis publicè q; docẽdam summo studio accommodauit. Itaq; non modo inter hos, sed etiam inter multos Adrasteos Logicos merito principatum obtinet. D. Philippum plerique ex sequentibus tum contraxerunt tum, propius imitati sunt.

3. Ioachimus Fortius Ringelbergius *Antuerpianus anno 1529. breuissimè eodem ordine Dialecticam emisit: Propositiones Axiomata appellauit: & in fine argumenta speciatim ad Laudationes, Deliberationes, & Iudicia accommodauit.* 28. Ringelbergius.

6. Erasmus Sarcerius *anno 1536. Sigenæ Tengrorum Dialecticam & Rhetoricam eodem fere ordine descripsit, & illustribus sacrarum litterarũ exemplis vsum vtriusq; ostendit.* 29. Sarcerius.

7. Ioannes Spangebergius *anno 1541. Northusiæ Trium trium artium generalium edidit.* 30. Spangeb.

8. Ioan-

31. Riuius. 8. Ioan. Riuius VVestualus Attendarien. *no ster popularis, circa idē tempus similiter Triuium, sed breuius & elegantius iuuentuti dedit.*

23. Lossius. 9. Lucas Lossius, *Erotemata è Dialectica D. Philippi collegit circa annum 1560.*

33. Cassander. 10. Georgius Cassander *primum an. 1544. Iudicium in Prædicab. Præd. Propositione, & Argumentatione; deinde anno 1550. Inuentionem locorum in apertum retulit.*

34. Prętorius. 11. Godescalcus Prętorius *Magdeburgæ anno 1555. Compendium Dialecticæ eodem fere ordine fecit, sed Prædicabilia & Prædicamenta Methodo simplici & Definitiõ postposuit, &c.*

35. Hospinianus. 12. Ioannes Hospinianus Steinanus *an. 1542. & iterum 1557. valde copiosè sex libris, eodem ferè ordine Dialecticam descripsit, sed ad extremũ multiplicẽ Methodum addit, qua se vsum artis ait demonstrare, quam partem cæteri Dial. nõ contrectarint.*

36. Cas. Ro. 13. Casparus Rodolphus *anno 1549. quatuor libros de Logica etiam Alexandreo ordine edidit.*

37. Hunæus. 14. Augustinus Hunæus *anno 1550. sex libris eodem ordine Logicam conformauit, sed initio accuratius definiuit, & partitus est.*

38. VVildēbergius. 15. Hieron. VVildenbergius *circa an. 1560. octo libros eodem instituto de Dialectica scripsit.*

39. Nunius. 16. Petrus Nunius Velius Abulensis *primum an. 1569. Dialecticæ libros tres in lucem emisit. quos deinde 1578. recognouit. In ijs se mediam viam tenere affirmat: Definit DIAL. artem benè differendi. Partitionem à Boëtio citatam, addita Methodo,*

sic

sic adhibet: *Disserimus* Diuisione, Definitione, Argumentatione, & Methodo.

Atque hi auctores mihi hoc tempore suppetebant, &c.

Hactenus igitur in Proœmio quasi fundamenta sequentium disputationũ iacta sint. deinceps ad Scholasticas nostras disputationes summatim repetendas progrediamur. Omnis autem eiusmodi disputationũ ratio tibi iam aliquot annos in Tremoniana Schola instituto satis explorata est; qua propositis ex omnibus artibus ad disputandum vel Axiomatis seu nudis Thesibus, vel Quæstionibus Syllogismo iudicatis, vel deniq; vtrisq; iuuentus non modo concisis contentionum modis, sed disputationibus etiã perpetuis, et in vtramq; partem tractatis ad sapientiam & eloquentiam pariter exercetur. Nos verò hoc tempore præcipuas de Logicæ partibus disputationes hac domestica exercitatione ita repetemus, vt ego cæterorũ Logicorum, tu verò P. Rami præcepta tuearis. Quæ repetitio si nunc in Logicis mediocrem nobis fructum præbuerit, alias, si Deus vitam & vires dederit, similiter in cæteris artibus instituetur. Transitio à Proœmio ad Scholasticas Disputationes

DISC. *Placet mihi tuum institutum: sed velim quæ aliquando in Scholis perpetua Oratione, sumpto ad meditandum spacio copiosius disputari solent, ea breuius quidem, sed vt forma tamen quædam eiusmodi tractationis retineatur, hic contrahantur.*

PAED. *Quo breuius egerimus, eò maturius progressum fecerimus. Tu verò tuã mihi in hac repetitione attentionẽ & industriã ita probes, vt & præclarã de te paren-*

parentum exspectationem diligentur sustineas, & bonorum virorum liberos ad maiorem imitationis laudem inflammes.

DISC. *Mihi quidem in respondendo industria nõ deerit; sed ingenij & eruditionis, quæ in me nulla, vel nimis exigua sunt, nullos potero fructus singulares edere. Neq; enim ego limatas ex abditis Philosophiæ fontibus Rameo more, sed rudiores è scholasticis concertationibus puerili instituto disputationes & sententias in medium adduxero.*

Finis Proœmij.

AD

AD P. R A-MI DIALECTICAE LIBRVM PRIMVM DE INVENTIONE

COMPARATIO PRIMA de Definitione. Ad cap. 1.

I.

ARTIS DOCVMENTA, quæ disputationis Theses.

DIALECTICA est ars bene disserendi: Theses.
2. Eodemq; sensu Logica dicta est.

II.

QVAESTIONES SYLLOGISMIS iudicatæ.

I. Q. An Dialectica initio definienda sit? 1. Quæstio

Affirmatur à forma, hoc iudicio:

QVod & vniuersæ arti commune, & absoluta notione primum est: id tum ex lege Καθόλε πρῶτον vniuersæ arti reciprocè enunciari, tum ex Methodi lege præcedere debet. Propositio.

Assumpt. At Definitio et vniuersæ arti communis est, et absoluta notione prima.

1. Omnia enim Dialecticæ documenta pariter ad benè differendum referuntur.

2. Scire vero est per caussam nosse, propter quam res est, 2. cap. 1. Post.

Definitio autē caussis essentialibus constat: vnde Plato & Aristoteles, Scire & per Definitionem nosse idem esse judicant.

Complex. Ergo Definitio et toti arti reciprocè enunciari et primo loco collocari debet. Ex hoc fonte et Cicero primo de Offi. Methodi legem ad suum ordinem declarandum adsumit.

CONTENTIO.

Oppug. *PAED. Quoniam hæc Quæstio prima in controuersiam ac disceptationem vocatur: de ea mihi illi rectè sentire videntur, qui Definitionem Dialecticæ aut alterius artis initio nullam suscipiunt. Nam si logica,*

Propositio *Methodo σωθετικὴ ab Aristotele sapientissime explicata est: omnino definitionem initio respuit, quod hæc Methodus à primis ac minutissimis partibus, artiumqúe principijs & elementis ad singulas formas & partes, vsque ad perfectam rei constitutionem conscendat. Etenim Definitio ex minimis illis conficitur, perfectionemq; rei complectitur. Logicam*

Assumpt. *vero illa via ab Aristotele & plerisqúe alijs sapientissime conformatam esse, eademqúe omnes fere artes ac disciplinas explicari, res ipsa indicat, & clarissimè*

Ad Defi. Dialect. Assumpt. Complex.

rissimi homines testantur. Vnde efficitur logicam initio definitionem non recipere, quàm ὁριστικὴν seu διαιρετικὴν Definitionis seu Diuisionis, non autem Compositionis Methodus caput explicationis statuere solet.

Propug.

DISC. Aristotelis interpretes triplicem Methodum commenti sunt, quam Aristoteles cum Platone reuera vnicam & simplicem docuerat, vt à P. Ramo ad Methodum differitur & à nobis comparabitur. Sed hoc loco ità breuiter respondeo. Si illa Synthesis vel συνθετικὴ Methodus intelligitur, 1.
quæ à minimis ac simplicissimis rebus arti propositis, progreditur ad eas, quæ ex illis componuntur: dico eam esse vnicæ Methodi viam, quæ à generalibus ad specialia procedat, atque initio definitionem, ad quam omnia referantur, requirat. Nam simplicia sunt generaliora & natura priora suis compositis: & tam illa, quàm hæc generalibus præceptis traduntur. Definitur autem initio Totũ ipsum; cuius deinde partes cum quædam sint Simplices, quædam Compositæ: ab illis fit ad has progressus: & nisi illud definitione constitueretur, quorsum dissoluta absque Scopo præfixo partium tractatio referretur? Sin vero Synthesis illis dicitur, quæ ab individuis, rebusque singularibus aut exemplis ad vniuersalia constituenda procedat: dico eam nec Methodum esse artium tradendarum, sed viam artium per Inductionem obseruandarum, nec ab Aristotele, vtpote infinitam & incertam, in arte describenda adhibitam esse. 2.

Gerh. Mat. Colonien. in Arist. *Nam Aristoteles, vt ipsi confirmant Interpretes, à Categorematis id est ab argumentis, quæ generalia & in logica simplicissima sunt, ad Enunciationes inde conficiendas, & hinc ad Syllogismos progressus est. Ergo naturalis Methodus, quæ Definitionem initio requirit, Ab Aristotele & alijs Logicis vsurpata est, etiamsi nonnihil vspiam distorta, & partibus quibusdam iniuria temporum mutilata sit: quo vitio aut Definitio partitioq; auulsa, aut tota Aristotelis logica Methodice descripta intercidisse videtur, vt reliqui libri, si Aristotelis sunt, præterea diuerso tempore conscripti sint.*

2. Quæstio de Definitione. II. Q. An Dialectica rectè definiatur Ars benè differendi?

Confirmatur à lege Definitionis, hoc est à causis.

DEfinitio caussis essentialibus constans, legitima est.

At hæc ijs caussis constat, quippe genere & forma, finecq; proprio.

Ergo bona & legitima est.

CONTENTIO.

Ad Defi. Dialect. Oppug. Propos. *PAED. Mihi verò Definitionem illam particulatim retexenti, Dialectica multis modis ars non esse videtur. Omnis enim Ars & in rebus certis versatur, & semper finem, quem propositum habet, adipiscitur, & sic officium suum tuetur, vt nemo, qui ea non sit præditus, id facere possit: & earum rerum est, quæ sciuntur, & denique opus, quod effecit, conseruat, non euertit. Hæc verò & pleraq; alia Dialectica conue-*

Assump.

nire

nire non videntur. Nam primùm rerum est inanissima, & sæpè frustratur: deinde acutè cogitando & sapienter examinando multi idiotæ plurimùm valent. Tum si certarum rerum non est, & in vtramque partem omne propositum disserit: non potest esse earum, quæ sciuntur, nec opus, quod effecit, conseruat. Hinc itaque efficitur, in Artium numero Dialecticam non esse habendam. & eius prosyll. Comp.

DISC. Etsi inanes Scholarum illæ sunt argutiæ, tamen sigillatim eas excutiamus. Primùm itaque argumentum sic concludis: Propug. 1. Argum.

Ars in rebus certis versatur.

Dialectica autem in rebus certis non versatur.

Est enim commune instrumentum de omni proposito in vtramque partem differendi.

Ergo Dialectica ars non est.

Hoc, vt cetera omnia, vno ferè modo refelli posse censet Perionius, quòd ferè ex artis definitionis ignoratione nata sint. Sit igitur Ars (ait) quidam ex multis præceptionibus ac notitijs vsu & exercitatione conquisitus, & in vnum exitum ac finem spectantibus, animi habitus constitutus, vel earum coercuatio. Hac Artis constituta Definitione, quam ex Aristotele & Cicerone confirmat, facilem esse, ait, locorum contrariorum refutationem. Atque ex hoc fundamento negatur primi argumenti Propositio, quòd ars in rebus certis versetur: cum id eius Definitione non comprehendatur. Retinemus igitur quod in Definitione Logicæ positũ est, Dialecticam esse artem: quia pars eiusmodi est, cui totum sit essentiale. Artis definitio.

Oppug. PAED. *Sed quomodo Ars in certis rebus non versetur, cum definiatur ex rebus penitus perspectis, planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiaq; comprehensis, vt Cic. de Orat. testatur.*

Oppug. DISC. *Cum negant Dialecticam in rebus certis versari, significant eam esse commune omnium rerum tractandarum instrumentum, non propriam certi rerum generis doctrinã, vt sit Physica & Ethica: vnde Ars in Generalem, quæ sit generale instrumentũ, & in Specialem, quæ certarum rerum, distinguitur.*

Propug. PAED. *At vero Cicero ex rebus penitus perspectis constare ait.*

DISC. *Rei nomen generatim pro perceptionibus ac notitijs, id est, documentis artium ita sumit: qua significatione si à te supra assumptum fuisset, negassem Adsumptionem: quod Dialectica omnino certæ Rationis humanæ vires in differendo ac facultates describat. Atq; ita omnis ars ex certis rebus, hoc est propriis in rebus æternis præceptis constat: secus ars non esset. Sed repete secundum Argumentum.*

2. Argum. Oppug. PAED. *Ars semper finem, quem propositum habet, adipiscitur. At Dialectica non item: vnde efficitur artem non esse. Neq; enim semper probabilem facit Disputationem, aut persuadet vt fides orationi habeatur.*

Propug. DISC. *Respondeo ad infirmam & ambiguam assumptionem Contradictione, Dialecticam omnino finem suum assequi: qui non est* Fides *ac* persuasio, *vt infra differetur, sed* bene differere, *quem præceptis legitimè conformatus & ipsa Ars obtinet, &*

Dia-

Ad defi-
Dialect.

Dialecticus ijsdem prudenter adhibitis consequitur. Propug.
Repete igitur tertium Argumentum.

PAED. Ars sic officium suum tuetur, vt nemo qui 3. Argum.
ea non sit præditus, id facere possit. Nunc autem cum Oppug.
Dialectica ita non differat, quin multi idiotæ idem
faciant: Artis nomine dignanda non videtur.

DISC. Respondeo ad propositionem comparatio- Propug.
nem eam distinguens: Cum ars omnis à Natura profi-
ciscatur, eiusq; vis præceptis comprehendatur, facul-
tas autem & perfectio vsu comparetur atq; absoluа-
tur: Ars quidem ita officium suum tuetur, vt inscius
id æque non teneat, etiamsi exercitatione & consue-
tudine aliquando satis callide præstet quod Artifex.
Nam hoc inscius, qui vsu valet, ab artifice differt, Cicer. 2.
quod ille non potest afferre causſam, cur ita fiat: hic Orat.
potest. Ars enim quousq; Naturæ vires progredi pos-
sint intuetur, nō in vno homine, aut paucis, sed in om-
nibus vsu & exercitatione præstantibus: atque tum
Ars nascitur & oritur, cum ex multis exercitationis
atq; experientiæ perceptionibus vniuersa quædam si-
milium notitia nascitur. Quare Natura, Ars & ex-
ercitatio eodem modo agunt: sed Ars est dux certior
quàm Natura, & vt vsu gignitur, sic crebra exerci-
tatione absoluitur. Quartum igitur deinceps argu-
mentum iteretur.

PAED. Ars est earum rerum quæ sciuntur. Dia- 2. Argum.
lectica autem earum rerum non est quæ sciuntur. Oppug.
Non est igitur Ars Dialectica.

Propositio à Cicerone secundo de Oratore ex-
plicatur his verbis: Ars enim earum rerum est,

quæ sciuntur: Oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. &c.

Assumptionis hæc ratio est, quòd cum Dialectica n disserendo posita sit, & is qui contrà disputat, sæpe i contra alterum, & ille contra hunc dicat, de iisdem rebus disputantes, alterum necesse sit falsum dicere: vnde omnino efficiatur, Dialecticam earum rerum non esse quæ sciantur, ideoque nec artem.

Propug. DISC. Facilè quidem ad hoc subiectorum distinctione responderi potest. Si intelligis per res quæ sciuntur, ea quæ Artis præceptis finibusq; continentur, Assumptio prorsus falsa est: cum Dialectica certissimis, & vsu exploratissimis de inueniendo & iudicando præceptis constet: quæ qui tenet, is certè veras differendi leges & notitias mente comprehendit. Sin per res quæ sciuntur, intelligis eas, quæ differentibus proponuntur: temerè & imprudenter Arti tribuis, quod è suis disciplinis depromptum in vsu artifici offertur, ab eoq; variè tractatur. Id si quis non teneat, quamuis per se verum sit, dabit operam vt Dialecticæ præsidio addiscat. Sic enim differimus exquirendæ veritatis gratia, in qua exquirenda si periti artifices sumus, ex certis initijs quò volumus peruenimus, hoc est certissimis logicæ documentis veritatem indagamus & exquirimus. Quapropter Logica & certis, quæ sciuntur præceptis constat, & vt res propositas scientia comprehendat iisdem benè differit: nec ideo Artis nomine priuanda est. Tandem igitur veniamus ad id, quod vltimum vniuersa illa argumentatione complectebaris.

PAED.

Ad Defi. Dialect. Oppug.

PAED. Ars suum opus conseruat, nõ euertit: quare Dialectica non videtur ars esse, quod euertat opus suum, contra veritatem disputando.

Propug.

DISC. Dialectica opus aut officium suum nec mutat nec euertit, sed statum vniuersum tuetur, atque omnia ad suum finem dirigit. Cùm autem in vtramq; partem aliquis disserit, & dissentanea opponit: tum veritatem magis illustrat, nisi prorsus arte abutatur. Logica igitur non modo Artis nomine censenda, sed omnium Artium Regina habenda est. Quid autem deinceps in Controuersiam vocabis?

PAED. Sequitur vt de forma, sineq; Dialectica disseramus: vnde hæc existit Quæstio:

3. Qu.

III. Q. An, Benè differere, propriam Dialecticæ formam exprimat?

Hanc quomodo confirmas?

Propug. Prop.

DISC. A Definitione Formę, *hoc modo*: Forma est, per quam res est id quod est, & à ceteris rebus distinguitur.

Assum.

Nunc autem facultas benè differendi artis documentis comprehensa, est ea caussa, per quam Logica est, & à ceteris artibus distinguitur.

Comp.

Vnde efficitur ijs verbis formam Logicæ rectè exprimi.

CONTENTIO.

Opppug. Formæ.

PAED. Ego vero Assumptionem existimo valde infirmam esse: quòd forma illis verbis legitime non significetur. Ac Formam primo communitatis vitio

Propug. Prop. Assump. Comp. reprehendo: Definitio erit definitæ rei ita propria, vt hanc propria forma ab alijs omnino distinguat. Atqui hæc definitio eiusmodi non est: vnde apparet eam propter communem quandam formam esse vitiosam. Assumptio inde manifesta est, quòd, Bene differere, sit Rhetoricæ cum Dialectica commune, cum illa etiam de causis differat. Quare apparet quod commune est, contra legem secundam soli Dialectica esse tributum.

Propug. DISC. Lex secunda, Καθ' αὐτὸ pro sua iustitia artium fines regens te vehementer iniustitiæ, ipsorum etiam Rhetorum auctoritate accusat. Hi enim dicendi facultatem sibi vendicant, differendi autem vim Dialecticis relinquunt. Et Aristoteles totum illud διαλέγεσθαι omniaq; eius generis Logicis adiudicat. Cicero autem in Topicis, Caussarum propria argumenta è logicis sumpta locis, in præceptis oratorijs explicari, id est, nominatim ad caussas accommodari profitetur. Et de Orat. Disputandi ratio, ait, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi & ornandi. Quare idem diligentissimus Græcorum imitator Dialecticam artem bene differendi, Rhetoricam bene & ornate dicendi definit. Differit quidem, vt ceteri omnes boni auctores, etiam Orator, verum non sua, sed aliena, nempe Logica facultate differit.

Oppug. PAED. At vero in Rhetorica peculiaris Inuentio & Dispositio docetur.

Propug. DISC. Hoc iniustitiæ vitium satis perplexum & inutile Rhetores præstent, qui contra artium leges, nomi-

Ad Defi. Dialect.

nomine Rhetoricæ *forense litigandi instrumentum, ex Grammatica, Rhetorica, & Dialectica, imo ex reliquis etiam disciplinis, & ex ipso Iure confuderunt: atque particulas illarum artium, quæ generales & omnium communes erant, ad suas tantum causas additis varijs expertorum hominum consilijs accommodarunt, quæ commodius & expeditius è generalibus artibus depromi. & exerceri potuissent, si diligens institutio & crebra exercitatio adhibita fuisset.*

Oppug. PAED. *Sed tamen illud,* Bene disserere, *nimis incertum, latum, & vagum est, vt propriam formæ vim non satis exprimat: itaque ex Aristotelis, Ciceronis & aliorum auctoritate ita colligo.*

Propos. Quæ definitio propriam totius artis affectionem, subiectum, & finem complectitur: ea accurata & certa est.

Assumpt. At hæc (Ars benè disserendi) illas proprietates non complectitur:

Dialecticæ Defi. variæ Hæc autem Aristotelis, Ciceronis & aliæ aliorum similes illas exprimũt hoc modo.

Aristot. 1. Top. Διαλεκτικὴ ἐστὶ μέθοδος ἀφ' ἧς δυνησόμεθα, διαλέγεσθαι περὶ παντὸς, &c. *hoc est, vt Casparus Rodolphus interpretatur: Dialectica est Methodus per quam possumus ratiocinari de omni problemate, ex probabilibus proposito.*

Caſparus Rodolp. Ciceronis. Boetij & Phil. Mel. *Dialectica est Ars veri & falsi disceptatrix.*

Dialectica est ars seu via rectè ordine, & bene docendi, quòd sit rectè definiendo, diuidendo, argumẽta

vera

vera connectendo, & malè cohærentia seu falsa retexando & refutando.

Petri Hispani. Dialectica est ars artium, scientia scientiarum, ad omnium Methodorum principia viam habens.

Perionij Gorscij. Dialectica est ars de quaq; re proposita probabiliter, & in vtramq; partem disserendi.

Io. Stur. Dialectica est ratio disserendi de rebus in vtramque partem probabiliter.

Iod. Vvili. Dialectica est ars, quæ certam argumentandi rationem docet.

Cor. vale. Dialectica est diligens disserendi ratio, seu de quaq; re proposita probabiliter, & in vtramq; partem disputandi facultas.

Frã Byrsei Dialectica est artificiosa disserendi ratio seu methodus explicandæ cuiuslibet quæstionis.

Hospinia. Dialectica est philosophiæ instrumentũ, continens doctrinam simplicium vocum, enunciatorum, & argumentationum.

A Vessodi. Dialectica est ars benè disserendi argumentis, enunciatis, Syllogismis & Methodo.

Eras. Sarc. Dialectica est ars definiendi, diuidendi, & argumentandi.

Fra. Hotomani. Dialectica est ars, quæ ex cuiusq; rei & verbi affectione diuidendi, definiendi, & argumentandi rationem commonstrat: quæ eadem & Logica vulgo nominatur, &c.

complex. Vides quàm multa hic à multis definiendo comprehendantur: vnde Ramea definitionem vagam et incertam esse apparet.

DISC.

DISC. Video in Definitione, quæ generalis & accurata esset, nimis multa cumulari: quibus ea suas virtutes & laudes potius amittit. Itaque eiusmodi plerasq; definitiones nimis angustas & improprias: Rameam autem, quæ eadem Socratica, Platonica, & Ciceroniana, generalem, propriè enunciatam, & toti arti communem esse contendo. Nam quamuis multa illa minutatim cumulent, tamen Ramea vniuersum artis Logicæ statum atque essentialem proprietatem, subiectum, & finem elegantius & definiendi legibus conuenientius comprehendit. Propria enim vniuersæ artis affectio & forma est, vis illa & facultas, quæ eius præceptis inclusa ad bene disserendum accommodata est: eaq;, vt à Platone & Aristotele verbo διαλέγεσθαι, ita à Ciccrone Latinæ linguæ principe, verbo disserere, cum particula, Benè, huius artis summum bonum, seu specialem propriamq; εὐπραξίαν simul denotante, expressa est. Atq; hac forma toti arti cõmunis est, quippe per eius omnes particulas, quæ pariter ad bene disserendum pertinent, diffusa. Finis verò officium, & vsus, qui huius artis viribus continetur & præstatur, ijsdem verbis exprimitur, vt infra clarius dicetur. Et ita definitio Genere, communis essentiæ symbolo, & forma fineq; proprio perfecta, reliquarum artium definitionibus venusta proportione respondet. Nulli enim certæ rei subiectæ Artem adstringit, sed ita generatim definit, vt omni proposito, enti vel non enti, vt loquitur Aristoteles, hoc est, vero vel ficto, simplici vel composito, eius vsus communis esse intelligatur, quemadmodum & Grammatica est

Forma Logicæ.

Finis.

Subiectum

ars

ars bene loquendi, Rhetorica bene dicendi de quacunque re & materia oblata. Nam ideo illæ tres generales Artes nominantur: quod Magistri ita breuiter discipulis inculcabunt, sed in artis descriptione totius & partium affectiones non conturbabunt, vt deinceps particulatim demonstrabitur.

Oppug. PAED. Sed interim Aristoteles subiectum definiendo attigit, περὶ παντὸς, de omni: & alij alias addiderunt proprietates, vel etiam vim artis alijs verbis expresserunt.

Propug. DISC. Attigit sane Aristoteles subiectum, & quidem artem nunc ad necessariam, nunc ad probabilem quæstionem accommodauit, sed contra suam ipsius legem catholicam, quæ vetat ne, vel quod omnium commune est, id certis rebus, vel quod partis alicuius proprium, id Toti attribuatur. Nunc autem tota logica omni enti communis est, quod tum artium generalium distinctione à specialibus, tum generalibus ipsarum Definitionibus satis intelligitur. Itaque non debuit Quæstioni necessariæ vel contingenti adstringi: cum etiam de non Quæstione disseratur, atque tum simplicium tum coniunctorum, de quibus disseritur, ratio præceptis ipsius artis contineatur. Inuentio enim simplicia themata & res nudas sua affectione considerat: vnde progressus fit ad Coniunctas sententias & Quæstiones, de quibus Axiomatum & Syllogismorum legibus iudicatur. Deinde Necessarium & Contingens particulæ artis, nempe Axiomati tantum conueniunt: vnde intelligitur inde Artis commune subiectum distinguendum non fuisse: cum etiam hæc distin-

1. Simplia themata.

2. Coniunct.

Ad defi. Dialect.

distinctio suo in arte loco se commodissimè offerat. Ergo illud (De omn) non necesse erat Definitioni attexere, multò minus lex permittebat, artem Necessario & Probabili adstringere: & illud (In vtramque partem) addere, quod affirmatione & negatione Axiomatis & Syllogismi continetur. Ad Ciceronianam illam definitionem respondeo, eam non veram definitionem esse, sed laudationis descriptionem, ex genere, & non totius artis, sed vnius eius partis nempe Axiomatis effectu & fructu proprio: quia illud propriè verum & falsum dicitur, idq; dijudicat. Sic & P. Hispanus genere per comparationem & effecto laudat. Alioquin Cicero cùm ex professo Logicam definit, eam artem seu rationem bene differendi facit, vt est in eius confirmatione initio Topicorum, quanquam & 5. Tusc. eandem differendi rationem & scientiam appellat.

Cicero.

Nam ars ex vniuersi sui corporis, non ex vnius membri natura & fructu definienda est, ne contra legem catholicã specialis affectio toti attribuatur. Itaque si Artem demonstrandi, aut argumentandi, vel etiam definiendi, diuidendi, & argumentandi: aut, quæ ex cuiusq; rei & verbi affectione diuidendi, definiendi, & argumentandi rationem commonstret: aut Philosophiæ Instrumentum continens rationem simplicium vocum, enunciatorum, & argumentationum, aut similiter definias: ita non ex vniuersi corporis, vt lex tum Definiendi tum Catholicè

enun-

enunciandi requirit, sed vel ex vnius partis, vt Syllogismi, qui Demonstrationis & argumentationis instrumentum dicitur, vel ex plurium particularum, ex Inuentione & iudicio collectarum, & inæqualiter confusarum, non tamen omnium natura & fructu, valde præposterè definis. Et, si maximè omnes Inuentionis & iudicij particulas definiendo colligas, aut ad definitionem aggreges, tamen impropriè definis, quòd subiectas veris partibus particulas vel pro vniuersali Caussarum totius symbolo præpostere sumas, vel eas ad illud ipsum temerè aggreges. Definitio enim est vniuersale symbolum Caussarii, essentiam rei & naturam constituentium: non est coaceruatio partium, multò minus rerum legitimis partibus subiectarum. Nam ita præteritis suo loco rebus natura prioribus Methodus præceps ad consequentia ruit. Natura præcedit vniuersæ artis status & generalissimum officii, quo omnia eius membra referuntur, quod est, Ars certaq; ratio benè differendi, id est, ratione vtendi: deinde cum id vna Mentis actione non absoluatur, sed duabus: sequitur Partitio, quæ vniuersum illum artis statum & vsum Rationis distributis officijs explicat. Differimus enim Inueniendo & iudicando: tertia Mentis actio in differenda nulla est. Nunc & notæ viæq; inueniendi & res inuentæ nominantur Argumenta ac voces simplices: iudicium autem fit Axiomatis, Syllogismis & Methodo. Quapropter si tu vel Argumentum, vel quædam eius genera, vt Definitionem, Diuisionemq;, ac vel Argumentationem, Demonstrationemve: vel omnes etiã iudicij

Species

Species pro definitione coacerues, vel legitimæ Definitioni attexas: inscitè & imprudenter principes Rationis actiones artisq; partes, functiones illas inferiores complexas præteris, atque inferiora superioribus præponendo omnino impropriè definis.

PAED. *Sed quoniam præcipuum hominis opus est,* Oppug.
docere, vt alij de agnitione Dei ceterisq; magnis rebus alios instituant, atq; in eo Rationis actiones cer- Docere.
nuntur: Dialectica multò ad naturalem vsum accommodatius & neruosius Ars recte & perspicue docendi mihi *definiri videretur. Neque ea definitione magni homines sine magno cõsilio vsi sunt: quia Dialectica efficit, vt ea, quæ ignoramus, discere, & ea, quæ scimus alios docere, possimus.*

DISC. *Etsi de vocabulis, re intellecta, non admodum laborandum est: attamen, quia illa sunt rerum notæ, maximè propria eligenda & in arte vsurpanda esse censeo. Docendi itaque vocabulum præcipuum humanæ Rationis vsum significare, ideoq; ad Logicã Rationis artem definiendum valde accommodatum esse intelligo. Sed quoniam proprie significat, præcepta tradere, ideoq; ad discentem affectum est: atque etiam omnium artium officium & fructum complectitur: non videtur vniuersum & proprium Rationis vsum satis exprimere. Nam etiamsi in docendo, præcipue dominetur Logica & Rationis vsus, dum res argumentis eorumq; dispositione explicantur: attamen & res aliarum artium propriæ, logicis axiomatis inclusæ, ipsæq; litteræ, syllabæ ac voces suam etiam quandam vim in docendo exerunt: & aliquando*

Definire. Diuidere. Argum. differere videmur, vt nihil doceamus. Sed quod vniuersum siue docendi, siue differendi officium in definiendo, diuidendo, & argumẽtando tantum ponitur: id nec κατὰ παντὸς est, nec Catholicum. Nam vt vniuersus Logicæ vsus ita non comprehenditur: ita improprie pro tota Inuentione, totoq; Iudicio, illius duæ, & huius vna particula confunduntur. Definitiones & diuisiones principem quidem in rebus methodice explicandis locum obtinent: sed solæ tamen non explicant: similiterque in Syllogismo magna quidem Iudicij vis est: sed præterea non minor imo maior etiam in Axiomatis & Methodo. Itaque hæc nec proprie cum Definitione Logicæ enunciantur, nec legitimam eius Distributionem faciunt, vt infra dicetur.

Oppug. Differere translatũ. PAED. Verum tamen mihi illud verbum Differendi, à rudibus agricolis & olitoribus in hanc subtilem artem traductum, magnam ambiguitatem & obscuritatem parere videtur. Nam cum vniuersa Rhetorica Κομμωτικὴ & γοητικὴ à Platone dicitur: tum maximè Tropus obscuritatis latebra ab Aristotele efficitur. Quod cum ita sit, mihi vel propria huius facultatis symbola potius adhibenda viderentur, vel quæ eius vim apertius & proprius denotarent, vt sunt Docere, ratione vti, ratiocinari, disputare, disceptare, & si quæ sunt similia.

Propug. DISC. Plato & Aristoteles vniuersam Logicæ vim vocabulis διαλέγεσθαι & λογίζεσθαι complexi sunt: quæ princeps latinæ linguæ Cicero, verbo Differere etiam definiendo interpretatus est. Atque ijdem auctо-

auctores à quibus tibi auctoritatem contra Tropos comparatam existimas, etiam Tropos vehementer collaudãt, si significantes, grati, & è propinquo sumpti sint. Itaque etiam ipsi de vocabulis pro se respondeant, & eorum, quæ ad nos propagarunt, modificationem præstent. Et quoniam Plato & Aristoteles vocabulis simplicibus in definitione vti maluerunt, eaque per coniuncta τῷ λόγῳ χρῆσθαι interpretati sunt: Cicero etiam Disserere generatim sumpsit, idque alijs aliquando verbis, vt ratiocinari, ratione vti, disputare, per rationem consequentia cernere, principia & causas rerum videre, &c. exposuit. Sunt autem fere omnes illæ voces, quibus logicæ vis definitur, vel translatæ, vel per Synecdochen modificatæ: Sed ex omnibus illis Disserere, pro communi Logicæ facultate latissime patet. Vt enim Olitor (ait Varro) disserit in areas sui cuiusque generis res: sic in Oratione qui facit disserere dicitur: quod ita communiter de inueniendo, enunciando, concludendo, & ordinando dicitur. Olitor seu sator est disputator: manus eius est mens inueniens: sacculi, vasa seu capsæ satoriæ sunt Inuentionis loci, quibus quasi instrumentis seu iudicibus inuenie̅do vtimur. Horrea seu cellæ si ume̅tariæ sunt disciplinæ, è quibus res inueniuntur: semina seu grana sunt argumenta. E cellis in saccos, & inde in capsas satorias illa depromere, est inuenire: in pugnum grana comprimere, est argumenta Axiomate disponere; dextrorsum, sinistrorsum, & antrorsum serere, est syllogismo

Ad defi. Dialect.

Explicatio Tropi.

collocare: certos in ſerendo progreſſus & ordines ſeruare, eſt methodo ordinare. Bene diſſerere, ſit totũ illud, bene ratione vti. Diſputare, & diſceptare etſi ſynecdochicos ad communem rationis vſum etiam referri poſſunt: tamen vtrumq; magis ad Iudicium ſpectare videtur, quod illud proprie purum facere, & ſic certa lege iudicare: hoc autem Quæſtionem in varias partes diſtrahere ſignificet. Vide cap. 2. lib. 2. Schol. Dial. & Talæum ad Definit.

Oppug. Apodict. Topica.

PAED. Sed occurrit aliud, quod veſtram Definitionem ambiguam & incertam eſſe arguit. Nam cũ veteres primùm Logicen in duas partes, Apodicticen & Dialecticen diſtribuerint: atq; illam demonſtrandi, hanc probabiliter diſſerendi artem definierint: incertum eſt vtra ars definitione veſtra contineatur, cum ea generatim bene diſſerendi facultatem explicet.

Propug.

DISC. Imo ſic decebat generali Definitione vnicam & generalem artem definire. Nam iſta Logicæ Partitio omnino falſa eſt: cum differentia Neceſſarij & probabilis tantum Axiomatis propria, nihil ad reliquas partes, aut ad totam artem attineat, vt ad Partitionem infra latius dicetur.

4. Q. De fine Logicæ.

IIII. Q. An Dialecticæ proprius finis ijſdem verbis, Bene diſſerendi, contineatur?

Affirmatur à Definitione finis ex ipſo Ariſt.

FInis eſt cuius gratia res eſt, & quo referuntur omnia.

Atqui, bene diſſerendi gratia Logica inuenta

uenta & conformata est : atque eo omnia eius præcepta referuntur.

Ergo, Bene differere verus & proprius Logicæ finis est.

CONTENTIO.

PAED. *De Logicæ Artis fine, qui ab Ramo ipsa Definitione comprehenditur, ab alijs autem post eam separatim explicatur, diuersas esse video doctorum hominum sententias. Nam plerique Aristotelis interpretes huic Arti* Demonstrationem *proponunt, freti hoc prioris Analyseos testimonio : Consideratio est de Demonstratione, & de Demõstratiua scientia.* Oppug. Demõstratio Finis.

DISC. *Lex* καθόλ8 *illam inanem damnat tautologiam, qua per plura explicatur, quod commodius paucioribus expediri potuisset. Quid attinet finem & quidem falsum à Definitione separatim & operose inquirere, qui eadem verissime & facilime comprehenditur? De Demonstratione autem miror tuam inconstantiam, quod cum paulo ante definitione duplicem Logicam Apodicticam & Dialecticam seu Topicam volueris distinguere, nunc eundem vtriqúe finem, cum vnaquæque proprium requireret, proponas. Si Analytica ars demonstrandi erit, eius etiam finis erit Demonstratio : Si Topica ars probabiliter differendi : eius etiam finis, probabilis disputatio seu conclusio fuerit. Sed Aristotelis locum, vnde finis ille temere concluditur, videamus : vbi si Aristoteles simpliciter proponit se de Demonstratiua scientia dicturum esse : certe inde non efficitur ipsum Demonstrationem finem vniuersæ logicæ constituere. Idem de* Propug. Proposit.

Categorijs, de Interpretatione, & in Topicis qua de re futura sit explicatio proponit: an ideo concludes Logicæ finem in Propositionibus illis nobis esse præmonstratum? Non opinor. *Quod autem initio prioris Analyseos ita simpliciter proponat, cum hic locus ostendit,* (*Primum dicendum circa quod, & de quo consideratio est: quoniam circa Demonstrationem, & de Demonstrativa scientia*) *tum apertius eiusdem repetitio & distinctio idem conuincit,* (*Definitis autem his, de quo per qua & quando, & quomodo fiat omnis Syllogismus, postea dicendum est de Demonstratione: quia Syllogismus magis vniuersalis est.*) *Ergo tu cum illis Interpretibus valde aliena ratione in sententiam illam adductus es.*

Aff. imp.

Complex.

Oppug. Demonstratio Philosophorũ. propria.

PAED. *At non satis est argumentum quo inducti sumus refellere: opinionem potius ipsam, quàm opinionis argumentum refellere conuenit. Et quoniam Demonstratio Philosophorum propria est, & Logicæ præcipuum opus: probabilis autem disputatio etiam Oratorum est & Poëtarum: non video cur ita inepte, vt tu videris existimare, hic Scopus Logicæ præfigatur.*

Propug.

DISC. *Solam Logicam esse generalem & omnibus omnino communem differendi artem iam ante respondi, vt nemo differat, qui non solius huius artis artificio differat. Siue igitur nunc necessario, nunc probabiliter aliquis differat: ea quidem differentia suo in arte loco explicatur, sed inde toti arti nec specialis finis, nec duplex attribui potest. Neque præcipuum Logicæ opus Demonstratio esse, & ceteris dispu-*

Demõstra. eiusmodi nulla.

Ad defi. Dialect.

disputationibus longe antecellere poterit, vt ideo illius finis debeat constitui: cum nullum eiusmodi Demonstrationis exemplum vnquam fuerit, nec vllum esse possit, vt suo loco ex P. Ramo comparabimus. Sed etiamsi esset & antecelleret: non erit tamen consequens, quod hinc efficitur, neque consentaneum. Pronunciatio prima Eloquentiæ pars & princeps à Demosthene & Cicerone constituitur: an inde efficietur Rhetoricæ finem esse, bene pronuntiare, quod vnius partis est, non autem bene dicere, *quod est vniuersæ artis.*

Propositi. Omnes artis particulæ ad communem finem aspirabunt.

Verum vt res planior sit, ipsum finitum cum fine proposito conferamus: Age igitur, hoc Logicæ fine logicam definiamus, Logicam esse artem bene demonstrandi. Sic enim decet artes suo fine definiri: & ad eum non partem aliquam, sed totam & vniuersam earum naturam essentiamque referri: nec vllius rei finis dici potest, ad quem non omnes eius partes spectent, tendant & aspirent: alioquin finis omnium non esset, si alia pars alio tenderet. Sic Grammatica definitur ars bene loquendi: *quia eius finis est* bene loqui: *atque ad hunc finem omnes eius vel minimæ particulæ tenduntur: quod similiter in ceteris manifestum est. Consequens igitur est, si Demonstratio sit Logicæ finis, logicam quoque artem bene demonstrandi definiendam esse, & eo omnes eius partes referri. At vero totius Organicæ Logicæ quota pars ad Organicam Demonstrationem proprie refertur?*

Assumpt.

Certe vnicum argumenti genus est in posterioribus Analytici ex causis, *Demonstrationi ab*

Aristotele singulariter attributum, nec tamen totum, sed quod sempiternam, primam, necessariam causſam affectionis de proprio subiecto concludendæ habeat. At Causſæ sunt innumerabiles, & finis, & forma, & generis omnis efficiens, & materia, quæ tales non sunt: & in posterioribus Analyticis multa sunt communia Definitionis & Partitionis cum Demonſtratione: multa etiam propria Definitionis & Partitionis, per quas sine Demonſtratione rerum omnium essentia docetur ac discitur, cum Aristotelis Demonſtratio sit tantum affectionum, & per se accidentiū, vt illic præcipitur. Reliqua vero Organi doctrina, vt Categorematum, Categoriarum, Interpretationis, Analyticon priorum, tota communis efficitur Apoditicæ & Topicæ, ad Demonſtrationem proprie nihil eorum refertur. In Elenchis nihil Demonſtrationi

Complex.

vindicatur. Quamobrem cum de tota Logica & Inuentione & dispositione nil nisi argumenti vnius, non totus locus, sed species, nec ea tota, ad Demonſtrationem præcipue referatur, quæ tamen etiam in rerum natura nulla sit: sequitur sophisma prorsus admirabile & incredibile esse, quo finis logicæ, id est, nobiliſsimæ disciplinæ in eo collocatur, quod vel neq; fuerit, neq; per naturam esse possit, vel si latius sumatur,

Finis non erit fortuitus.

vnius tantum particulæ sit, nempe Syllogiſmi. Prætea considerandum etiam illud est, quod veriſsimè dicitur. Nullius artis finem ad fortuitum euentum alligari: sed qui artis potestati subiiciatur, actu concludi: atque tum disciplinam τελέως ἔχειν, tanquam dicere, finaliter habere, & finem suum assequi, cum præ-

Propoſit.

ſtatur,

Ad Defi. Dialect. Assumpt.

ſtatur, quod Artis finibus viribusq; continetur. Nunc autem quæſtiones innumerabiles erunt, quæ Demonſtrationem Organicam non capient: & Logicus, Dialecticusque circa eas efficiet, quicquid artis viribus poteſt effici, id eſt, bene diſſeret & finem Dialecticæ conſequetur, ſed tamen non eo modo demonſtrabit. Sic multi præſtantiſſimi tum Philoſophi tum Oratores & poetæ permulta recte diſputauere: in eorum tamen libris eiuſmodi Demonſtratio nulla eſt. An idcirco Dialecticæ & Logicæ facultatibus bene nuſquã ſint vſi? Quare tandem cõcludamus, Logicæ aut Dialecticæ ſine Demonſtrationẽ nullo modo cõſtitui poſſe. Complex.

Oppug. Demonſtratio latius ſump. Fr. Ho-

PAED. Sed quid ſi Interpretes paulo latius Demonſtrationem ſumant, vt ſit veri & falſi dijudicatio, ſiue facultas iudicandi, quemadmodum verum à falſo internoſcatur, quid nam in Oratione conſentaneum ſit, aut diſſentaneum: quæ ſit apta aut inepta verborum conſecutio, & quamobrem ea vel apta vel inepta pronunciandæ ſit? Certè hoc ſenſu Demonſtratio *potius quam* Bene diſſerere, *finis Logicæ fuerit. Satis enim conſtat, nullam in ſeſe artem verſari, ſed eſſe aliud artem ipſam, aliud quod Arti ſit propoſitum. Itaque cuiuſque artis finis extra ipſam quærendus eſt. Vnde intelligitur, vt Medicinæ finis propoſitus ſit, valetudo: Arti militari, victoria: Architecturæ, opus: ſic Dialecticæ illam* Demonſtrationem *propoſitam eſſe.*

propug.

DISC. Vide quæſo quàm procul nunc ab Ariſtotelis inſtituto recedas, vt falſum Logicæ, & male contortum finem affingas. Itaque vt id quoquo modo

obtineas, si non vniuersum Logicæ opus, saltem Iudicium nomine Demonstrationis obscure & longo verborum anfractu confundis: sed ne hac quidem obscuritate, quod voles, obtinebis. Nam si demonstrare idem sit bonis auctoribus quod Disserere: tantum de verbis inanis λογομαχία fuerit: & tamen verbum vsitatius, quod in Definitione à Cicerone ipso ponitur, potius retinendum. Sin vero tibi idem sit, quod iudicare: certe vnius partis finis, non debet toti arti proponi, cui hoc natura propositum est, vt prius inueniat, deinde certa dispositione iudicet. Deinde illud valde alienum est à tuo instituto, quod dicis, artem non in-sese versari: sed esse aliud artem ipsam, aliud quod propositum sit arti, & artis finem extra artem esse: Quis dicit autem in sese versari? nisi quatenus logica vt commune omnium artium formandarum instrumentum, se ipsam etiam conformat. Imo recte dicimus Artem in suo typo depingendo vt logicam in naturali Rationis vsu, cuius expressa sit imago, proprie versari: Logicum autem arte sua instructum de quouis ente & non ente disserere. Nec quisquam dubitat aliud esse artem ipsam, aliud id quod Arti propositum sit. Cum vero finem extra artem esse dicis, certe finem, subiectum, & effectum confundis. Finis enim artis est legitimus præceptorum vsus, qui eorundem facultate & viribus continetur & præstatur: ideoque vt Definitio-ni vniuersæ artis natura & status, ita & eiusdem finis comprehenditur. Atque ita ars dicitur, vt

ante

Ad Defi. Dialect.

ante ex 2. cap. 1. Top. dixi, τελέως ἔχειν, quando id præstatur, quod eius præceptis continetur, & præstandum docetur. Res autem artifici subiecta & proposita, de qua disserit si ethica, physica, aut alterius artis sit, extra Logicam est, & hinc opus, in quo efficiendo Artifex sibi arte recte vti proponit, similiter extra artem manet: quod, vt ipsa quoque operatio, est Artificis artis beneficio comparatum effectum. Hæc tu vide quomodo confundas: & tamen dicis Demonstrationem, quæ artis pars efficitur, esse Logicæ finem, quasi dicas Syllogismum, aut eius exemplum esse logicæ finem. Hinc etiam exempla, quibus finem extra artem demonstrare cupis, aliena esse intelligis. Non enim vt valetudo est extra Medicinã, & victoria extra artem militarem, & Opus extra Architecturam: sic etiam Demonstratio extra Logicam, sed potius Demonstrationis, si quæ esset, Subiectum & Opus, extra Logicam esset. Quanquam nec Medicinæ finis proprie est valetudo, etiamsi eam Medicus petat, sed potius, Bene mederi: quem finem, etiamsi valetudinem non restituat, tamen, si omnia secundum rationem faciat, medicus consequitur.

Oppug. Probabilis conclusio. Iacobus Gorsc. &c.

PAED. Verum, quoniam alius de Demonstratione disserendi locus erit, Probabilis Conclusio Dialecticæ proposita videri queat, ad quã comparandam eius officium accommodatũ sit. Nam etsi Dialecticus etiã concludit nonnunquã necessario (quod ea disciplina efficit, quã Apodicticen appellamus) tamẽ id rarius fit: hoc autẽ genus probabile frequentissimũ est:

est: ideoque huius partis finem toti Arti disserendi, dari quibusdam placet.

propug. *DISC. Et hinc apparet quam facile à via deflectamus, si non recta ingrediamur.* Bene differere, *est Logicæ verus & rectus finis: in cuius particula, quæ est de Axiomatis, cum sit differentia Necessitatis, & probabilitatis, quæ non in præcepta, sed in diuersa exempla cadit: inde duplicem Logicam quasi duuij interpretes commenti sunt, vnam de necessariorum* Demonstratione, *alteram de probabilium Conclusione. Hi distincti fructus cum vspiam in Organo quasi Logicæ fines attingantur: alij præstantiæ argumento freti,* Demonstrationem, *alij frequentiam*

prop. *prætendentes* Probabilem Conclusionem *vniuersæ Artis finem constituunt. Itaque si probabilitas & Necessitas sunt communes Axiomatis affectiones tantum, nec qui quam vel ad Argumenta per se considerata, vel ad Syllogismum & Methodum attinet: nec probabilitas aut probabilis conclusio ex partis*

Assumpt. *vnius affectione toti arti attribui potest. Verũ autem*

Complex. *primum, vt postea latius differetur: verum igitur & postremum. Deinde Conclusio proprius Syllogismi fructus & finis, eaq; illius legibus semper necessaria est: probabilitas autem tantum in Axiomatis nempe Propositione & Assumptione esse potest: vnde etiam licet probabilem Conclusionem appellare, sed ea distinctio ad Syllogismi artem nihil spectat.*

Oppug. *PAED. At vero si à partis affectione non debet*

Duplex finis. *toti arti scopus præfigi: non tamen negabis, si duplex Ars sit Apodictice & Dialectice, duplicem etiam finem*

nem esse, illius nimirum Demonstrationem seu necessariam conclusionem, huius autem probabilem. Nunc autem duplex ars hic omnino etiam magnis viris esse videtur. Quare duplicem illum finem etiam saltem obtinebo. Dialect. prop. Assumpt. Complex.

DISC. Propositionem sane tuæ argumentationis tibi facile concedam: si duplex ars sit, & earum vna demonstrandi, altera probabiliter concludendi. Sed quod assumpsisti id omnino bona magnorum virorū cum vena pernego. Etenim nec alia Inuentio dispositioque demonstrandi, alia probabiliter concludendi tradi potest, nec illæ differentiæ quicquam ad totam Logicam attinent, vt ad partitionem etiam dicetur. Vnde efficitur, vt nō duplex ars sit, ita nec duos fines, multo minus alterutrum toti arti assingendum esse, Propug.

PAED. Attamen mihi Officium Artis videtur à fine distinguendum esse, quod sit coniuncta officij, finisque Quæstio, non eadem: quod illud huius consequendi caussa adhiberi soleat. Sit igitur officium omnia præstare, quæ ad bene disserendum conducunt, & adhiberi solent ad fidem faciendam. Finis autem sit, ipsa Fides, quæ argumentis eorumq; Iudicio efficitur. Oppug. Fides.

DISC. Ego vero perparuum, aut nullum omnino discrimen hic agnosco. An non is finis est cuius gratia inuenta est & conformata Logica? An non bene disserendi caussa Logica in Scholis docetur: Maxime vero. Sed an non officium videatur, præcepta ad illum finem pertinentia vsurpare, & ad bene disserendum dirigere? Finis certe definitione generali exprimitur, totaq; arte efficitur: Officium eadem significatur, & propug.

ex-

Fides.

exercitatione absoluitur. Quod autem Fidem, qui aliquis est fructus & effectus Differentis, pro Logicæ fine obtrudis: id eodem argumento, quo Demonstrationem paulo ante, etiam refuto. Definire enim decet ἐκ τῆς εὐπραξίας, ex bona & perfecta actione, summo quippe fine virtutum omnium, non solum in actione externa, sed etiam in intima animi contemplatione positarum, ait Aristot. cap. 3. lib. 8. polit. Finis siquidem est actio, & huius gratia facultas adhibetur, ait 8. cap. 9. Philosop. Itaque verbo διαλέγεσθαι Aristoteli, vt communiter Logica definitur, sic eius etiam finis significatur. Atque ita aliquis summum artis bonum adeptus est, quando tantum præstitit, quantum finibus artis continetur, non quando fidem fecit, quã sæpè propter imperitum & refractarium auditorem facere non potest. Huc optime quadrat id quod ex 1. Top. cap. 2. citaui, nos Τελέως finaliter, hoc est, perfecte & absolute disciplinam habere, quando similiter habeamus ac in Rhetorica, Medicina & eiusmodi facultatibus: id autem est, quoad eius fieri poterit, quæ statuimus efficere. Nec enim in omni caussa Orator persuadebit, nec medicus semper sanabit: sed si nihil omiserit eorum, quæ fieri possint, præclare scientia instructum fuisse dicemus. Quintilian. lib. 2. ca. 17. eandem sententiam copiosius tractauit.

5. Q. De Differentijs.

V. Q. An verum Logicæ & Rhetoricæ discrimen sit, Differere & Dicere?

Confirmatur à Formæ proprietate.

For-

Ad Defi. Dialect.

FOrma est per quam res est id quod est, & à ceteris rebus distinguitur.

At, bene differere Logicæ, dicere Rhetoricæ forma est.

Ergo eadem differentia illæ artes distinguuntur.

CONTENTIO.

Oppug. Copia & breuitas. Prop. *PAED. Tu mihi vna eademque Definitione ea omnia præstabis, quæ separatim ab alijs studiosè inquirumtur. Sed si vtraque ars differendi facultatem continet, & ad verisimilem persuasionem refertur: certe eo discrimine non rectè separantur, sed aliud constituendum est.* Assumpt. *Nunc autem non modo illud se ita habet, sed Rhetorica etiam cum apparatu & copia differendi rationem instituit: vnde intelligimus sapienter aliud in modo differendi discrimen olim à Zenone constitutum esse. Nam cum Dialecticam videret rudius & contractius, Rhetoricam autem cultius & explicatius omnia differre: manu ille demonstrare solitus est, quid inter has artes interesset. Cum enim compresserat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse: Cum autem diduxerat & manum dilatauerat: palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Atque ante hunc Aristoteles principio artis Rhetoricæ dicit, illam artem quasi ex altera parte respondere Dialecticæ, vt hoc videlicet* Comp. *differant inter se, quòd hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Quæ verba planissime discrimen inter Rhetoricam & Dialecticam explicant.*

DISC.

Propug. DISC. Vtinam perſpicua breuitate omnia expediantur: ſed quid quæſo magis intricatum eſt & confuſum, quàm docere & fateri Logicam formam veras differentias conſtituere, & his tamen neglectis alias curioſe & quidem falſas inquirere? Supra oſtendi

Aſſumpt. Logicam eſſe ſolam diſſerendi artem, cuius facultate omnes omnino auctores diſſerant. Nec ideo Rhetorica eſt ars diſſerendi, quod Rhetores in Oratorio Inſtrumento ex multis artibus confuſo è generali Logica quædam argumentorum & Diſpoſitionis genera ad certas cauſſas, quas illi in foro ferè tractabant, accommodauerunt. Fatentur antiquiſſimi Rhetores, & noſtra etiam memoria clariſſimi viri, quæ Rhetores de Inuentione & Diſpoſitione tradidere, ea eſſe è Dialecticis deducta. An igitur Rhetorica alienas ſibi facultates, & hinc alienam Definitionem vendicabit? Minime vero: Theologi quoque ad formandas conciones argumentorum genera & Diſpoſitionis formas diligenter applicant: attamen ſe artem diſſerendi tradere minime aſſerunt. Cum igitur ſola Dialectica bene diſſerat, Grammatica recte loquatur, Rhetorica ornate dicat: illis tantum finibus & proprijs documentis illæ artes diſtinguuntur, vſu autem omnium rerum communi comunguntur. Alterum autem illud d ſcrimen non eſt ipſarum artium, ſed hominũ vel tenuiter & aride, vel copioſe & abundè diſſerentium: quæ diſſimilitudo inde nata eſt, quod olim ſtudijs & profeßionibus diſtractis Rhetoricæ Scholæ à Philoſophicis ſeparārentur, cum Rhetores artem dicendi è varijs diſciplinis cõfuſam ſibi vendicantes, & cauſſas

Prop.

ſplen-

splendide agentes Philosophis Dialecticam nudatam & spoliatam tanquam vmbratilis & Scholasticæ disputationis magistram reliquerunt. Nam alioquin omnis illa Rhetorum copia, quæ in rebus, & argumentationibus, itemque Digressionibus, & commorationibus consistit, Dialecticorum propria est: qui illam sua arte complexi omnibus auctoribus communem faciunt. Omne enim argumenti genus ad amplificandum adhiberi potest, & ad illustrandum atque exornandum: deinde etiam Axiomatis quæuis amplificatio enunciatur, & prosyllogismi cum Sllogismis cõiuncti efficiunt illas Rhetorum multarum partium argumentationes. Methodus denique, Digressiones & Commorationes, tanquam Diuerticula & Explicationes crypticas complectitur. Has etiam tam admirabiles opes è Logica Rhetores in suam illam litigandi artem comportarunt, & varie exposuerunt, vt ita quasi suo artificio contenti nihil à Dialecticis amplius petere opus haberent. Relinquitur igitur Rhetoricæ solus ornatus proprius, qui etiam quandam amplificandi venustatem habet, sed non illam excellentem dignitatem, quæ est in rebus ipsis. Sic sæpè Cicero, etiamsi illud Rhetorum discrimen vt à Græcis magistris acceperat, ita, vt cetera omnia, in libris Oratorijs interpretatus sit, tamen naturali mentis lumine in veram artium distinctionem incidit, cum Dialecticæ tantum rationem disserendi, Rhetoricæ exornandi attribuit, artiumque commenta naturæ facultate, & exercitationis assiduitate in philosophia tractanda & causis agendis valde superauit.

Ad Defi. Dialect.

Complex.

6. Q. De altero nomine.

VI. Q An Dialectica eodem sensu, Logica dicta sit?

Affirmatur à Notatione pari.

SI διαλέγεσθαι & λογίζεσθαι generaliter eodem sensu accipiuntur: certe & Dialectica & Logica.

At primum, Ergo & postremum.

CONTENTIO.

Oppug. Comp. PAED. *Vt hæc quoque breuiter discutiatur Quæstio, verbo quæ mihi in mentem veniunt dicam. Et quidem, etsi illæ voces solent generatim eodem sensu vsurpari, magnum tamen inter eas discrimen esse mihi videtur. Primum enim Logicæ vocabulum latissimè sumitur in diuisione Philosophiæ, vt eas artes complecta tur omnes, quæ sermonis sunt, atque orationis. Deinde cum ipsi etiam disserendi arti tribuitur, multo communius est, quam Dialecticæ vocabulum. Nam veteres primum Logicen in duas partes diuiserunt, in Apodicticen & Dialecticen: quarū alteram deinde etiam pro toto posuerunt, propterea quod maiorem ad disserendum materiam suppeditaret. Vnde apparet, vocem Dialecticæ multo esse angustiorem, vt quæ partem, nempe probabiliter disserendi rationem significet. Præterea etiam ex Cicerone intelligimus, eam quoque partem disserendi, quæ iudicandi vias aperit, à Stoicis Dialecticam appellatam fuisse. Quæ cum ita sint, etiamsi Peripatetici κατ' ἐξοχὴν disserendi arti, vt in hoc genere præstantiori commune nomen Logicæ attribuerint: manifestum tamen inter eas voces discrimen negari nullo modo potest.*

Assumpt.

Io. St.

Prop.

DISC.

DISC. *Non defuerunt quidem vnquam verborũ nouorum architecti: & sane fit sæpenumero, vt aliter loquantur homines, ac rerum ipsarum natura se habeat. Sed de vocum illarum vi & vsu sic breuiter respondeo.* Ad defi. Dialect. Propug.

Si & res ipsa, Logica nimirum, omnino generalis est, & eius vocabula illa eodem sensu generaliter ab antiquissimis auctoribus vsurpata sunt: certe nullum inter ea verum discrimen est; sed vtrumque æque generale & commune totam quomodocunque differendi rationem complectitur. Prop.

Nunc autem & res ipsa vocabulis subiecta, tota generalis est, & vocabula eodem sensu ad generalem illam rationis communionem significandam ab antiquissimis auctoribus vsurpata sunt. Assump.

Nam vel in ipsius Aristotelis Organo, in quo videtur triplex Logica institui, omnia prorsus communia sunt, nihil huius vel illius omnino proprium est: vide Scho. Dial. lib. 2. cap. 3. 5. & c. Et infra ad Partit. Plato autem, qui primus in Philosophia Dialecticam, & Aristoteles, qui primus Logicam pro eadem re nominasse videtur, itemque reliqui Peripatetici & Stoici, vocabulis illis generaliter vsi sunt ad omnem differendi vim significandum. Dialecticæ vero, Dialectici, & διαλέγεσθαι vocabula Platoni plane sunt generalia, & omnem differendi facultatem complexa, ita vt is etiam ijs contentus alia non adhibuerit, & communionem verbi διαλέγεσθαι per τῶ λόγῳ χῆσθαι interpretatus sit. Logicæ autem vocabulum pro eadem re Vallæ videtur in Dialecticis, Prosyll. Assumpt.

lib.3.cap.44.ab Aristotele primo factum esse, quòd λόγους id est, rationes & argumenta suppeditet. Aristoteles itaque & Dialecticæ, & Dialectici, & Logicæ & Logici, & διαλέγεσθαι & λογίζεσθαι vocabulis generaliter locis varijs vsus est: vide Schol. Dial. lib.2.cap.2. & Talæum ad defin. Dialect. Latini etiam, vt Tullius & Quintilianus mirifice hanc generalem rationis communionem & re & verbis confirmarunt. Et clarißimi nostra memoria Logici, etsi plerique vel totam Logicam vel Syllogißmum saltem ex Necessarij, Probabilis, & falsi differentijs distribuunt: tamen proposita tantum illa partitione, artem nihilominus vnam generalem & communem faciũt, nißi quod separatim quasdam de Demonstratione obseruationes addant.

Complex. *Ergo reuera inter illas voces discrimen nullum est: cum vtraque eodem sensu antiquißimi in eadem re vsi sint.*

Quod autem in Philosophiæ diuisione Logica commune trium generalium artium nomen constituitur, eaque distributio Peripateticis, & in primis Aristoteli tribuitur à quibusdam: certe in ijs quidem libris Aristotelis, qui extant, nomen Logicæ illo sensu reperiri non opinor. Et quanquam Grammaticorum etiã & Rhetorum præcepta sermonis sunt atq; orationis, quæ Instrumentum est Philosophiæ, vt sic Logica ars ἀπὸ τοῦ λόγου à sermone & oratione ab illis auctoribus appellata sit: tamen, quia ea demum oratio est, quæ rationibus argumentosa & quasi sapiens est, eam ob causßam illi auctores non tam Grammaticorum puri-

puritati, Rhetorum splendori, quam sapientiæ & sublimitati Dialecticorum, illud nomen tribuisse videntur, vt in hoc vsu sit Synecdoche speciei præstantioris. Deinde, quod Aristoteles etiam Dialecticam aliquando, philosophos fortasse quosdam secutus, specialiter pro verisimili disserendi ratione, vsurpauit; agnoscamus in eo Synecdochen generis pro specie, ad eius Philosophiam intelligendum: quemadmodum & Logica verbum in eadem verisimilitudine aliquando idem ille vsurpauit. Similis Synecdoche totius est, quod Cicero vspiam vt & Stoici, solum Iudicium Dialecticã nominauit, teste Boëtio. Etsi vero Stoici hanc generalem disserendi artem angustius tractauere, solum Iudicium explicantes; tamen qualemcunque suam artem, sine Necessitatis & Probabilitatis discrimine, Dialecticam nominarunt; nec commode Iudicium, nisi saltem aliquid Inuentionis miscerent, videntur docere potuisse. Quamobrem Dialectica seu Logica est ars bene disserendi, & re & vocabulis generalis; ideoque sic generaliter intelligatur. Præterea autem etiam vocum modificatio notetur, vt ex vtroque genere significationis nobis fructus constet; ars autem propterea non confundatur.

Ad Defi. Dialect.

Boetius in Top. Cic.

VII. Q. DE DIALECTICAE Subiecto.

7. Q. An Thema simplex. aut Compositum Logicæ proponendum.

An Dialecticæ certa materia, de qua disserat, aut certa aliqua forma, ad quam disputationem applicet, seperatim proponenda sit?

Negatur tum à communi Adiunctorum plurium ad idem subiectum affectione, tum ab ipsorum præceptorum forma.

Prop. QVod tum generalibus artibus æqualiter subiectum satis ipsarum distinctione ac generalibus definitionibus significatur: tum ipsius Logicę præceptis & progressu per se continetur & efficitur: id seperatim in arte non debet explicari.

Esset enim in legem καθ' αὑτὸ iniustum, & in legem Καθόλου ridiculum.

Assumpt. Atqui tum OMNIA, scilicet Entia vel non entia æqualiter tribus generalibus artibus subiecta satis ipsarum distinctione & communibus definitionibus significantur: tum eorum forma & modus ipsius logicæ præceptis per se continetur & efficitur.

Omnia enim sermone, ornatu & ratione tractari possunt: nihil excipitur: Atque ideo Aristoteles hic omne Ens vel non ens nominauit.

Et hinc generales artes à specialibus distinguuntur, quod illæ in omnibus versentur, hæ certarum rerum proprię sint. Quare & generales illarum definitiones nullis certis distinctæ rebus significant, non minus eas omni proposito, vero vel ficto, simplici vel composito esse communes, quàm sint in homine facultates loquendi, dicendi, & ratione vtendi.

Postre-

Ad defi. Dialect.

Postremò propositarũ rerum forma & modus ipsius Logicæ præceptis ita cõtinetur, vt Inuẽto Themata simplicia distinguat. Axiomatum doctrina constituat coniuncta, de quibus tum hæc ipsa per se, tum Syllogismus & Methodus iudicet.

Compl.

Ergo nec subiecta materia, nec eius considerandæ forma aliter in arte explicari debet.

CONTENTIO.

Oppug. Non facilè ex Definitione omnia illa intelligi.

PAED. *Quicquid præcipies, inquit Horatius, esto breuis: sed cauere etiam iubet, ne fias nimia breuitate obscurus. Hoc certè vobis iure occinitur, qui ex vna Definitione omnia deducitis, formam, finem, officiũ subiectum, & si quæ sunt eiusmodi: quin eadem etiam Efficientem, procreantem, Benè differentium vsum, & Conseruantem, nimirùm assiduam benè differendi exercitationem, qua artis status conseruetur, comprehenditis. Hos tam multiplices definitiones fructus aliquis satis attentus & in artibus versatus ex illo fasciculo carpat: sed discipulus rudis & minimè subactus illos se præcepturum ne somniabit quidem.*

Propug.

DIS. *Imo homo rudis, ne quid ipsa Definitio sit, quidem intelliget, nisi doctor & institutor, labor & industria accedat. Hoc autem adiumento omnes illos fructus ex vna Definitione multò facilius, quàm ex multis obscurè & impropriè cumulatis præceptiunculis intelliget. Quid enim facilius, quàm ex Definitione, Doctoris institutione vel commentario breuissimè illustrata, percipere primum ipsum*

Genus (Ars) significare, constantem Dialecticæ materiam, nempe præcepta suis legibus iudicata, & eorum methodicam informationem: deinde, duo illa verba (Bene disserere) exprimere tum formam Logicæ, quæ eadem vera differentia: tum finem, summumque bonum, quod præstare & consequi hæc ars possit, quod idem in actu & officium eius, & effectum sit: eaque omnia tam late patere, quam naturalis rationis vsus pateat, atque similiter in omni proposito versari? Nunc confer quæ separatim de fine, officio, differentia, subiecta materia, & similibus rebus solent inquiri, & pleraque non satis legitime explicari: confer etiam Institutoris vocem, & satis copiosas commentationes. Non est igitur quod verearis ne vel obscurus fias, si ita breuis esse labores, vel vt pueri hæc intelligant, quæ ita prompta, atque ad discentium naturam accommodata sunt. Quamobrem hoc inani abiecto metu, rem ipsam videamus.

Oppug. Omnia in arte pingenda, Propug. Subiectum Artis.

PAED. Si omnia, etiam non Entia Logicæ proposita sunt: omnia etiam in Arte pinget. At vero in arte non omnia pingit. Ergo nec proposita sunt omnia.

DISC. Tu mihi iam Artis & Artificis subiectum confundis. Ars sibi Rationem humanam vt typum proponit, quam suis præceptis ita effingat & describat, vt ipsa sit Rationis expressa imago & effigies. Rationis autem actiones & vires in bene differentium, & hominum expertorum vsu atque exemplis propalam sunt expositæ, vt inde eius imaginis lineamenta adumbrari, & paulatim ipsa absolui possit. Vsus autem

Subiectum Artificis.

tem ille consistit in omnibus omnino rebus, quas Mens hominis capere, cognoscere, intelligere & exponere posit, siue illæ ita existant in rerum natura, siue etiam fingantur, & quidem vel simplices vel in sententia coniunctæ. Et quoniam hic innumerabilia sunt, & infinita exempla: ex illis certæ differendi rationes ac formæ Experientia & Inductione collectæ, & sic generales notiones, quæ sunt artis documenta, constitutæ sunt, quibus Artifex deinde Instructus vicissim de omni proposito, ente & non ente disserit. Artis igitur subiectum, quod generalibus suis præceptis interpretatur, est Naturalis Rationis vsus, qui in exemplis infinitis apparet, sed in Arte summatim generalibus notionibus contractus distinguitur: Artifici autem ad artem exercendam vicissim omne ens & non ens, omneque Thema certo progressu proponitur. Ars igitur non indiuidua, exceptis exemplis, sed vniuersalia, quæ sunt præcepta complectitur: Artifex in omni proposito atque in Indiuiduis versatur. Hæc non sunt confundenda, sed vt perspicue artis conformatione & progressu reuera comprehenduntur, ita in Scholis etiam & Commentarijs explanabuntur. Definire. Diuidere.

PAED. Sed si etiam in non ente artifex versatur: Sophistica cum arte coniungi debebat: quam cum P. Ramus prætermittat: non poterit ille non ens similiter arti subijcere. Aristoteles enim 1. cap. 6. Philosophiæ, non Ens Sophistis subiectum esse confirmat. Oppug. De Sophistica.

DISC. Sophistis quidem proprie subiectum est, non ens, quod apparet, sed vere non est: attamen quia Propug.

non ens opinabile est, ait idem Philosophus de Interpret. & 2. cap. secundi, quarto cap. quarti Top. & quarto primi Elench: illud etiam Dialectico rectè proponitur, præsertim cùm etiam plurimùm versetur in nõ entis refutatione. Imo cùm non ens sæpe ad iucunditatem aut declarationem fingatur; atq; etiam in Cõparatis veri & Entis vim obtineat, eademq; arte qua ens tractetur: illud à generali & communi Logicæ vsu alienum non est.

De generibus Caussarum. Prop. Rel. Assumpt.

PAED. Sed quomodo Logicus in omni propositio versetur; cum & Rhetores certa Caussarum, & Theologi certa Concionum genera suæ arti quasi propria attribuant, atque illa etiam ipsis à Philosophis concedantur; quemadmodum & vicissim Rhetores Logicis certas relinquunt Quæstiones? Θέσιν enim, quam Cicero Consultationem & Propositum vocare solet, Dialecticorum & Philosophorum propriam esse volunt; qui non singulas res intueantur ac spectent, sed de vniuerso genere earum disputent. ὑπόθεσιν autem, hoc est, finitam Quæstionem, quam Cicero Caussam & Controuersiam vocat, quæq; in temporibus, actionibus, personis, & certis negotijs cernitur, Rhetores sibi vendicant: eamq; tribus generibus distinguunt, in quibus omnis definita Quæstio lateat. Et Theologi vel ea ipsa Caussarum, vel alia etiã genera sibi constituunt, ad quæ suas conciones referãt: Atque vtriq; certas inuemendi ac disponendi rationes ad ea genera accommodant. Itaq; hinc satis apparet, non à Dialectico propriè omne Ens & non ens tractari.

Complex.

DISC.

DISC. Et de Quæstionibus infra, & de Caussarum generibus alias in Pædagogia Rhetorica, Deo dante, conferemus; hic autem breuiter ex lege iustitiæ κρίνω ita respondeo: Ad defi. Dialect. Pro pug.

Quod soli Dialecticæ homogeneum, cognatum & essentiale est; id iniquè & inscienter Rhetoricæ aut alij arti tribuitur. Ita enim Lex iustitiæ sancit, vt quæque ars rebus sibi cognatis & essentialibus perficiatur, nec alienis misceatur, vt certi artium fines natura distincti teneantur. pro p.

Nunc autem omnis Quæstionum & doctrina soli Dialecticæ essentialis, & disputatio Dialecticorum propria est. Nam primùm omne Quæstionis genus est Axioma seu Enunciatio; quæ quemadmodum ex argumentis conficiatur, & deinde iudicetur, in sola Logica præcipitur. Deinde quicunq; Quæstionem disserit qualemcunq;, ille Dialecticus est, & Dialecticæ artificio disserit. Assumpt.

Ergo inique & inscienter Rhetoricæ aliqua Thematum seu Quæstionum genera attribuuntur. Quis enim non modo iustum, sed aptum etiam & conueniens iudicet, illud quod natura vnius generis & Cõiunctum sit, ita distrahere ac discerpere, vt eius partes diuersis artibus subijciantur, ad quas vnius tantum facultas affecta sit, & naturali ratione pertineat? Sed Quæstionum genera ita natura coniuncta esse & cohærere, vt pariter vni arti subiecta sint omnia, inde manifestum est, quòd omnis eorum & doctrina & disputatio Rationis sit, hoc est, quòd quælibet Quæstio mentis in differendo proprijs actionibus Complex. Prosyll. ad priorem illust. Propositi. Assumpt.

nibus & conficiatur, & disputetur. Non enim Θέσις tantum & generalis Quæstio, quæ Philosophorum esse dicitur, sed ὑπόθεσις etiam & specialis ex Categorematis, hoc est ex argumentis conficitur, atq; Axiomaticis legibus iudicatur : deinde verò in vsu & Oratione, similiter vtraq; argumentis, eorumq; iudicio disseritur. At verò Logica Rationis, hoc est argumentis eorumq; iudicio disserendi ars sola est: Rhetorica verò ornatum Orationis, vt Grammatica sermonis puritatem gubernat. Et sic ex coniuncto trium illarum generalium artium vsu omnes perfectæ Orationis virtutes existunt. Hinc igitur efficitur vni Logicæ omnem Quæstionum rationem ac disputationē homogeneam esse, ideoq; inconuenienter quoddam earum genus tanquam membrum à suo corpore auulsum alienæ arti attribui.

Comp.

Oppug. PAED. Si argumentis, eorumq; Iudicio, ais, Quæstio & constat & explicatur : solius Logicæ propria est. At ego hanc consecutionem propterea nego, quòd Rhetorica etiam suas caussas argumentis eorumque Iudicio ita pertractet, vt hæc latiùs, Dialectica autē pressiùs differat.

Propug. DISC. Tu mihi eandem quorundam Cantilenam insusurras; ad quam supra respondi, Rhetoricam esse artem dicendi non disserendi, hoc est eam ornatum Orationis, non disserendi rationem præstare, idq; rationibus & magnorum hominum auctoritatibus ostēdi. Neq; enim frustra clarissimus D. Philippus Mel. in Instit. Rhet. pronunciauit hanc sententiam: Ego certum argumētorum iudicium à Dialecticis, Ornamento-

Phil. Mel.

uentorum figuras à Rhetoribus peto. Item: Loci In- Ad defi.
uentionis & Dispositionis à magnis Rhetoribus negli- Dialect.
guntur: & cum ea sit sola Dialecticorum facultas,
nihil minus quam sua illi agnoscunt. Itaq; solus Ora-
tionis Ornatus Rhetoricæ homogeneus est; differend i
autem omnis ratio & facultas heterogenea.

PAED. *Sed si auctoritatibus pugnare libet, ea* Oppug.
certè omnes mecum faciunt, quas tu contra me ad-
ducis. Nam & antiquitas & nostra etiam ætas, ferè
Rhetoricæ non modo certa Quæstionum genera, sed
disserendi etiam hoc est inueniendi ac disponendi ra-
tiones adiudicauit.

DISC. *Non ignoro illam confusionem in libera-* Propug.
les artes inductam esse; & hæc est P. Rami contentio
vt ea sublata distinctionis & perspicuitatis lumen re-
stituatur. Cùm autem Rhetores quidam, vt Corax
& Thysias distractis ijs studijs, quæ natura comuni- Quinctil.
cta essent, quandam in foro & curia litigandi ac de- lib. 3. ca. 1.
liberandi artem nomine Rhetoricæ ex confusis alia-
rum artium facultatibus fabricati essent: præstantes
deinceps homines more potius quodam contra natu-
ralem rationis & Orationis vsum introducto, quàm
certa ratione ac naturæ lege, illam quidem, quam à
Magistris suis acceperant, confusionem, in Rheto-
rica describenda retinuerunt, atque illo falso breui-
tatis & copiæ discrimine Dialecticam Rhetoricam-
que distinguentes, ei conuenienter passim ferè locuti
sunt. Attamen ijdem naturali ratione luminis etiam
naturalem artium distinctionem apertissimè & pla-
nissimè cùm testimonijs sæpè suis, quasi aliud agentes

&

& aliquid anticipantes, significarunt, tum verò in primis ipso opere & vsu in omni Orationis ac scriptionis genere, naturali potius rationis vsui, quam vulgatis præceptiunculis conuenienter conformato, expressêrunt. Meministi me ex Aristotele & Cicerone supra, & paulò antè ex Phil. Mel. clarissimo Germaniæ lumine, quædam testimonia attingere, quibus vniuersa & differendi facultas soli Dialecticæ, & dicendi ratio Rhetoricæ attributa est. Huc plurima alia noc modo antiquitatis, sed nostræ etiam ætatis testimonia aggregari quidem possent, sed hoc vno Ciceronis de Fin. breuitatis caussa erimus contenti. | Dialecticam, ait, contemnit Epicurus, quæ vna continet omnem, & perspiciendi quid in quaq; re sit, scientiam, & iudicandi, quale quidq; sit, ac ratione & via disputandi. Si igitur vna ac sola Dialectica continet omnem differendi rationem, efficitur, Rhetoricæ nullas differendi partes esse.

propos.

Oppug. PAED. Attamen eæ non frustra illi videntur à summis viris attributæ; vt Dicere, Ciceroni & alijs, non ita angustè significet ornatè eloqui, sed omnia Oratoris officia complectatur, & Ornatus non omnem Rhetoricæ facultatem, sed præcipuum eius splendorẽ exprimat.

Propug. DISC. Sunt quidem ex differendi arte, eius quædam particulæ forensi Rhetoricæ attributæ, & quidem à politicis quibusdam magistris, vt peculiari quasi arte, seu Instrumento, omnia politici hominis in caussis agendis officia, ex diuersis tamen artibus confusa,

confusa, complexo, certos homines in disciplinam receptos ad politiam, hoc est, ad forum & curiam informarent. Attamen illi ipsi Magistri, nec illam Oratoriam seu politicam Institutionem, generalem ac puram Rhetoricam (quæ ars sit ornatus tantum) nec differendi rationes eius proprias esse censuerunt: sed tum generalium artium, præcipueq; Dialecticæ quædam & Rhetoricæ fere omnia, pauca autem Grammaticæ præcepta, tum Philosophiæ etiam atq; Iuris quædam decreta ad Causas forenses ac politicas, suis, vtpote expertorum hominum consilijs applicauerunt. Hoc cùm naturalis verborum, ornamentorum, & rationum distinctio, & ipsa Oratoria illius artis conformatio, tum verò aperta magnorum hominum confessio planissime conuincit. Nam argumentorum inuentionem ac Iudicium seu dispositionem naturæ vi Rationis, ideoq; Logicæ esse supra ostendi. Et argumenta vt Causſæ, Effecta, & similia (quanquam & rerum ipsarum nomina, vt Honestum, vtile, &c. pro argumentis ponuntur) itemque iudicij genera vt Ratiocinatio, Enthymema, Dispositio, &c. in Rhetoricis illis nominantur. Nunc quis alia dicat Rhetorum esse argumenta, alia Logicorum? cùm naturali ratione semper eadem sint, & vim eandem habeant? Ita quidem ex falso illo discrimine multi loquuntur, quasi diuersa sint Rhetorum & Dialecticorum argumenti & iudicij genera; sed omnino eadem sunt, nec vllo discrimine separari possunt. Quicquid igitur Inuentionis est & Dispositionis, illud omne Logicum est, & speciatim è Logica

Ad Defi. Dialect.

1. Inuētio. 2. Iudiciū.

ad

3. Elocutio
4. Pronunciatio.
5. Memoria

ad politicas causſas accommodatū. Elocutio & Pronunciatio Rhetoricæ propriæ, ideoq; in ſuo regno ſunt. Memoria Methodicæ Diſpoſitionis comes & fructus eſt, ideoq; præceptiunculis quibuſdam, ſeu potius conſilijs è Diſpoſitionis fontibus deriuatis, ſeu ad eā ſaltem quoquo modo accommodatis exponitur; cùm tamen Logica diſpoſitionis ars hic abundè ſufficeret. E Philoſophiſta Honeſtatis & vtilitatis genera, ex Iure æquitatis & Iniquitatis fontes commonſtrantur, &c. Sic igitur res ipſa ſatis oſtendit, quinq; politici hominis officia ex varijs artibus conquiſita, in Oratorio illo Inſtrumēto ſpeciatim explicari & ad Cauſſas applicari; vt hæc non generalis Rhetorica ſit, ſed politica quædam Commentatio & Inſtructio, ex diuerſis artibus conſuta, & expertorum hominum conſilijs illuſtrata. Quod cum doctiſſimi quiq; viri ſimiliter teſtentur: quid eſt cur dubitemus? & forenſem illam, politicamq; Rhetoricam pro generali defendamus? præſertim cùm nec ſimiliter eius ſit in noſtro foro vſus, nec omne quæſtionis genus ad illas Cauſſas commodè referri queat? Cicero in ipſius Logicæ deſcriptione, hoc eſt in Topicis, expoſitis omnibus argumentorū Locis, ait eos quidem oēs ad pleraſq; Quæſtiones accōmodatos eſſe, ſed alios tamen ad alias aptiores. Deinde cū ad Cauſſas etiam forenſes (quod eæ etiam Logicæ propriè, vt oēs aliæ quæſtiones, propoſitæ ſint) ſuo more locos quoſdam accōmodaſſet, tā dem addit, Harum Cauſſarū propria argumenta ex ijs ſumpta locis, quos expoſuim⁹, in p̄ceptis Oratorijs explicata ſunt. Quid quæſo, aut quomodo clarius dici

Quid Rhetorica forenſis.

Propoſit

Aſſum pt.

dici posset de Argumentorū verè Logicorū ad Caussas politicas accommodatione? Atque hæc Applicatio seu Accommodatio in Partitionibus & reliquis libris Oratorijs manifestissima est: in quibus primum Cicere Argumenta, vt in Logica, summatim partitur, ac deinde eadem ferè, sed speciatim tum per Argumentorum, tum per rerum nomina, in Caussarum generibus & Orationis partibus repetit & accommodat; atq; è Dialecticis omma manare sæpiùs admonet. Sic Philippus Mel. in Dial. in loco Generis: Ex hoc fonte, ait, sumptum est præceptum, quod sæpe repetit Cicero, hypothesin transferendam esse ad Thesin. Item in loco Finis: Hæc ideo adscripsi, ait, vt studiosi admoniti sciant, Locos Dialecticos fontes esse locorum, qui in Rhetoricis recensentur alijs appellationibus, &c. Similiter Ioan. Sturmius, & alij clarissimi viri Rhetorum inueniendi ac iudicandi rationes à Philosophis desumptas esse profitentur. Andreas Hyperius autem cum videret omnia, tum profanarum Commentationum, tum sacrarum concionum genera incommodè angustis illis forensium Caussarum finibus coërceri; Multum, inquit, diuersa cùm sit actio Concionatoris in templo, ab actione Rhetoris in foro: frustra mihi videntur se torquere, atq; iniuriam etiam non leuem inferre Theologiæ, omnium disciplinarum principi, qui conantur tria illa genera Caussarum, Demonstratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale è profano foro in sacram & religiosam Ecclesiam inducere, atque Concionatoribus proponere sequenda. Quapropter necessariò ex præcedentibus cogitur, vnius Dialecticæ

Ad defi. Dialect.

Dial. lib. 1. cap. 1. &c.

Complex.

omnes differendi rationes esse proprias, vnde tanquã è fontibus riuuli quidam ad Caussas forenses quasi paratiùs certiusq; tractandas deducti & expertorum hominum consilijs accommodati sint: qui cùm generali Rhetoricæ sint annexi, ex ea specialis fori & curiæ ars effecta est. Itaq; &, Dicere, sæpe apud Ciceronem, cùm ad eiusmodi artem respicit, omnes eius facultates complectitur, vt cùm in Bruto ait, Dicendi doctrinæ partes tres sunt. Et ad Att. Dicendi opus ex quinque partibus constat. Sed cùm ait, Benè dicere, esse polite & ornate dicere; Ornatum autem Orationis tanquam vestem esse, & Ornatum verborum Oratoris putandum esse, itemq;, Disputandi rationem Dialecticorum, Oratorum autem dicendi & ornandi, &c. tum, inquam, naturalis Iudicij bonitate in veram ac naturalem artium distinctionem incidit, qua soli Grammaticæ, benè loquendi; Rhetoricæ benè & ornatè dicendi; Dialecticæ denique benè differendi partes tribuuntur: atq; ita Bene dicere, & Ornatus Orationis solam Elocutionem & Pronunciationem complectitur. Quæ cùm ita sint, non negamus, aduersaria ex Cicerone & alijs præstantibus etiam nostri seculi auctoribus testimonia produci posse, sed quorum alia more potius è consuetudine, alia certa ratione nitantur. Itaque si vera Rhetorica propriας differendi rationes nullas habet, forensis autem illa alienas quasdam, easq; mutilatas & mirificè distractas, precariò ac certo quidem vsui à Dialectica mutuata est, quæ tamen è generali sua arte multò promptiùs ad quoduis institutũ depromerentur: valde

Vera artiũ distinctio obiter indicata.

Propositi.

de alienū & ἄτοπα sit ei, quæ sua facultate nihil differre potest, certum tamen genus Quæstionis differendum proponere. Ad defi. Dialect.

PAED. Sed tamen negari non potest, Oratores, siue sua, siue aliena facultate, speciales quæstiones, & Philosophos generales seu Theses disputare; vt hoc si non verum generalium artium, saltem rerum subiectarum, & inde Professionum discrimen sit. Oppug.

DISC. Imo ego mihi vtrumq;, & quidem duplici ratione, negare posse videor. Nam nec alia Quæstio est Philosopho, alia Oratori proposita, nec Orator sua quadam arte à Philosopho distinguitur. Oratorem dicunt hypotheses & speciales differere quæstiones: at ego ostendam, eum tum in parte Orationis semper, tum tota etiam Oratione aliquando Thesin ac generalem Quæstionem tractare. Primum in parte orationis in Thesi versatur, cùm Syllogismorum propositiones & locos communes suis Prosyllogismis disputat, vt pro Milone hanc, Propug.

Insidiator sceleratus iure occiditur:
Vnde hypothesin adsumit & concludit,
At Clodius fuit insidiator sceleratus,
Ergo Clodius iure occisus est.

Hoc enim est illud Rhetorum consilium, Hypothesin ad Thesin transferendam esse: quod generali Syllogismi artificio sua sponte præstatur. Hypothesis. Thesis.

2. Deinde an non Orator laudet Temperantiam, vituperet Ebrietatem; suadeat leges sumptuarias esse ferendas, Tempore pacis de bello esse cogitandū, & Remp. fortium virorū copia & omni genere armorū

esse muniendam, &c. Et hæ nóme Theses seu generales Quæstiones esse videantur, quæ toti Orationi sint propositæ, in qua tamen interim etiam ad speciales descendatur; quemadmodum à specialibus ad generales sæpè ascenditur? Quid Ecclesiastici Oratores, ánne ferè generales Quæstiones disserunt, Fidem iustificare, Bona opera esse proprios fidei fructus, Cerimonias esse abrogatas? Christianis esse assiduè ieiunãdum & vigilandum, &c. Contrà verò Philosophus si aliquam Philosophiæ artem describat, Theses quidẽ, hoc est generalia Axiomata, qualia omnium artium decreta esse debent, exponit: sed interim etiam exempla specialia adhibet. Sin verò aliam disputationem instituat, fieri non potest, quin cum generalibus sæpe specialia coniungat. In vtroq; genere exempla è Platone, Aristotele, & Cicerone abundè suppetunt. Et Philosophus sæpe in Inductione & experientia singularia exempla in vtramq; partem meditando considerat. Quæ cùm ita se habeant; est quidem illa distinctio aliqua, quod plerunq; in foro & curia ex proposito specialis Quæstio, in Philosophia generalis, & illic quidem copiosius, hic prælsiùs ferè disputetur: sed illa & indigna artibus, & differentium actionis pötius, seu vsus & modi differendi, quàm artium distinctio est. Nam vtrobiq; & Logica facultate differendum, & Grammaticæ Rhetoricæq; artificio loquendum & dicendum est; sed facultates illæ ad qualecunq; propositum æquè paratæ, nunc ad has, nunc ad illas quæstiones, & quidem vel copiosè vel mediocriter pro auctoris arbitratu adhiberi possunt. Nemo neim alterutrum

trum præstare, hoc est, aut Caussam politicam commodè agere, aut quæstionem philosophicam tractare possit, nisi & trium generalium artium, & rerum scientia præditus sit. Atq; hoc illud est, quod secundo loco dixi, Oratorem à Philosopho sua quadam arte distingui non posse. Tam enim Rhetorica quàm Dialectica Philosophiæ pars est, & quæcunq; quæstiones tractantur, eæ ex philosophiæ fontibus deductæ sunt. Itaq; & bonus Philosophus eloquentia, & verus Orator sapientia præditus esse debet. Alioquin nec ille bonus philosophus, sed aridus & inutilis speculator; nec hic verus Orator, sed loquax & odiosus rabula habendus esset. Neq; tamen hic eloquentiam naturali cum pompa & splendore pronunciandi & caussas agendi, facultate (quæ multis data non est) sed benè dicendi, hoc est ornatum orationis tum retexendi, & conficiendi, tum, quantum aliquis arte & exercitatione per naturam consequi potuit, cum dignitate pronuntiandi scientiâ definio. Ita enim in Scholis artiū institutione docti, hoc est, sapientes & eloquentes homines efficiuntur: ac verus artium vsus semper est cōiunctus. Atq; ita Sapientia cum eloquentia Patriarcharum ac principum philosophorum & oratorū temporibus semper coniuncta fuit. Quare non modo P. Rami suasiones in Orationibus, De Philosophia & eloquentia coniungenda, Pro Philosophica Parisiensis Academiæ disciplina, De sua professione: itemq; Proœmium reformandæ Academiæ, Ciceronianus, & tota denique tum ingenuarum Artium legitima conformatio, tum exercitationis per Analysin & genesin

Ad defi. Dialect.

Quis verus philosophus & orator.

Sapientia cum eloquentia cōiuncta.

vtiliter susciendæ Commentatio & institutio: sed et Philippi Melant. Ioan. Sturmij, & aliorum præstantissimorum virorum, etiamsi confusa vspiam artium tractatione Scholarum consuetudini obsequentium, omnia tamen studia & commentationes ad veram sapientiam cum eloquentia coniungendam pertinet. Huc similiter omnium benè institutarum Scholarum conatus tendit, vt discipuli eruditi, sapientes & eloquentes euadant. Itaque cum artium explicatione per omnes classes pro discipulorum captu non modo diligens insignium auctorum Analysis, sed nouorum etiam exemplorum præsertim ad Imitationem institutа Geneſis coniungitur. Quas laudes præcipuè in inferioribus studijs Scholæ Triuiales seu Particulares, quas vocant sibi singulari studio vendicant, dum discipulos per ætatis & eruditionis gradus certis classibus distinctos, summa diligentia, omni eiusmodi meditationis genere erudiunt. Et præcipuè hoc Tremonianum Archigymnasium his philosophiæ cum eloquentia coniunctæ laudibus à iactis suis fundamentis antecelluisse, gratissima plurimi eiusdem alumni memoria commemorant. Nam cum vir clarissimus D. Ioannes Lambachius I.C. Doctor, & egregius Philosophus, in hac celeberrima Imperiali Ciuitate, sua patria, sapientissimo Amplis. Senatus decreto, illud præter quatuor antiquas totidem Parochiarum Scholas, (quibus etiam tanquam illius seminarijs sui in hodiernum diem surculi relinquuntur) ad celeberrimæ Scholæ Argentinensis formam

Scholæ triuiales.

Tremonia na Schola.

(quam

(quam tum ante paucos annos à clariss. Sturmio erectam, ipse Louanio, Lutetia Parisiorum & Aurelia tandem in patriam reuertens, ac Argentinæ per aliquot menses moratus, ibidemq; à Sturmio etiam ad professionem susciipiendam inuitatus, diligenter spectauerat) anno à Christo nato 1543. septem classibus prudentiss mè constituisset, ac die Lunæ à festo S. Bartholomæi primum promulgatis diuino auspicio legibus aperuisset: semper ille ipse iam tricesimum & septimum annum idem illud Gymnasium (ex quo interea tanquam ex equo Troiano milites, innumeri docti viri exierunt) diuina ope feliciter gubernans, operam dedit, vt optima iuuentutis erudiendæ ratio teneretur; ac παρασκάτας sibi & Collegas Philosophiæ & eloquentiæ laude ornatos adiunxit, quò pari ope per oēs classes veræ Socraticæq; institutionis fructus propagaretur. Itaq; vt nō modo vna Analysi, tum liberales philosophiæ artes, ac Medicinæ, Iurisprudentiæ & sanctæ Theologiæ principia, tum eorum exempla ac fructus in Poëtis, Oratoribus, aliisq; insignibus auctoribus perspicuè retexerentur; sed vsus quoque & exercitatio in sermone, scriptione, disputatione, declamatione, omniq; vtili meditatione susciperetur: Primùm cum Aristotelis, Ciceronis & Quintiliani fontibus, renouata Rodolphi Agricolæ, Philippus Mel. & Ioan. Sturmij doctrina, deinde & P. Rami, (quem in suæ professionis exordio ipse Gymnasiarchus audiuerat) accuratiùs etiam conformata institutio introducta est. Et quidem D. Gymnasiarcha matutinis horis Philosophiam & Iurisprudētiā,

Ad Defi. Dialect.

Institutio Scholæ Tremoniænæ.

Prorectores autem pomeridianis eloquẽtiam in publico Auditorio, distinctis ita ab initio professionis partibus profitentur. Profestis autem diebus & festis sacrâ lectiones ijsdem non professionis genere, sed libris ac horis distinctæ sunt. In cæteris verò classibus similiter philosophiæ studijs eloquẽtiæ studia ita coniungũtur, vt artium præcepta disiunctè, vsus autem earundem coniunctè tradatur; alijsq; horis artes ipsæ, alijs Oratores, Poëta, cæteriq; boni auctores explicentur: ac nõ modo varia optimorum auctorum analysis, sed Genesis etiam, præsertim imitatione, in omni genere exercitationis diligenter adhibeatur. Nam cùm Socratica institutio in Scholis ita obsoleuisset, vt non modo essent alij philosophiæ doctores, alij Rhetoricæ, sed auditores quoq; separati, vt qui Philosophum audiret, eloquentiæ studium non modò nullum coniungeret, sed planè putaret alienum & contrarium; nec Philosophiæ vllus in Poëtis & Oratoribus vsus versari crederetur, sed totus in Scholastica de artium præceptis altercatione concluſus iudicaretur; cumq; fœda barbaries ita omnia occupasset, vt non modo barbari Grammatici, Rhetores & Dialectici in Scholis barbare exponerentur, sed nullus etiam vsus scribendi, disputandi, declamandi, & iuuentutem vtiliter exercendi adhiberetur: Ioannes Lambachius ita Tremonianam Scholam Sturmianæ similem effecit, vt insignes Socraticæ veræq; Institutionis rationes, eiusque amabiles fructus (quos Ioannes Sturmius primùm ex Agricolæ Schola Lutetiam Pharisiorum attulerat, ac deinde magis excultos in suam Argentinenſem

Sturmiana schola.

uensem Scholam induxerat) à Sturmio ipso, Latomo, Ramo, & alijs præstantibus Doctoribus perceptos & collectos in eam studiosè diligenterq; comportaret. His igitur illa ornata ita statim effloruit, vt gratissimi eius etiam fructus non modo per vniuersam nostrã VVestualiam, sed per omnes ferè Christiani orbis nationes longe lateq; disseminati sint. Atq; vt Lambachiana Schola insignem Sturmianam, sic porrò vtrãque aliæ per nostram VVestualiam ijsdem laudibus præstantes Scholæ secutæ sunt. Sed vt eò, vnde digressus sum redeam, huc Scholarum benè constitutarum omnia studia & labores pertinent, vt iuuentus sapientia pariter & eloquentia imbuatur, vt ijdem sint & rectè viuendi & benè dicendi magistri; ijdemq; & in Scholis iuuentutem, pro concione autem populum docere, & in foro Caussas agere possint. Attamen, quia vnus nec per naturam omnibus satisfacere potest, nec propter functionum discrimina quilibet debet in quaslibet res se inferre & intrudere: perceptis vtcunq; tum artibus generalibus & linguis, tum cæterarum etiam disciplinarum rudimentis ac capitibus præcipuis, hominum deinceps studia maioribus rerum disciplinis & certis in Repub. functionibus discriminantur.

De Subiecto Dial.

Fructus cũiunctæ cũ philosophia eloquentiæ.

Talis Patriarcharum, & laudabilis antiquitatis institutio, ac studiorum distinctio fuit, vt Oratores à Philosophis non eloquentiæ arte (qua omnes pariter præditi erant) sed dispari eruditione, & diuersi muneris functione differrent. Sic Plato quasi quidam Deus Philosophorum à Cicerone prædicatur, & princeps

De Natura Deorum.

ç ps ingenij ac doctrinæ ad Quinct. Fr. nominatur: at de eodem ait idem Cicero de Cla. Orat. Quis vberior in dicendo Platone ? Iouem sic, aiunt Philosophi, si græcè loquatur, loqui. Itemque de Orato. Longe omnium, ait, quicunq; scripserunt aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate princeps Plato. Nec sine caussa Aristotelis summi post Platonem Philosophi aureum Orationis flumen ab eodem Cicerone celebratur: qui idem matutino tempore Philosophiam, pomeridiano verò eloquentiam docuit & vtramq; coniunctim omni meditationis & exercitationis genere tractauit. Et quis denique Ciceronem ipsum vel sapientia vel eloquetia superauit: aut vbi ille est, quàm in Philosophia ipsa eloquentior ? Esto, ad motus animorum sint pleraque in politicis Orationibus vehementiora: at verò hanc Orationis aliquam dißimilitudinem, non Rhetorica, quasi peculiaris disserendi magistra, præstat, sed eam ipse Orationis auctor prorerum subiectarum natura suo consilio, ex tribus generalibus artibus pariter efficit; dum orationem facit & magis argumentosam, & ornatu abundantiorem. Nam in quocunq; disputationis & Orationis genere verseris, semper generalium artium vsus coniungitur; sed in alio parciùs, in alio verò vberius tam argumenta, quàm ornamenta adhibentur. Neque in Philosophia tantum, sed in politicis etiam causßis res philosophicæ & Iuridicæ differuntur: imo quæcunque in vita humana tractantur, ea è philosophiæ siue diuinæ, siue humanæ fontibus hauriuntur. Quæ cùm ita sint, quòd sola Logica omnes sibi de quibuscunq; rebus

Prop. sentẽtia ad concludẽd um adhibita.

bus & quocunq; modo differendi rationes vendicet; Rhetoricæ autem solus ornatus relinquatur: satis apparet, tũ inscitè & impropriè Rhetoricæ certa Quæstionum genera, de quibus copiosè differat, attribui, tum incommodè & ineleganter generali Rhetoricæ nomine, specialem ac forensem caussarum actionem Scholis obtrudi. De Subiecto Dial.

Oppug.

PAED. Verumenim verò temerarium mihi videtur, ea, quæ aliquam ad puerilia studia commoditatem adferunt, aspernari & reijcere. Sed Speciales illas ad Caussarum genera, Inuentionis & dispositionis Accommodationes, plurimùm ad exercitationem momenti habere, magni viri maturo iudicio testantur. Vnde ego censeo, non esse illas Rhetorum præceptiones temerè repudiandas. Propoſi. Assumpt. Complex.

DISC. Et vide ne crimen tu nobis temerè imponas: qui Rhetorum præceptiones nullo modo repudiamus, sed eas artificio logico dijudicamus, aliena quæque ad suas sedes remittentes. Respondeo tamen ad tuam Propositionem, Non statim in arte esse ponendum, quod aliquando vtilitatis aliquid & commoditatis habeat. Artium præcepta erunt κατὰ παντὸς, omninò, semper, necessaria, vera, vtilia, & omnibus vbiq; accommodata. Rhetorum autem illæ Inuentiunculæ, ac Dispositionis fragmenta, illis tantum caussis tribuuntur, quibus tamen nec sola, nec semper conueniunt & satisfaciũt: ideoq; nõ sunt vera ac generalia artis præcepta. Habent quidem aliquid cõmoditatis, dum monstrant nominatim præcipua laudationis, suasionis, & iudicij argumenta, eoq; Methodi, quas Propugn. Propoſi. Assumpt. Compl.

quas vocant Orationis, partes applicans: sed illud totum ex generalibus præceptis institutio magistrorum per exercitationem & imitationem multò facilius & perfectius præstiterit. Imò, quod venia & pace magnorum hominum dixero, Rhetorum illæ applicationes ita plerunq; iuuentutem implicant, vt se ex varietate & confusione explicare nequeat, existimetq; mirabilem quandam artem & à Logica omninò alienam, illis contineri. Attamen quas vtilitates habent, eas accipimus, & vsurpamus: sicubi inuolutæ sunt, generalium artium lumen & discrimen adhibemus. Neq; enim è manibus discipulorum illa Rhetorica excutienda, aut è Scholis exterminanda, sed cũ generalibus artibus suo loco & ordine ea coniungenda existimamus. Sed quoniam non omnes ad forenses caussas instituuntur, præstat in Scholis primùm generales & distinctas artes docere, vt pariter omnes Rationis & Orationis virtutes percipiantur; deinde eiusmodi forenses, vt etiam ecclesiasticas commentationes, tanquam riuulos fontibus illis paulatim adiũgere, vt expertorum etiam hominum consilia, ab ijs præsertim, qui ad Ecclesiam & forum aspirant, maioris experientiæ gratia, cognoscantur. Ecclesiasticæ autem de formandis concionibus cõmentationes maiore diligentia euoluendæ sunt, quod non modo speciales ex generalibus artibus applicationes, sed necessarias etiam de rebus sacris institutiões complectantur. Alioquin generales artes rerum studijs diligenter adhibitæ, & assidua exercitatione exultæ, ad veram eruditionis laudem sufficiunt.

PAED.

PAED. Deinceps aliud argumentum à summis disciplinis aduersus generale & commune Logicæ subiectum opponi à quibusdam solet. Nam si nec Medici, nec Iurisperiti, nec Theologi arte Logica, aut certè nō tota, nec semper ea vtuntur: non fuerit illa ars omni proposito communis. Nunc autem pariter illi omnes certissimis suarum disciplinarum decretis, tanquam oraculis, vtuntur: cùm à Legum auctoritate per magistratum recedere non liceat; Theologiæ autem documenta meritò & iure optimo, vt sanctissima Dei Oracula, omni auctoritate & exceptione maiora habeantur. Medici verò etiam vix ab Hippocratis, Galeni, & aliorum decretis recedunt, aut rarò alio, quā experientiæ argumento differunt. Quare cùm ad omne propositum suæ tantum artis decreta accommodent, in quibus tantùm Inartificialis argumenti vis ineſſe videtur: sunt qui putant eos naturæ beneficio cōtentos Logicæ artificio ad vnum illud ab arte remotū argumentum, non indigere.

De Subiecta Dial. Oppug. A Medicina, Iurisp. & Theol. Prop. Assumpt. Complex.

DISC. Logicæ tua aduersus diuinum Logicæ vsum mirabilis, & vere Eubulidea ac Aporetica est: qua eū ab illis artibus remoues, in quibus ad humanæ vitæ vtilitatem florentissimus elucet. Etenim si tum in Medicinæ ac Iurisprudentiæ obseruatione & conformatione, tum in earundem vsu & accommodatione, multò vberius etiā, quàm in alia quauis arte, Logicæ fructus effusi sunt: mirum est, rem clarissimam ita verbis obscurari & extenuari. Itemq; si & sacrorum Bibliorum descriptio, & vniuersa Theologiæ tractatio, explicatio & propagatio diuinis Logicæ facultatibus adornata

Propug. Prop. de Logicæ duplici vsu.

Assump. prior pars de artium obser. & cõformat. Pro. prosyl

adornata & instructa est: Impium sit ijs bonis nostrâ salutis doctrinam velle priuare, quibus Spiritus sanctus eam exornatam esse voluit. Nunc autem insignes illas dotes breuissimè in summis illis artibus demonstremus. Primùm omnes humanitatis artes, singularium exemplorum sensu, obseruatione, inductione, & experientia colliguntur, documentis inde axiomatico Iudicio enunciatis, & syllogistico conclusis. Deinde in artis conformatione ac descriptione documenta illa principijs & legibus suis iudicata, Methodi lege in ordinem rediguntur. At in illa artium obseruatione & conformatione omnes Inuentionis & Iudicij fructus concurrunt. Exempla singularia, vnde generalia documenta colliguntur, horum species sunt; & illorum Inductio, Distributionis vsum continet. Sed & exempla inter se collata, vel similia, vel dissimilia, aut paria etiam & impar ia sunt: atque in ijs etiam dissensio sæpe spectatur, & vocum notatio adhibetur. Materia autem ipsa, quam ab exemplis collectam præcepta enunciant, est in consentaneis argumentis, sed præcipuè ita, vt prima in suis ortis comprehendantur; vnde Definitiones & Distributiones in artibus primas tenent, quibus proprietatum, id est, aliorum argumentorum regulæ, addun tur. Atq; illa tum definitionum & distributionum, tum proprietatum aliarum documenta, cùm sint Axiomata suo ferè iudicio manifesta, aut vsp iam Syllogistico demõstrata, & in arte methodicè dispositа: satis apparet, in artium obseruatione & conformatione omnes Logi-

gica

gicæ particulas concurrere; quæ similiter in earundē Analysi retexendæ sunt. Nunc quis neget, Medicinam & Iurisprudentiam exemplorum Inductione obseruatas & collectas esse? Neque enim illæ duæ sunt cælestia diuinitùs patefacta oracula, nisi quatenus leges quædam è sacris Bibliis fortè desumptæ sunt. Artificiosa autem vtriusque conformatio ac Methodus, & si non omnino accurata est, tamen suas qualescunq; Definitiones, Diuisiones, proprietatum explicationes, & exemplorum illustrationes habet, in quibus si legitimè iudicatæ & ordinatæ sint, vera artium demonstratio consistit. Theologia autem non quidem humana Inductione obseruata, sed diuina auctoritate, ipsius Spiritus sancti instinctu patefacta est: Attamen ea nihilominus omne genus Argumenti, Enūciationis & Syllogismi complexa, Methodice descripta est, quomadmodum sigillatim à præceptoribus meis commonstrari. Atq; hoc sæpe etiam mihi repetendum esse video, nos de Socratica, Ramea, ac verè generali Dialectica loqui, qua omnis sententiæ partes singula argumenta sunt, omnesq; sententiæ Axiomata, quæ vel suo iudicio ad aliquid explicandū adhibētur, vel Syllogistico iudicio approbantur, cuius & ipsæ ita partes fiūt; ac denique Methodica dispositione ordinātur. Sic prima Geneseos sentētia, (Principio Deus creauit cælū & terram) duobus argumentis, Caussa & Effecto cōstat, estq; Axioma copulatum, affirmatū, & diuina auctoritate necessariū. Similiterq; tota illa sacra Historia gradatim retexenda est; cuius explicatio ferè perpetuis Axiomatis constat, sed si vspiam

De Subiecta Dial. Assump. Prosyll. de obser. & cō for. Medic. & Iurisp.

De Theol. descript.

piam incidat Syllogismus, is suis etiam legibus agnoscitur. Totius autem Historiæ Dispositio est Methodi legi conuenientissima, dum tempore priora, quæ ita sunt generaliora, præcedunt, posteriora sequuntur, vt in historijs fieri solet. Si vspiam, antequam ad Consequentia fiat progressus, præcedentia quædam repetãtur: nota sunt etiam in profanis Methodi quasi diuerticula, Commorationes & Digressiones; quæ Vatibus & Apostolis familiares sunt, dum quibusdam repetitis & inculcatis sequentia commodè annectunt. Similis Inuentionis & Iudicij ratio est & in alijs Bibliorum Historicis libris, & quidem in Euangelicis historijs propter Christi cum Discipulis & cum alijs hominibus Dialogismos, passim plurimi tum ipsius docentis, aut exhortantis, tum inter se disceptantium Syllogismi intexuntur. In alijs verò quibusdam libris, vt in Epistolis apostolicis ferè perpetua est Dianoëtica, hoc est Syllogistica disputatio, methodicè; vt in Epistolis & Orationibus Ciceronis, disposita. Quæ cùm ita sint, illud quod primum proposui, satis manifestũ est, videlicet Logicæ vsum vberrimè, tum in Medicinæ & Iurisprudentiæ obseruatione, tum in earundẽ, vt in sacræ etiam Theologiæ, conformatione & descriptione adhibitum esse. Alterum erat, vt in vsu illarum disciplinarum, & ad publica negotia accommodatione, incredibilis Logicæ vtilitas ostenderetur. Hio primùm cùm in Scholis explicantur, earum Magistri illas rationes & facultates, quibus obseruatæ & conformatæ sunt, retexendo ostendent; atq; ita nõ modo singula Methodi Axiomata, tum ex argumentis,

Prophetæ. Apostoli.

Compl.

Altera Assumpt. pars de artium ad vsum accõmodatione.

tis, quæ enunciant, tum è sua dispositione distinguent, declarando, an sint Definitiones, Diuisiones, proprietatum explicationes, vel exemplorum illustrationes, & quo Axiomatis genere illæ enunciatæ, quo aliquando Syllogismo conclusæ, ac denique quo Methodi gradu collocatæ, verum etiam plurium exemplorū è quibus Axiomata nata sunt, Inductione adhibita tum veritatem profanarum artium, tum vtilitatem omniū demonstrabunt. Neque Magistri hæc docendo tantū ipsi præstabunt, sed iuuentutem eadem exercendo in partibus efficere iubebunt. Hæc prima accommodatio est, qua artes antea suis principijs conformatæ, explicantur & iuuentuti inculcantur. Proxima est, qua ad vsum in Repub. vtilem transferuntur, cuius etiam in Scholis assidua præcedent progymnasmata disputando, scribendo, declamando, & quocunque modo vtiliter exercendo; quibus ita, vt iam dixi, & profanarum artium veritas, & vtilitas demonstratur. Atque huc omnes tam Magistrorum seu Doctorum ad artes explicandas exercendasque labores & Commentationes, quàm discipulorum exercitationes pertinent: quæ pariter omnes vniuersæ Dialecticæ vsu indigent, eiusque artificio perficiuntur. Publicus autem deinde earundem vsus & praxis quomodo vlla Logicæ particula carere potest? Hic, ais tu, quemadmodum in discendo illarum artium decreta discipuli tanquam illustres sententias atque suorum Doctorum testimonia percipiunt, ita eadē in vsu adhibent, vt sic nulla admodum Logica, aut salt minima eius in argumento artificiali particula vtantur. At ego

De subiecto dialect. Analysis document.

Analysis tractatio- que exemplorum.

Obiectio.

inquam multò vberiorem tam in artibus illis conformandis & addiscendis, vt iam ostendi, quàm in ijsdē,

Responso. *quod negare nemo potest, vsurpandis, Logicæ vsum versari. Partem enim tu vnam arripis, reliquas, & ita totum ipsum, relinquis. Verum quidem illud est, quòd dicis artium illarum documenta, vt suorum auctorum testimonia addisci, & ad vsum adhiberi; quod similiter in omnium artium documentis accidit, dum primùm tanquam certæ normæ addiscuntur, deinde eadem illa, eorumúe consectaria fructusq; in praxi tum syllogismorum propositiones, Loci communes ac fundamenta disputationis, tum in generalibus etiam Syllogismis Assumptiones fiunt: attamen ita non Inartificialis tantum argumenti vis, sed longè vberior vniuersæ Logicæ fructus, non modo, vt suprà declarauí, in docendo discendóq;, sed in tali etiam praxi & accommodatione adhibetur. Nam inter docendum documentorum profanæ artis veritas & vtilitas argumentis, eorumq; iudicio, hoc est exemplorum experientia demonstranda est: in vsurpando autem omnium Dialecticæ particularum, imò Grammaticæ etiam & Rhetoricæ vsus coniungitur. Nã & Res, seu, Quæstio proposita multis solet argumentis disputari, & ipsæ Artium regulæ seu earum Consectaria dū Syllogismorum fiunt Propositiones, alijs etiam prosyllogisticis aliquando argumentis solent declarari vel exornari: Assumptiones autem quia plerunque continent, vt Rhetores aiunt, κρινόμενον, hoc est, dubij sunt iudicij, alijs etiam argumentis approbantur, complexionesqúe vt reliquæ partes, similiter pro-*

syllo-

Syllogismis exornantur & augentur. Atque hæc ommatam in priuatis colloquijs, quàm in perpetuis Orationibus ita solent coniungi: quæ sunt, accedente, in perpetua oratione, Methodo, vniuersæ Inuentionis ac Dispositionis facultates. Sic igitur Medicus de morbo aliquo deliberat, vel integram etiam disputationem instituit, adhibito fundamento suæ artis aliquo Theoremate, atque ex eo assumit argumentum ad propositum morbum arguendum, indeq; Quæstionem concludit, ac partes Syllogismi, si ita res postulet, prosyllogismis, nempe Propositionem è suæ arte, vel ab experientia, Assumptionem verò è morbi natura sumptis exponit. Similiter Iureconsultus suas Quæstiones, quas Casus vocat, meditatur: atque ita in Actionum formulis & libellis si controuersia disputetur, fundamenta Iuris, suis Legibus explicantur; quæ ita sunt Propositiones Syllogismorum: deinde ex ijsdem ad propositum negotium assumitur, Assumptioque rationibus negotio insitis, vel testibus ac tabulis demonstratur: indeque casus concluditur, postulando ac petendo à iudice & Magistratu, vt ex illa disputatione sententia feratur. Theologus denique simili ratione & progressu suas Quæstiones disputat: & quanquam nihil habeat ratum, quod non è sacrarum Litterarum fontibus probetur; tamen ex earum apertis fundamentis necessarias de rebus alicui dubijs aut non cõcessis consequentias ad veritatẽ confirmandam, & hæresin erroremq; confutandum colligit. Atq; pariter illi omnes, cùm longiore Oratione res illas tractant, Methodicũ ordinẽ adhibẽt, atq;

De subiecto Dial.

Exempla accõmodationis.

Eloquentiam cum sapientia, vt boni Philosophi & Oratores consueuerunt, diligenter coniungunt. Quomodo igitur tu vsum Logicæ per omnia tum Argumentorum, tum Axiomatum, Syllogismorumque genera ac ipsius aureæ Methodi partes in summis illis disciplinis earumque praxi luculentissimum, vel omnino nullum esse dices, vel saltem angustissimis argumenti Inartificialis terminis coërcebis?

Comp.

Oppug. De Theol.

PAED. Ego vero, vt de reliquis concedam, cum maximum in Iure præcipue conformando & tractando dialecticæ vsum esse clariss. viri testentur, de Theologia cur aliter sententiã, multis argumẽtis moueor.

prop.

Primum enim cum ipsa Theologia sit à Spiritu sancto profecta, & hominibus tanquam Instrumentis inspirata, & quasi dictata: ipsa non videtur humana Logica, humanæ rationi conuenienter esse conformata. Nam ideo nulla prophetica scriptura dicitur esse priuatæ interpretationis, quod non sit hominis voluntate edita olim prophetia, sed sancti Spiritus instinctu locuti sint homines diuini. Itaque consequens est & consentaneum, Theologiam, quæ est θεοπνευστὸς, non esse humanæ Logicæ conuenienter eiusdem artificio conformatam.

Assumpt. 2. petr. 1.

Complex.

Propug. & Complex.

DISC. Per mihi mirum videtur, te & Spiritum sanctum, Rationis auctorem, diuinumq; lumen, & præstantes ab eodem agitatos atque collustratos homines, diuinis Rationis muneribus ac fructibus velle priuare. Theologia quidem θεοπνευστὸς ac diuinæ inspirationis & interpretationis est: sed an ideo Rationi, quæ ad Dei imaginem homini diuinitus insita est, con-

Propositi. consecut. negatur & inuertitur.

conuenienter non sit conformata? imo vero ego, quia ab ipso Rationis archetypo & auctore sit inspirata, & conformata, ideo existimo eã maxime Rationi, eiusq; expressæ imagini, scilicet Logicæ, conuenienter, eiusdẽ facultate & artificio institutam & descriptam esse. Nec enim videtur Spiritus sanctus vel alia Ratione, quàm ea, qua homo primum fuit ornatus, vti, aut in ratione vtendo, alia via progredi sacramque scripturam proponere voluisse. Nunc autem homini lapso non noua aliaue ratio infusa est, sed prioris Rationis igniculi & scintillæ relictæ sunt, quæ ita tamen languidæ, infirmæ, obfuscatæ, & pœne excæcatæ exstinctæq; sunt, vt à prima hominis infantia, multis annis, & assidua tum per singularia exempla, tum per generalia inde collecta præcepta institutione externorum sensuum ministerio excitatæ vix in rebus humanis incipiant lucere, & aliquos, sed valde debiles, præstantium anteque collustratorum hominum imitatione, radios, integræ Rationis fructibus saltem ordine ac specie conformationis aliquatenus similes edere queant. Integræ igitur rationis in homine lapso & puero tantum minimæ scintillæ reliquæ factæ sunt; eæ paulatim excitatæ in adulto homine & exercitato obscurã quandam, in regenito autem & à Spiritu Dei concitato illustriorem quodammodo, non tamen in hac carne perfectam, illius imaginem repræsentant. Artificiosa vero Logica sic excitatæ & exercitatæ, Rationis humanæ imago est: vt tamen non ex vnius hominis ingenio varijsque iudicijs, sed ex omnium præstantiũ hominum, imo ipsius etiam spiritus sancti in differẽdo

De subiecto diale. Assumpt. De Rationis vi & cõgruentia.

Logica Rationis imago.

exemplis, rationis videlicet in Deo perfectissimæ, in homine autem ita, vt antè dictum, infirmæ sed exuscitatæ fructibus sensu & experientia collecta & expressa sit. Quod cum ita se habeat, non ideo existimabimus sacras litteras Logicè nõ esse cõformatas, quòd à Spiritu sancto inspiratæ sint, sed contrà, vberiorem propterea diuinæ artis, indeq; etiam expressæ, vsum in ijs, diuini Spiritus ope, obseruabimus.

Propos. sententia.

Oppug. PAED. *Sed illud certè mihi non modo multò magis mirum, sed absurdum etiam & pœnè impium videtur, quòd asseris sacram Theologiam humanæ Logicæ congruenter esse conformatam; cùm tamen & D. Petrus addat Prophetiam non hominis voluntate editam esse, & Theologi confirment eius rationes cũ humana sapientia pugnare. Et nota certè sunt ac manifesta illa eiusdem Axiomata, Animalem hominem, ea quæ Spiritus sunt, non capere, sed ea spiritualiter dijudicari; nec Mundum Spiritum Dei capere. Deinde etiam Carnis sensus est inimicitia aduersus Deum; vt ideo tam propter cæcitatem, quàm propter contumacem & hostilem animum, homo electus, diuinitus sit docendus, interpretatioq;, non humana seu humanæ Logicæ, sed diuina, sacris litteris adhibenda. Atque hinc est illa Doctorum hominum admonitio sapienter ita concluſa;*

1. Cor. 2.

Ioan. 1. Rom. 1.

Esa. 45. Ioan. 6.

Humana sapientia non confundenda aut commiscẽda est cum diuina.

At Dialectica est humana sapientia.

Ergo Dialectica non est cum diuina in sacris litteris expressa sapientia confundenda. Et certè sunt

pror-

prorsus distincta doctrinarum genera Theologia & Philosophia, cuius Logica pars est, vt ea sint suis similibus accuratè discernenda, ne ex eorũ confusione grauissimi nascantur errores. De subiecto diale.

DISC. Qui rectè attendit, & benè omnia distinguit, is mirari desinet, & me nihil absurdum dicere facilè intelliget. Augustissima sunt illa sacræ scripturæ testimonia, quæ, oracula diuina non hominis voluntate, sed Spiritus sancti instinctu edita, ideoq; spiritualiter etiam dijudicanda esse declarant. Homo enim non modo propter cæcitatem ea quæ spiritus sunt non intelligit; sed eadem etiam infesto animo repudiat. Attamen inde tu minus benè colligis, propterea sacram Theologiam ab humana Logica abhorrere, & si hæc ad eam adhibeatur, distinctas disciplinas confundi, & humanam sapientiam rebus diuinis immisceri. At ego hoc consequens & consentaneum esse nego, constanterq; contra affirmo: Cum à Spiritu sancto profectæ & patefactæ sint res diuinæ, ideoque spiritualiter etiam sint dijudicandæ; Propterea certissimum Logicæ vsum in ipsarum tum descriptione tum interpretatione versari; nec ideo humanam sapientiam cum diuina confundi. Quod vt rectè intelligatur, primum mihi rerum ipsarum dissimilitudines ab Instrumentis seu generalibus artibus quarum artificiũ illis pariter cõmune est, deinde naturalis illorum Instrumentorũ, hoc est, Rationis & Orationis vis ac facultas, certa via progrediens, à naturali hominis cæcitate, ac peruersa volũtate, prauo affectu sensuq;, ac ab vniuersa vitiositate distinguenda; atq; ita diuersæ Propug. Logicæ à Spiritu sancto sacras litteras exposítas esse. Compl. præcedit. Assum. prosyll. p Distinctiones. 1.

excæcatæ Rationis prauæque voluntatis erga dissimiles res illas vis & propensio ostendenda esse videtur, vnde sic & verum diuinæ atq; humanæ sapientiæ discrimen, & Caussæ intelligantur cur homines ita dissimiliter in res diuinas ac humanas animati sint, vt quasdam facilius & libentius, quasdam vero difficilius & inuitius, diuinas vero per se etiam non apprehendant & sequantur. Nosti igitur primum res alias esse diuinas, alias humanas, quæ rursus in multiplici discrimine versantur. Diuinæ, tum maiestatis diuinæ, tum nostræ salutis ratione tantum ab humanis, quantum Deus ab homine, distant. Dei essentia est augustissima, immensa, infinita, &c. Is vnus in essentia, & trinus in personis est, atque mundum hunc vastissimū & pulcherrimum solus & quidem ex nihilo creauit, &c. Hæc & eiusmodi alia augustissima & diuinæ maiestatis propria sunt. Et porrò salutis nostræ restituendæ gratia, secunda sanctissimæ Triadis persona æterni Dei patris filius, ante secula ab æterno à patre genitus, certo tempore de spiritu sancto conceptus, homo ex Maria virgine natus est, & tamen mansit, quod ab æterno fuit, nempe verus Deus, vt vnitis duabus in vna persona naturis, & pro homine patiendo, & peccatum, mortem, Diabolum expiando, abolendo, superando verus Messias, redemptor ac mediator esse posset, &c. Hæc & plurima alia ad salutem nostram attinentia similiter augustissima, & prorsus arcana mysteria sunt. Atque diuina illa omnia miraculosa, incomprehensa, ac longissime supra sensum captumque humanum posita, nisi

Consequēs distinctionū duplex.

1. Distinctio. cōparatio primæ partis. Protasis de rebus diuinis.

verbo

verbo Dei essent patefacta, ab homine nullo modo cognosci & explicari possent; imo eadem iam patefacta, non, nisi à regenitis intelliguntur seu potius creditur. At omnia in rebus humanis longe dissimilima sunt. Homo & res humanæ finitæ sunt, certoq; naturæ cursu & modo oriuntur, vigent, tractantur & intereunt. Harum tamen aliæ occultiores sunt, aliæ apertiores; sed omnes eiusmodi vt sensu, obseruatione, inductione & experientia paulatim ab homine cognosci possint, quia earum Caussæ, effecta, cæteraq; argumenta, & exempla, quibus demonstrantur, fere aperta sunt, atque sub humanum sensum ingeniumq; veniunt. De diuinis illis sacra Theologia sacris Bibliis cõprehensa docet: de humanis humanæ artes conformatæ suisq; finibus distinctæ sunt. Attamen in sacris Bibliis non augusta illa tantùm, arcana, & incõprehensibilia mysteria, sed naturalia etiam pleraq; & humana, tum ad illa illustranda, tum ad humanæ vitæ vsum describuntur. Atq; hæc de rerum ipsarum dissimilitudine; nunc de Instrumentorum seu generalium artium cum illis coniunctione. Instrumenta igitur res illas recte & ordine explicandi, & distinguẽdi, sunt generales Artes, Dialectica, Grammatica, & Rhetorica, quibus vniuersæ & generales hominis dotes, Ratio & Oratio ei quidẽ à Deo attributæ, sed ipsius turpissima culpa, miserrima cæcitate ac vitiositate inumbratæ, obfuscatæ ac pœnè exstinctæ, nonnihil instaurantur, & expoliuntur. Itaq; vt Ratione & Oratione pariter Adamus & Eua creati fuerunt; ita earundem minimæ facultates & scimillæ reliquæ,

Antapodosis de rebus humanis.

Altera primæ distinctiõis pars.

Artes generales.

sed parum aut nihil, nisi diu multumque exercitatione, aut singulari afflatu excitatæ lucentes, omnibus hominibus naturales sunt. Et quoniam non nisi excitatæ, multumq; exercitatæ, aut singulari etiam afflatu diuino adiutæ illæ facultates, primi sui muneris vel infirmas saltem vmbras efficiunt: ideo necesse fuit Artes illas, non ex vnius aut paucorum hominũ ingenijs ac iudicijs, seu imaginationibus, sed ex vsu (qui non modo in omnium expertorum & benè exercitatorum, imò etiam quorundam diuino afflatu illustratorum hominum scriptis & exemplis ratione & oratione benè conformatis, sed etiam in sacris Biblijs, ab ipso Spiritu sancto, Rationis auctore & Archetypo, optimè omnino rationis ac orationis muneribus expressis, elucet) ex illo tanquam omnium qui vnquam benè ratione, ac oratione vsi fuerunt illustri vsu artes illas necesse fuit describi, vt pariter rebus omnibus, generali sua conformatione tractandis & considerandis essent communes. Quod velim attẽtius mecum consideret, si quis veretur, Vsum esse ipsius artis magistrum, concedere: quod vsus ad doctrinæ normam exigendus potius, quàm doctrina ad vsum penitùs accommodanda videri possit. Certè diuinus Spiritus sancti in sacris Biblijs vsus, itemq; ipsa forma, modoq; non admodum dissimilis Platonis, Demosthenis, Aristotelis, Ciceronis, aliorumq; præstantissimorum hominum in differendo vsus, non ad aliquam ex nostro cerebro excogitatam artem exigendus, sed veræ Logicæ conformationi, vt hæc illum generalibus suis præceptis rectè exprimat, proponen-

Artium Inuentio.

Vsus artiũ Magister.

ponendus esse mihi videtur: atque ita noster in disserendo vsus ad talem artem, eorundem exemplorum imitatione erit exigendus. Et qui negant in Theologia Logicæ vsum versari, illi similiter cogitent, veram Logicam è Bibliis etiam, non ex ethnicis tantùm exemplis, expressam esse. Sed perganus. Naturalis igitur in disserendo ac ratione vtendo facultas & πορεία vna generali Logica: cuius q3 populi benè loquentis sermo, sua Grammatica. Ornatus verò Orationis Rhetorica, vsu scilicet, vnde omnia depromuntur, institutore, magistro, moderatore, & censore, ita describitur & exprimitur, vt eæ artes omnibus rebus communes, pariter omnibus etiam vsus sui præstandi, muneris q3 fungendi facultatem præstent, omnesque res suis ipsarum principijs accommodatè tractent. Et quia in omnibus rebus & verbis simplicia sunt natura priora compositis; illæ etiam artes ita conformatæ sunt, vt prior sit doctrina considerandi simplicia, deinde sequatur componendi artificium & compositæ iudicandi. Sic Etymologia primùm voces simplices exponit; deinde Syntaxis earundem structuram docet. Similiter Inuentio Logica, omnes locos & vias, quibus argumenta simplicia, & singulæ rationes solæ & per se considerantur, persequitur: Iudicium deinde ex simplicibus rationibus facit sententias, hoc est, coniuncta Themata, eaq3 vel per se, vel per aliud iudicat, &c. Hæc naturalis artium illarum πορεία & progressus est: quarū deinceps artificio oēs aliæ artes, vt & illa ipsæ, conformantur; omnesque adeò res sacræ

De subiecto dialect.

Generales artes omnibus communes.

Logica in Biblijs

cra & profanæ ratione & oratione tractantur. Etenim Spiritus sanctus ipse Rationis, omnisq; boni muneris auctor & dator, sacras litteras diuina sua facultate ita expressit, vt & ex simplicibus rebus ac verbis coniunctæ sint sententiæ (nam hæ in illas retexuntur, earumq; affectione considerata distinguuntur) & Syllogismis crebris illæ disputentur, & denique in singulis libris quæq; ordine methodico collocentur. Nam omnium generum tum argumenta, tum Axiomata & Syllgismi in Biblijs rectè, eodemq; quo in profanis auctoribus artificio, distingui possunt, et passim vnica à generalibus ac natura prioribus Methodus etiam adhibetur: quod similiter de verbis & ornamentis intelligendum est. Homines autem naturali facultate vsu excitata; aut arte etiam instructa eadem disserendi, loquendi & ornandi rationes tam in sacris, quam profanis rebus tractandis, sed alij alijs accuratius sequuntur. Hoc enim Analysis ostendit, qua eorum opera similiter in eadem membra retexũtur. Quæ cùm ita sint, Grammatica, Dialectica & Rhetorica generales sermonis, rationis & ornatus artes sunt, & quasi instrumentariæ, diuino beneficio, ex Rationis & Orationis in rebus diuinis & humanis vsu ideo conceptæ & conformatæ, vt vicissim omnibus ijs retexendis & tractandis essent communes. Speciales verò artes sunt, quæ rerum doctrinas, nempe quæq; sibi essentiales ac cognatas suis finibus distinctas, & quidem generalium artificio conformatas continent, vt Theologia res sacras, Philosophia, qua vicissim in plures artes distincta est, res humanas, com-

Logica in sacris & profanis eadem.

De Subiecta Dial.

complectitur. Ergo Spiritus sanctus, & homines eadem artificij forma, sed non æquè benè, nempe verbis eorumq; structura locuti sunt, ornamentis eorumque pronunciatione dixerunt, argumentis denique eorumq; iudicio differuerunt, sed ille res sacras ex sacro earum principio, hi vel sacras ex eodem, vel profanas è suis etiam principijs tractando. Nam omnino hic etiam dissimilia principia, fundamenta, causseq; artium ac disciplinarum spectanda sunt. Sacrosancta Theologiæ, propter augusta, & arcana seu incomprehensa & inexplicabilia eius dogmata, Principium est, Diuina in verbo diuino patefactio; cui similium eiusdem sententiarum collatione intellecta homo cōuersus, Sancti spiritus instinctu credit, fidemq; adiungit. Sic enim fides est ex auditu, scilicet, Verbi diuinitus patefacti. Humanarum autem artium principium est, VSVS, in præstantibus exemplis, quæ sensu, inductione, obseruatione, & experientia gignunt generalia sui generis præcepta: vide 1. & 2. partis Proœmium. Atq; ita in Theologicis rebus nihil ratum habetur nullumq; dogma recipitur, quod expresso Dei verbo aut nominatim nō continetur, aut concludi & probari nequit. In reliquis artibus omnibus, nulla documenta legitima sunt, nisi illis principijs inducta, & veris artiū legibus conformata sint. Quæcunque igitur principijs suis non conueniunt, ea hominum placita, imaginationes, & cōmenta sunt; quæ aut impia sunt, aut nihil vtilitatis habent, aut si quid habent, id artificiosi præcepti nomine minimè dignum est.

Principia artium.

Verbum Dei principiū Theologiæ.

Vsus principium humā, art.

Homina Cōmenta

est. Hactenus de rerum ipsarum dissimilitudine, deque Instrumentis seu generalibus artibus, quæ illis etiamsi inter se dissimilibus, tamen æque communes sunt. Deinceps communis harum artium facultas, à communi hominum cæcitate & vitiositate distinguenda, & dissimilis tum eorum in res dissimiles affectus, tum harum apprehensio explicanda est. Vt loquendi, ita etiam ratione vtendi, facultas omnibus hominibus naturalis est, atque ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, νῦς ἐν τῇ ψυχῇ. vt visus in oculo, sic intelligentia in animo. Sed illa Rationis facultas, ac naturale lumen cũ pœnè totum exstinctum esset, nihil in vllis rebus lucet, aut valet, nisi à minimis scintillis sensuum ministerio diuturna à prima infantia institutione ac obseruatione excitatum, vix tandem in rebus humanis obscuros quosdam, vt antè dictum radios emittat. Hoc igitur lumine naturali, præsertim arte etiam magis accenso, quilibet homo, siue pius sit, siue impius, eandem in considerando seu disserendo, rationeq; vtendo πορείαν, progressum, modum, & viam sequitur, eademque facultate simplicia distinguit, & inde composita facit ac considerat. Itaq; prima facultas hic est, inueniendi, altera disponendi ac iudicandi, vt in arte etiam vtraque illa exprimitur. Inuenire est res voces q; simplices, quæ artificiosè argumenta nominantur, sua affectione cogitare & distinguere: in quibus est materia disserendi. Illud autem sit argumentorum generibus & in ijs affectionum definitionibus, quibus eorum exempla agnoscuntur, si modo res intelligantur. Iudicare est disponere res illas simplices,

Secundæ distinctionis prior pars. Vide Proœm. 1. pa. 16.

Logice facultas communis.

Ordo.

Inuenire.

Iudicare.

vt

De Subiecta Dial.

ri fiant sententiæ, quæ Axiomata in arte nominãtur, atq; illas, si manifestæ sint, sua luce iudicare; sin dubiæ, Syllogismo concludere; ac denique Methodo multas sententias in ordinem redigere. Hæc & naturalis & artificiosa Dialecticæ munera sunt, quæ tali facultate seu artificio & ipsi exequimur, & ab alijs præstita agnoscimus. Inuentio itaque seu inueniendi facultas res simplices qualescunq;, siue sacras siue profanas ita affectionum quasi notis & indicibus cogitat & distinguit, vt nota seu affectione tum Caussæ, caussam seu caussæ exemplum, tum Effecti, Effectum, & ita deinceps agnoscat: quod affectionis discrimen in exemplis enunciatis etiam è sententiæ phrasi intelligitur. Et sic homo impius etiam in rebus sacris generatim intelligit, illud Caussam, vel Effectum dici, cui talis argumenti vis, affectio ac definitio conueniat. Atque si in Biblijs legat, Deus è nihilo mundum creauit, intelligit quidem hic Efficientem procreantem remota materia, cum Effecto procreato enunciari; sed non statim credit ideo, aut assentitur, vt deinceps de Axiomatice iudicio dicetur. Porrò Axiomaticum Iudicium ita Sententias & Enunciationes tam simplices quam Compositas, affirmatas à negatis, veras à falsis distinguit; vt illo artificio talia exempla agnosci queant. Sed in hoc primo Iudicio maxima apprehensionis dissimilitudo & difficultas est. Nam cùm primum illud Logicæ quidem generalibus præceptis instructum, præcipuè tamen è rerum affectione, eiusque apprehensio à sensus humani intelligentia ac propensione pendeat: ita fit, vt prout res nobis cognitæ,

Inuentio & agnitio argumentorum facilior.

In Axiomatico iudicio maxima difficultas.

nitæ, vel nos ad illas affectiſimus, ita etiam illas aut facilius & libentius, aut difficilius & inuitius aut omnino etiam non apprehendamus. Intelligat igitur Ariſtoteles hoc Axiomate (Deus ex nihilo munduni creauit) Efficientem & effectum remotione materiæ enunciari: intelligat etiam eſſe Axioma ſimplex, & affirmatum: ſed verum illud eſſe omnino negabit. Secundum autem, Syllogiſticum videlicet iudicium etiamſi Diſpoſitionis neceſſitate etiam hominem à propoſito auerſum cogere poſſit: tamen, quia in partibus antecedentibus primum, videlicet Axiomaticum cum illo coniungitur, imperitus & contumax aliquis reſiſtit. Poſtremum verò, ſcilicet Methodi ſeu Ordinis iudicium, quia Axiomatis, ſua vel ſyllogiſtica luce manifeſtis conſtat: his quidem intellectis, etiam ipſa omninò perſpicitur; incognitis autē ijs, vmbra eius quædam, non vniuerſum lumen apparet. Hæc igitur inueniendi & iudicandi tam naturalis, quàm artificioſa facultas omnibus hominibus, omnibusq; rebus, omni loco & tempore communis eſt. Sed quia primum iudicium, videlicet, Axiomaticum, tum generali Logicæ artificio inſtruitur, tum è rerum præcipuè affectione & natura pendet, ideoq; eius apprehenſio pariter, tum artis rerumq; enunciatarum intelligentia, tum hominis erga res affectu regitur, & denique quia hæc ex primo iudicio in ſecūdum Syllogiſticū & Methodicū redundāt: hinc tandē, quemadmodū naturalis ratione vtendi facultas, ab haminis cæcitate & vitioſitate, qua illa tota perfuſa eſt, diſtinguenda ſit: & quantulū vel quàm nihil prorſus illa ſiue naturalis ſiue

Syllogiſticum iudicium cogit.

Secundæ Diſt. altera pars.

De subiecto Dial.

ue artificiosa vis ad res diuinas apprehendendas propterea valeat, facilè intelligi potest. Logica enim illa: siue naturâ tantum, siue arte etiam nixa, est facultas & vis innata, sed à minimis igniculis difficulter excitata, ratione vtendi, certaq; via ac ratione inueniendi & iudicandi. Naturalis autem cæcitas, infirmitas, prauitas & vitiositas est, qua & Rationis intelligentiaque primitus à Deo insitum lumen ita obfuscatum pæneq; exstinctum, & voluntas adeoq; totus homo ita deprauatus, imo totus prauitate ipsa perfusus, ac pæne immutatus, pessimusq; Dei virtutisq; osor, ac teterrimum Diaboli mancipium factus est, vt etiamsi plurimum excitato rationis lumine tamen res humanas vix diuturna institutione aliquo modo percipiat, diuinas autem propter augustam & incomprehensam maiestatem, propterq; insitam cæcitatem odiũq; prorsus, nisi diuinitus regenitus & conuersus, non intelligat, imo dissimilitudine etiam rerum humanarũ motus, ijsdem furenter contradicat. Voluntatis autem inde tanta etiam est peruersitas, vt etiam humanas res, alias agrius alias facilius eligat & exequatur: vnde illud Medeæ,

—Video meliora, proboq;:
Deteriora sequor:

diuinas autem omnino per se repudiet & aspernetur. Etiamsi igitur homo naturali Rationis lumine, & præterea eius arte Logica præditus, inuenire & iudicare, inuentaque & iudicata agnoscere possit: tamen rebus enunciatis & conclusis non assentitur, nisi vel humanis argumentis institutus aut diuinitus in rebus

diuinis colluſtratus ſit. In diuinis duo ſunt impedimenta, primum eſt auguſtiſſima rerum diuinarum maieſtas, & infimitus ſplendor, infirmiſſimas humanæ intelligentiæ ſcintillas perſtringens, longiſſimeque ſuperans; alterum eſt totius hominis cæcitas illa & peruerſitas, qua conſtrictus nec intelligit diuina, & odio eadem proſequitur. Itaque huiuſmodi enunciata; Deus mundum è nihilo condidit: Chriſtus è Maria virgine ἀνθρωπος verus homo natus eſt, &c. Paulus & Ariſtoteles eadem Logicæ facultate intelliget, eſſe enunciata ſimplicia, & affirmata, quibus Cauſſa & effectus enuncietur: ſed Paulus etiam auctoritate diuina veriſſima eſſe, vtpote regenitus & diuinitus edoctus iudicabit: Ariſtoteles humana ſapientia fretus potius falſa eſſe, contradictione aſſeret. Quid igitur huic ad veritatis Iudicium deeſt, cum eius Inſtrumentum è Logica habeat? Deeſt rerum diuinarum ſcientia, è qua pendet illud iudicium, deeſt verbum Dei, & eius præcipuè intelligentia à Spiritu ſancto inſpiranda. Logica igitur generaliſſimum Inſtrumentum eſt, quo vtimur & ad res intelligendas, & ad intellectas tractandas; ſed intellectus rerum humanarum inſtitutione è ſuis artibus hauritur, diuinarum autem non inſtitutione è verbo diuino tantum, ſed & mentis voluntatisque illuſtratione ac conuerſione à Spiritu ſancto infunditur. Atque ita quoniam res humana ſuis argumentis, ſimilibusque exemplis demonſtrantur; diuinæ autem tantum diuina patefactione in verbo dei docentur, vt illæ experientiæ cognitione, hæ fidei illuſtratione per-

Conſequẽs diſtinctionum.

Humanæ & diuina ſapientia.

cipian-

tipiamur; illa humana est sapientia, cùm quis Logica cæterisque generalibus artibus instructus, res humanas suo more, modoque perspectas habet & tractare potest; diuina autem sapientia est, cùm quis siue naturali siue etiam artificiali logica, id est, ratione & Oratione vtendi facultate instructus, etiam diuinitus conuersus, ac rerum diuinarum scientia è sacris litteris Spiritus sancti afflatu hausta ornatus est, eamque fide firmissima apprehensam, & sibi applicat, & alios ad dei gloriam docere potest. Disserimus igitur humana sapientia, cum humano more, humanis exemplis, & humanarum artium rebus seu argumentis vt physicis vel ethicis vtimur. Disserimus autem diuina sapientia, cum diuino more, diuinis exemplis & sanctæ Theologiæ argumentis & rebus vtimur; sed vtrobiq; eodem generali disserendi instrumento disserimus, vt similiter eadem Grammatica de omnibus rebus loquimur. Vna argumentorum, Axiomatum, Syllogismorum, & Methodi ars ad sacra & profana exempla agnoscenda & tractãda sufficit & idonea est: sed res longissimè differunt. Alio naturæ modo aliquid physicè caussa est, alio Theologicè; sed tamen generali Caussæ definitione, nempe, cuius vi res est, vtraq; iudicatur. Cuius igitur vi in physicis aliquid esse intelligo, id caussam nomino: & ita etiam in Theologia caussam voco, cuius vi aliam rem esse intelligo, etiamsi dissimilis in physicis & Theologicis rebus caussandi, vt ita loquar, vel efficiendi modus sit: quod similiter de cæteris intelli-

Applicatio instrumenti ad res.

gendum est. Physicæ res, physicis, Ethicæ ethicis, Theologicæ theologicis argumentis, id est, è suis disciplinis & principijs depromptis, sed eodem loquendi, dicendi & disserendi artificio tractandæ sunt. Si autem res Theologica ethicis vel physicis rebus pro argumentis adhibitis disputetur: ita humana sapientia cum diuina temerè commiscetur, non autem si ars logica diuinis rebus applicetur. Vides igitur, vt hæc tandem concludamus, etiamsi vniuersa Logica naturalis sit, & ex vero etiã in rebus diuinis vsu expressa, ipsaque in illis iam intellectis, vtiliter vsurpari possit: tamen inde non effici, eius facultate & scientia hominem ad salutem, vel per se magis idoneum esse, vel præparari posse, nisi præparatio & conuersio per Verbum Dei diuinitus dirigatur & efficiatur. Nam & Logica facultas tantùm certo ordine cogitandi ac iudicãdi instrumentum est: & eius naturales sed pœnè exstincti igniculi diutnrna per sensus experientia exuscitati, res humanas certis indicijs multũ inculcatas vix percipiunt, diuinas autem per se, tum propter augustissimum earum splendorem, tum propter insitam cæcitatem ac infestum odium, omninò non intelligunt, sed vt absurdissimas impiè auersantur. Et vides tamen, etiamsi hæc ita sint, vt propterea etiam Aristoteles Logicus omnium auctoritate præstantissimus, si conuertendus sit, diuinitus sit collustrandus & docendus, spiritualiaq; ei sint spiritualiter dijudicanda: tamen inde non effici nullum Logicæ in rebus diuinis meditandis, docendis, & quoquo modo tractandis vsum versari. Et hinc apparet, non esse humana volun-

tate

tate editam prophetiam, quam illa, nec cæca intelligentia propter augustam huius maiestatem capere potest, & infesto sui iudicij odio prosequitur. Denique intelligitur, humanam sapientiam non confundi cum diuina, quando represso humano ex rebus humanis collecto iudicio, mens hominis diuinitus ad diuinam sapientiam amplectendam conuertitur, & sic Logicum lumen ad res diuinas spiritualiter, hoc est, argumentis Dei verbo patefactis (quibus tamen Logica tum inueniendi rationes, tum iudicandi formæ conueniunt) diuino affectu disputandas adhibet. Logica enim per se non est humana sapientia, sed est illud naturale Rationis instrumentum ac lumen, & quidem commune ac generale, quod in rerum, tam diuinarum, quàm humanarum artificio, quo eæ differūtur, splendet, quodque ijsdem imaginibus in arte inde expressum est, quibus in illarum tractatione & descriptione lucet. Humana autem (vt hoc repetam) sapientia est rerum humanarum, partim experientia, partim etiam arte percepta cognitio, quæ vt humanis argumētis, ex humanis disciplinis comparata est, ita ijsdem etiam, vel in rebus tantùm humanis, vel in diuinis quoque confusè & permixtè exercetur. Diuina verò sapientia est, qua homo à spiritu sancto edoctus, res diuinas è verbo Dei fide ad salutem perceptas tenet, & eiusdem ope eadem ex ijsdem fontibus petitis argumentis, ad Dei gloriam hominumque salutem propagat. Atque ita D. Paulus sapientissimè Theologiam definit, sapientiam non seculi huius, neque principum huius seculi, qui abolentur, sed sapientiam

De Subiecto Dial.

2. Tim. 2.

1. Cor. 1.

Dei in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat Deus ante secula, quam & per spiritum suum reuelauit. Quin & vnigenitus, qui est in sinu patris ipse ad nos descendens eandem enarrauit. Ioan. 1. Vt igitur res ipsæ dissimilimæ sunt, ita & earum apprehensio dissimilima, seu potius contraria est, cum res humanæ sensu & experientia, humano affectui familiari, diuinæ autem verbi diuini patefactione, diuinaq; regeneratione, humano sensui iudicioque contraria percipiantur. Attamen & res humanæ in hominum libris, & res diuinæ in sacris Biblijs, ita sermone, ornatu, & Ratione tractatæ sunt, vt eodem generalium artium inde exstructarum artificio & illæ explicationes retexantur, & aliæ similes conficiantur. Sed, vt paulò antè etiam memini, etiamsi eadem, tum argumentorum, tum Iudicij definitiones sacris & profanis rebus accommodari possint; tamen longè dissimilima est earum propria vis, ratio & facultas. Quamobrem si tanta est rerum diuinarum & humanarum dissimilitudo, tamq; pernicioſus cæcitatis ac peruersitatis morbus, per vniuersam hominis naturam ita penitus peruasit, vt is res diuinas supra sui ingenij captum propter earum augustissimam naturam infinitè positas, imo sibi inuisas, omnino per se non assequatur, humanas autem vix diuturna sensuum experientia aliquatenus percipiat; & Logicæ tamen artificium ex vtrarumq; vsu expressum ita prouidentia diuina comparatum est, vt eodem non aliter, ipsius instrumenti ratione, sacra Biblia, quàm profana scripta retexantur: hinc iam intelligi potest, quemadmodum

Prop. connexa superioris disp. ad eam cõcludendã accõmodata.

Logica

Logicæ vsus in sacris litteris, etiamsi ab humano captu longissimè remotis, vberrimè tamen versetur. Logicæ enim artificium est eorum munerum, (nempe inuentionis & dispositionis) quæ Ratio in differendo exercet, imago, ex typis præstantium exemplorum, etiam sacrorum, expressa. At verò non illa ipsa munera eorumve partes, sed tum vitiosa apprehensionis facultas, tum opiniones aliunde anticipatæ, in homine impio diuinis rebus aduersantur. Quæ cùm ita sint; Dialecticam in sacris litteris etiam vtilissimè exerceri credamus. De subiecto Dial.

PAED. Ego verò, si temporis angustia ferret, multis tibi adhuc rationibus contradicere possem. Nam si Dialectica nihil confert ad Dei cognitionem, nec hominem præparat, aut idoneum facit, imo humana ratio etiam contradicit: non video quis illius, nisi ad contradicendum, in sacris vsus esse possit. Primum autem ipse paulò ante confessus es, secundum igitur manifestum est. Negat enim humana ratio præfractè eiusmodi Axiomata, Deus mundum ex nihilo fecit. Maria virgo non cognito viro peperit filium. Dei filius homo natus est, & perpessus est mortem. Homo alienæ iustitiæ imputatione, & per fidem apprehensione iustus coram Deo censetur, & c. Atque hinc, quod suprà etiam dixi, Theologi monent, Theologiam sub humanæ rationis iudicium non venire, quo coërcito fide sit ipsa apprehendenda. Cùm verò accutissimi quiq; Dialectici humana ratione sacras litteras metiãtur, ideo Oppug. propos. 1. Assumpt. Complex. 2. 3.

4. eos plerunque hæresium auctores extitisse intelligimus: vnde etiam Theologis Dialectici vt plurimum inuisi semper fuerunt, &, à Dialecticis Ecclesiam vt liberaret Deus, in templis D. Ambrosij temporibus
5. oratum esse legimus. Sunt enim Dialectici ferè semper loquaces, garruli, verbosi, inflati, & contentiosi; ideoq; de lana caprina, aut asini vmbra rixantes, negotium Theologis, & res sacras candidè simpliciterq; tractantibus facessunt. Itaq; etiam plerique à Logi-
6. cæ artificio non instructi, tamen optimi Theologi fuerunt. Quin & inferioris notæ homines, incultos piscatores, atq; illitteratos sæpe ita Spiritus sanctus afflat, vt insignes euadant Theologi. Præterea nec ea videtur esse sacræ scripturæ ratio, vt Logicæ ad eam
7. & Rhetoricæ artificium queat accommodari. Nam quod Logicè Caussa, Effectum, vel aliud argumentum nominari debet, ei definitio distincta q; illius affectio conueniat necesse est: quod similiter de Iudicij
8. partibus deque ornatu Rhetorico intelligendum est. Comp. Quare vtrumque illud artificium procul à sacris litteris illi arcent, qui dicunt in ijs omnia singulari ratione, simpliciter; propriè & absq; omni arte tractari. Ita enim putant Christum non posse logicè Caussam nostræ salutis dici: quia ille ipse etiam sit nostra salus, vt affectio argumentorum illorum essentialis non sit in Theologicis distincta. Absurdum autem esse Christum & Caussam nostræ salutis dici, & esse salutem ipsam, ac quasi Effectum. Neq; Metonymiam, aut alium Tropũ admittunt, vt Christus salus nostra, hoc est salutis auctor, instaurator, & dator, atq; ita

Deus

Deus pater Agricola, hoc est Agricolæ similis dicatur. Quare & illud mihi postremo absurdū videtur, quòd Logicam dixisti è sacris etiam litteris obseruatam esse, cum nec Spiritus sanctus vlla Logica eguerit, & ea potius suam ad Aristotelem, aliosque ethnicos auctores originem referat. Imitemur igitur Apostolorū potius exemplā, qui simpliciter locuti Dialecticæ, artificium non effectarunt. De subiecto Diale. 9. 10.

DISC. Multa tu quidem ad me irretiendum cumulas: de quibus ego breuius iam respondebo. Dialectica nec quicquam hominū ad salutem confert, nec eum præparat: quia homo natura etiamsi præstantissimus Logicus, tamen rebus diuinis, tum propter ipsarum augustam ac spiritualem rationem, dissimilemque humanarum naturam, tum propter insitam intelligentiæ cæcitatem, ac voluntatis contumaciam, audacter contradicit, nisi prius diuinitus sit conuersus, vt apparet in paganis & hæreticis. Imo etiamsi Aristoteles aliquis generalibus argumentorū, Axiomatis, Syllogismi, ac Methodi definitionibus, Argumenta quædam, Axiomata, Syllogismos, & Methodi partes ex tractatione vtcunque agnoscat, tamen suo iudicio & sensu, tum illas esse Causſas vel Effecta, aliaue argumenta, quæ ita enuncientur, deinde Axiomata vera esse, Syllogismis rectè concludi, & denique Methodi partes rectè ordinatas esse, negabit, & quidem præcipue ex primi iudicij repugnantia. At homo iam diuinitus, absque vllo proprio motu conuersus, diuinaque è sacris litteris sapientia imbutus, augustam illā lucem sibi è caligine & tenebris lucem extracto Propug.

affulgentem admiratus, eam distinguendo quaque tum argumentorum, tum iudicij genera & ipse sibi singulari animi lætitia magis inculcat, & alijs etiam non conuersis summo studio explanare, noxiosque errores tam diuinæ artis instrumentis conuellere potest. Ita Dialectica vera & legitima non modo pijs vberrimos cum voluptate fructus adfert, sed hæreticos etiam, & homines à veritate auersos, conuulsis eorum fundamentis, mirabili dexteritate confutat. Quod vero dicis, Theologiæ axiomata cum humana ratione pugnare, cui, Virginem parere, Deum verbo mundum creare, & eiusmodi alia multa, incredibilia videantur: ita tu Rationis (cuius in differendo munera sunt, Inuenire & Iudicare) nomine, tum cæcitatem prauitatemque Mentis, voluntatisque humanæ, tum humanam sapientiam, seu insipientiam potius, ex humanarum rerum natura, conditione, ac statu comparatam, confundis. In generali logica nullum præceptum est, quo virginem parere, Deum omnia ex nihilo creare, & eiusmodi alia Theologiæ propria Axiomata, negentur aut coarguantur: sed homines impij, prauis consilijs humanarum rerum exempla solent diuinis documentis opponere: cum tamen illæ sint horum longe dissimillimæ. Logicæ enim præcepta omnino generalia sunt, quæ ad omnes res possunt accõmodari: cum ijs generatim doceatur, quid sint argumenta, quid axiomata, quid Syllogismus & methodus. Itaque Logica ijsdem generalibus præceptis, ad quas uis res artesq; accommodatis, vnumquodq; argumenti

& axio-

& axiomatis genus, ex rerum, quæ enunciantur, natura ac conditione, earundem principijs accommodatè dijudicat, atq; ita quasque res ex suis fontibus. Theologicas è theologicis, Physicas è physicis, Ethicas ex Ethicis disserendo exponit: & sic tantum abest, vt diuinis contradicat, vt ad eas illustrandum, atque à ceteris distinguendum, mirabilem lucem adferat. Nam sic Logica, illud Axioma (Deus Mundum è nihilo creauit) monet auctoritate diuina, Efficientem cum effecto, & quidem materiæ remotione, ad diuinam Omnipotentiam demonstrandum, enunciare: atq; ita illam diuinam procreationem, Materiæ negatione, à physica & artificiosa aliarum rerum procreatione distinguit. Item è solo procreandi modo Mariæ virginis partum, à physico mulierũ partu, ad Dei erga nos clementiam celebrandam, & mediatoris essentiam, officiumq; declarandum, discernit. Etsi igitur rebus illis diuinis humana prophani hominis sapiẽtia fortasse contradicit, tamen Logica easdem diuinitus perceptas, sicut à Spiritu sancto disputatæ sunt, ita etiam retexit, & diuinis, nõ humanis argumentis disserendo exponit. Qui vero hæresium auctores extiterunt, quiq; Theologis infesti fuerunt, ij, vt homines litigiosi, & Sophistæ ad rixam cõciti, nõ veri logici, Logica Eubulidea, & captiosa, non legitima vsi, humanis, è rerum humanarum cõditione petitis argumẽtis sacrosanctã Theologiã examinare seu potius turpiter lacerare consueuerunt. Hoc igitur argumentũ ab abusu fallaciã accidentis nominant; quod ille effectus non à logica, sed à malitia Sophistarum, nobili arte abu-

De subiecto Diale.

3.

4.

8. abutentium, proficiscatur. Et certè omnibus temporibus orare conuenit, vt Ecclesiam ab eiusmodi Eubulidibus liberet misericors Deus, qui Eubulidea Logica gaudent Theologos vexare, & contortis maleque tornatis Syllogismis flagellare. Nec mirum est istiusmodi homines esse garrulos, verbosos, & cõtentiosos, quod ad repugnandum verbo diuino argumenta, homini impio ab innumerabili rerum humanarum copia, præsertim Diaboli instinctu, facile suppetant: sed vel ad minimum iota euertendum nulla vnquam erit facultas, imo tam belli auctores in lapidem impactorium impingentes callidum illud suum cerebrum mi-
6. serrime effundent. Quod putas quosdã à Logica minime instructos, tamen Theologos fuisse optimos: eos ego, si non artis captiosæ institutione, saltem tamen naturæ beneficio, vel etiam diuino instinctu verè bonos logicos fuisse confirmo. Ea enim vera & genuina Logica est, quæ naturalem illam in differendo simpli-
7. citatem retinet. Afflauit quidem Dominus incultos piscatores, atque eos ipsos subito ad doctorum prouexit subsellia: verum id rarum est & singulare, ideoq; ordinariæ Dei dispensationis dissimile; qua alioquin vult homines primum sacris alijsq; bonis litteris imbui; deinde ad docendi munus vocatos gnauiter & assidue laborare, studijsq; sacris incumbere. Sic etiã D. Paulus politioribus litteris, & legis diuinæ studijs ornatus fuisse legitur. Attamen quibus Deus sacrarũ rerum scientiam inspirauit, ijsdem etiam differendi facultatem auxit. Ita non minor Logicæ vsus in D. Petri, qui rudis piscator à piscatura, quàm in D. Pauli

qui

qui eruditus Doctor ex Academia ad Apostolatum vocatus est, concionibus & Epistolis apparet. Multi etiam inferioris notæ homines omnibus temporibus de rebus sacris, absq; Logicæ artificio, prudenter locuti sunt, sed illi naturalis logicæ facultate res diuinas similium testimoniorum copia & collatione mediocriter ita disseruerunt. Quod vero ea quibusdam non videtur esse sacrarum rerum natura ac ratio, vt ijs argumentorum affectiones & iudicij leges queant accommodari: in eo mihi illi videntur non parum errare. Infinita quidem res diuinæ ab humanis ratione distant, sed cur non id Caussam vel effectum nominem, quod Spiritus sanctus ita expreßit, vt id Caussæ vel Effecti vim habere, ideoq; talis argumenti affectionē definitionemq; recipere intelligatur? Cum D. Paulus, ait, hominem fide absq; legis operibus iustificari, hoc est, iustitiam apprehendere, quid impedit, quo minus fidem Caussam instrumentalem iustitiæ gratis consequendæ ita logicè appellem, quemadmodum pileum vel scutellam, rudi similitudine, Caussam & Instrumentum nomino, quo mendicus stipem à diuite oblatam accipit? Cur non in Explicatione Euangelij S. Matthæi, Librum generationis Iesu Christi filij Dauid, è Logica nostra Catalogum procreantium caussarum, ac Maiorum hominis Iesu Christi, ex Abrahami stirpe nati, ad promißionis certitudinem demonstrandam contextum, ac in generationes certas diuisum appellem? An non diuina & humana natura integræ personæ Chrsti partes sunt? Cur non hoc dictum (Iosephus erat iustus) Axioma è Subiecto & adiuncto

De subiecto Dialec. 7.

8.

adiuncto dicam? An nõ omnia in Bibliis integra dicta & sententiæ sunt axiomata, & certorum argumentorum dispositiones? An non abundant Sacra Biblia Syllogismis? An vero eos Syllogismos non licet nominare? Vel an hac Christi conclusio Ioan. 10.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.
Vel inuertatur Propositio.
Ego animam meam do pro ouibus meis.
Ego igitur sum bonus pastor.

Hæc inquam Christi, & aliæ eiusdem, itemq; Patrum, & Apostolorum plurimæ conclusiones, an non sunt similiter Syllogismi, ac Platonis, Aristotelis, aut Ciceronis Conclusiones? Christus, aiunt quidam, est salus nostra, hoc est, auctor salutis, & simul ipsa salus: hic causæ essentia ab effecti essentia non est distincta. At, inquam, omnia sacra augusta sunt, & diuinæ ac incomprehensæ naturæ affectionis q; ; & quædam Christi personæ aut officij propria, peculiaria, & singularia, de quib. præceptũ in arte generali κατὰ παντὸς constitui non potest. Attamen etiamsi Christus ita salus nostra dicatur, vt ipse non modo illius auctor, sed & ipsa salus ita sit vt in eo viuamus ac diuina lætitia perfruamur, tamen quatenus salutem amissam acerbissimo suo supplicio restituit, eius recte Causa, & auctor dici mihi videtur. Et certe salus ipsa aliud quiddam fuerit, quàm ipsius Christi essentia; cuius tamen vt Sanctissimæ Triadis conspectus, & æterna perceptio ad salutem ipsam pertinet. Etsi igitur plerique in sacris Bibliis penitus abstrusa, & quædam Christi personæ officijque peculiaria sunt, tamen fere om-

De subiecto Dialec.

omnia recte intellecta Argumentorum & iudicij generibus dextre accommodatis exponi ac tractari possunt. Omnia etiam propria volunt esse, nihil metaphoricum & translatum. Cur igitur Christus ipse similitudines & Parabolas, in quibus Deus Sator, vel Agricola nominatur, proprie exponit? An proprie Christus Sol, lux, via, vitis, pastor, lapis, fundamentum, &c. an verò rerum humanarum similitudine & translatione appellari videtur? Certe translatione & Metaphora ad sensum humanum accommodata. Quare eiusmodi vanæ sunt, & cum verbo diuino pugnantes imaginationes, quibus misere homines à salutari verbi diuini, in quo se Deus benignissimè ad nostrum captum accommodauit, lectione & meditatione, ad vanas ac incertas reuelationes ac patefactiones abducuntur. Neque tibi absurdum videatur; 9.
Logicam etiam è sacris litteris obseruatã esse, quod eius Aristotelem auctorem & inuentorem esse multi existiment. Certe Aristoteles in Gracia eius auctor propterea visus fuit, quod superiorum Philosophorum decreta collegisset: attamen ad hos etiam à primis patriarchis Logicæ artificium propagatum esse non est dubitandum. Deinde omnibus temporibus in hodiernum etiam diem ita illa ars obseruatione & experientia polita est, vt eius artificiũ etiam ad Biblicum vsum accommodatum sit. Et certe profitendũ est nobis cum Augustino liberrime, nulla Spiritum sanctum Logica eguisse: cui nec sacra scriptura opus fuit: sed ipsi visum fuit, res sacras infinite humanum captum exsuperantes, vt sermone populari, ita &

perspi-

perſpicua diſſerendi ratione clarisque dicendi luminibus ad ſubleuandam noſtri captus imbecillitatem, exponere. Loquuntur quidem ſimpliciter Apoſtoli, quos imitari debemus; ſed tamen puro ſermone, ornata oratione, & rationis muneribus vtuntur. Itaque vt illi ſacra tantum dogmata è ſacræ ſcripturæ fontibus recte, ordine, & perſpicue, familiari dicendi ac diſſerendi genere vtentes expoſuerunt: ſimiliter & nos eorum imitatione facere oportet. Non ideo non diſſeruerunt, aut ornate dixerunt, quod ſimpliciter locuti ſunt, ſed ideo non captioſa, aut ad oſtentationē, & faſtum comparata Logica, nec inani orationis pompa vſi ſunt. Minime igitur illos audiemus, qui obganniunt, ſic à Spiritu ſancto exſpectandam vniuerſam intelligendi atque explicandi ſacras litteras facultatem, vt neutiquam opus ſit, nos diſcendis illis artibus operam nauare. Minime etiam Philoſophiæ ſiue generales, ſiue ſpeciales artes diſci & adhiberi debent, vt ad earum leges examinentur ſacræ ſcripturæ decreta: multo minus, vt ab ijs iudicium de Religionis noſtræ dogmatibus petatur; ſed tantum ad ſubleuandam noſtri captus imbecillitatem, vtque illarum adminiculo & artificio tum ea, quæ Spiritus ſanctus ediſſeruit, ita retexere, tum quæ nos mente concepimus, clarius certiusq; alter alteri exponere poſſimus. Nam ſic tota Philoſophia famulæ & pediſequæ loco, Theologiæ Dominæ ſuæ prudenter adiungi poteſt, nempe vt artes generales ad ſermonis, ornatum, & rationis vſum demonſtrandum, Speciales vero ad res ſui generis, ſacris etiam litteris comprehenſas, explicandas

candas adhibeantur, sed ita vt diuinorum dogmatum, & augustarum rerum ratio & explicatio purè & simpliciter, absq; minima humanæ sapientiæ confusione, è verbi diuini patefactione auctoritateq; deducatur. Quare, vt tandem hæc disputatio pēroretur, Logicam veram ac legitimam in sacra scriptura, non humanis, sed diuinis ex eadem deductis argumentis & exemplis, non humano, sed diuino sensu iudicioque retexenda & explicanda maximo nobis vsui esse cōcludamus. Putare enim quenquam posse absq; ratiocinando ratiocinari, disserere & ratione vti, siue id ex arte, siue ex sola natura faciat, hominis est prorsus amentis, & qui se hominem esse planè sit oblitus.

De subiēcto Diale.

Con. disput.

DE QVAESTIONIBVS.

PAED. Esto igitur, habeat noster Logicus communem cum Grammatico & Rhetore materiam, res videlicet omnes, quæcunq; ad disserendum adferuntur. Neq; enim generales artes certas sibi res propositas habēt, vt Speciales, nempe vt Physica naturam, & Ethica mores: sed pariter ad res omnes, quæ ratione & oratione tractari possunt, accommodatæ sunt. At verò etiamsi Dialectica per omnes artes ac disciplinas ita fusa sit, vt omnibus vsus sui præstandi, muneris q; fungendi facultatem præstet: duo tamen hic ad veram disserendi rationem omnino necessaria mihi requiri videntur. Primùm enim peculiari præcepto docēdum esse puto; Logicam in omni proposito versari; deinde certæ Quæstionum

Oppug. Transitio.

1. Obiect. Complex. 2.

formæ, quibus omnis materia includatur, tradendæ sunt. *Vtrumq; hoc κατὰ παντὸς fuerit; & ab alijs præstantibus Logicis præclarè ita explicatum est. Monent enim plerique, Res quidem omnes, quæ in disputationē incidere possint, Dialecticæ propositas esse tanquam materiam; & Quæstionem seu Thema generatim dici, quicquid in disputationem, et humani ingenij disquisitionem cadere possit. Et quoniam nunc res aliqua simplex, nunc integra sententia in disquisitionem venit, eaq; vel ex generali aliqua, vel ex speciali arte deducta, hanc vel illam affectionem habet: vnde variæ Thematum seu Quæstionum Diuisiones traduntur, ad quas omnis disserendi ratio præclarè accommodetur. Sic autem plerique et de vniuerso Dialecticæ subiecto præcipiunt, & porrò Quæstionum genera partiuntur.*

Assumpt.

And. Hyp. *Dialectices Subiectum est Thema seu Quæstio, vt Rodolpho placet, seu propositum, vt Cicero appellat.*

Ioa. Perio. *Res omnes, quæ in disputationem incidere possunt, Dialecticæ tanquam materia propositæ sunt.*

Fr. Hot. *Dialectica nullum habet certum ac proprium materiæ genus, in quo solo versetur: sed per omnes artes ac disciplinas fusa est. Est enim planè tanquam instrumentum quoddam, quo reliquæ artes vsum sui hominum generi præstant. Genus autem omne Quæstionis (hoc est, quæcunq; in disputationem, & humani ingenij disquisitionem cadere possunt) est illa in singulis artibus materia, in qua instrumentum illud Dialecticæ adhibetur, atq;, vt ita dicam, operatur, &c.*

Sic

Sic alij separatim de subiecto præcipiunt, alij definitione illud nominatim comprehendunt: vt, Est ars disserendi de omni proposito, de quacunque re proposita, probabiliter, in vtramque partem, &c. De Quæstionibus.

Deinde Thema seu Quæstionem nonnulli multis diuisionibus, nonnulli verò vna alteráue explicant; & quidem hæ ex quibusdam collectæ sunt:

Thema seu Quæstio, *id est, Omne illud, quod tractandum vel disputãdum proponitur, est Simplex aut Compositum.* 1. Diuisio Quæstionum.

Simplex cùm de vna voce quæritur, vt Quid est sapientia? Coniuncta quæ de Oratione interrogat, vt An iustitia sit expetenda?

Hic Quæstionis & Enunciationis discrimen docetur, quòd hæc certò aliquid affirmet, aut neget; illa de rebus dubijs percõtetur.

Imò quidam ex Aristotele hanc propriam Quæstionum Dialecticarum formam tradunt, quę per Contradictionis membra optionem det aduersario, vt, Suntne Centauri, an non? Simplicem verò Interrogationis formulam, cui additum non sit, An non? vocant Propositionem.

Secundò Quæstio tam simplex quam Coniuncta, vel est Generis, vel Definitionis, vel Proprij, vel Accidentis. Hæc genera Dialecticorum propria esse dicuntur. 2. Diuisio Q.

Tertiò alia Quæstio est Substantiæ, alia Quantitatis, alia Qualitatis, alia Relationis, alia Actionis, 3. Diui. Q.

alia Passionis, alia Vbi, alia Quando, alia Situs, alia habitus.

4. Diui. Quartò alia Quæstio est Cognitionis, alia Actionis, alia Logices.

5. Diui. Quinctò alia Quæstio est, An sit? alia Quid sit? alia Quale sit? alia Quæ causa sit?

6. Diui. Sextò alia Quæstio est Infinita, alia Finita. Infinita Græcè Θέσις, Latinè Propositum, Consultatio, & generalis Quæstio dicitur, & Philosophis propriè attribuitur, vt quæ sola fide nitatur.

Finita ὑπόθεσις, Caussa, Controuersia, Specialis Quæstio, Oratorum peculiaris esse dicitur, vt quæ fidem motumq; postulet. Hinc tria Caussarum genera in Rhetoricis distinguuntur, Demõstratiuum, Deliberatiuum & Iudiciale.

7. Diui. Septimò quidam certas ex superioribus Quæstiones cõiungunt, ad quas earundem ordine rerum explicationem accommodant, & eas Methodi simplicis Quæstiones nominãt: imo quidam etiam ad ipsas tractandas Prædicabilia, Prædicamenta, & totam Inuẽtionem particulatim referunt. Enumerantur autem fere decem, sed à nonnullis pauciores:

Phil. Mel. decem, Hyp. septem facit.

1. Quid vocabulum significet?
2. An sit res?
3. Quid sit res?
4. Quæ rei partes?
5. Quæ species?
6. Quæ Caussa?
7. Qui Effectus seu officia?
8. Quæ adiacentia?
9. Quæ cognata?
10. Quæ pugnãtia.

Reliqua Quæstionum discrimina ex Axiomatum affectionibus petuntur, vt sint aliæ affirmatæ, aliæ negatæ, &c. Vides igitur quàm variæ ab aliis & nul-

tiplices

tiplices Quæstiones tradantur: quæ quoniam à P. Ramo sunt omnino prætermissæ, valdè incerta & lubrica differendi ratio ab eodem descripta esse mihi videtur. Namsi & generalis subiecti cognitio, & Quæstionum certarum descriptio ad veram differendi rationem necessaria ac κατὰ παντὸς est: rectius mihi illi præcipere videntur, qui primum monent, Dialecticam in omni proposito versari, idq; Thema seu Quæstionem appellari; deinde certa Quæstionum genera, ad ea omnes differendi vias applicantes, persequuntur. De Quæstionibus. propos. con.

DISC. Omnis quidem differendi ratio suo certo modo (qui totus artis præceptis comprehensus vera Quæstionum genera inclusa continet) ad rem propositam dirigitur: sed illæ Quæstionum diuisiones tam variæ, vt ipse fateris, sunt, vt si ad eas differendi ratio debeat applicari, nihil sit ea futurum incertius, & magis vagum ac lubricum. Et quoniam ita distortæ sunt, vt certo progressu non cohæreant, cùm aliæ ex omnibus artibus, aliæ ex Inuentione, aliæ ex Iudicio Logico sint quoquo modo confusæ: hæc caussa & confusio earum auctores ipsos ita reddit incertos, vt alij quædam ex illis generibus & quidem diuersa in Logica tradant, reliqua vel non attingant, vel ad Rhetores reijciant; alij omnia vel in Logica, vel in Rhetorica, dissimili tamen ratione & ordine, cumulent; cùm alij etiam ea vt materiam Logicæ proponant; alij verò Inuentionis certam in ijs partem constituant, vt sit Inuentio Vocum, Inuentio Rerum, Inuentio Quæstionum, & Inuentio Argumentorum. Propug. de Quæstionum Diuisionibus Fra. B.

torũ. Et profecto noui multos, qui, cùm ad illas Quæstiones conarentur sua studia & meditationes referre, ita implicati tenerentur, vt, nisi naturam, missis illis generibus, ducem secuti fuissent, à legitima disserẽdi ratione quasi in varios scopulos coniecti, longissimè aberrassent. Retexat aliquis omnia Ciceronis opera, deprehendet sane, etiamsi is Græcorum artes, sit ita vt acceperat, interpretatus, tamen naturam eum potius ducem, atq; ita veram disserendi Methodum, quàm tot & tam intricata Quæstionũ genera, aliasque Rhetorum perplexas artes secutum fuisse. Idem in Moyse, Vatibus & Apostolis, alijsq; præstantibus auctoribus apparebit.

Cicero.

Summa obiectionis.

Intelligo autem te duplex in Ramo præceptionis genus desiderare, primum, quo nominatim exprimatur, Logico omnia proponi, nihil excipi: alterum quo certæ Quæstionum formę tradantur, quibus & omnis in disserendo materia includatur, & progressus disserendi gubernetur. Ego verò vtrumq; nego, & neutrum separatis in generali Logica præceptis explicandum esse, imò omnes veras Quæstiones ea ipsa commodissimè contineri ac doceri confirmo. Quod vt planè & perspicuè demonstrem, primò nec de subiecto communi, nec de certis quæstionum generibus, vllum in Dialectica aut Rhetorica peculiare præceptum requiri, sed omnes tamen quæstionum formas commodissimè generali Logica comprehendi; deinde seorsim paratas illas Quæstionum distributiones mancas & inutiles, ideoque è generalibus artibus rectè exter-

Propositũ Respons.

minatas

minatas esse, ostendam. Sic igitur à generali forma colligio: De Quæstionibus.

Ars omninò generalis & communis, nec peculiari præcepto subiecti mentionem faciet, nec subiectam sibi materiã diuidet. Prop.

At Logica, Rhetorica & Grammatica sunt artes generales & communes. Assum.

Ergo vt Grammatica nec generatim de subiecta materia præcipit, nec eius genera diuidit, ita nec Dialectica nec Rhetorica faciet. Compl.

PAED. *Propositio mihi non satis firma esse, sed probationis indigere videtur. Si enim artes generales sunt; docendum etiam eas communiter in omni proposito versari; certaq; Quæstionum genera, ad quæ generalia præcepta certis rationibus applicentur, constitui vtiliter possunt.* Oppug.

DISC. *Neq; de Subiecto communi prorsus est silentium, sed in vniuersa philosophia, cuius hæ artes membra sunt, partitione à communibus & propriis subiectis sumitur generalium & specialium discrimẽ, docetur q; illas in omni proposito tanquam communia instrumenta, has verò in certo rerum genere, vtpotè certarũ rerum proprias artes versari. Quod igitur in Totius in certa membra distinctione antegreditur, et præcipuã lucem adfert, id vetat lex καθόλ vel in singulis, vel in vlla etiam parte repeti. Generalia enim, ait Aristoteles, generaliter & semel, specialia per species docenda sunt. Si secus fiat, odiosa & inutilis tautologia cõmittitur. Partes autẽ ita debent concinnè* Propug. Assum. Prop.

definiri, vt totius affectionibus commodè subijciatur. Quare, vt Grammaticæ definitio pura, generalis, & nullo tautologiæ vitio fœdata est, dū nec ipsa vlli certæ materiæ generi adstringitur, nec ei peculiare de subiectis præceptū additur; ita & Rhetoricæ & Dialecticæ illæ definitiones omnino artificiosæ ac legitimæ sunt, quibus illa generatim & purè, ars benè dicē di, hæc ars benè differendi definitur, nempe de omni proposito, ente vel non ente, vt in comuni ad has artes ingressu, hoc est in ipsius Philosophiæ partitione distinctè explicatum sit. Hoc autem breuissimè institutor monere poterit, ne opus sit artes ipsas repetitionum tautologijs cumulare. Itaq; concludo, nec in Dialectica, nec in Rhetorica peculiare de communitate subiecti, multò minus de certo subiecti genere præceptum esse tolerandum; cum & eiusmodi præceptum artes illas antegrediatur, et ipsæ generalibus definitionibus nullis rebus adstrictæ omnibus ita communes esse intelligantur.

Assump. De Quæstionum autem generibus, ad quæ dicis generalia præcepta esse accommodanda, respondeo, generalia Grammaticæ, Rhetoricæ & Dialecticæ præcepta ita posse conformari, & iam ita conformata esse, vt ad quoduis propositum, quocunq; modo tractandum æquè parata, prompta & accommodata sint, nec referre quo genere Quæstionis quidq; quæsitum, vel enunciatum sit, dummodò verum illarum artificium rectè adhibeatur, & naturalis dicendi ac differendi progressus, artificio illo comprehensus seruetur. Nam vt Grammatica communes omniū vocum

cum simplicium & coniunctarum rationes præscribit, ita Rhetorica tum tropos & figuras, quibus oratio quasi vestiatur, tum vocem & gestum, quibus cum dignitate enuncietur; Dialectica autem Argumentorum Inuentionem ac Iudicium, in quibus disserendi actus & progressus consistit. Ita generaliter docet, vt omnes loquendi, dicendi ac disserendi, & sic enunciandi, quærendi & respondendi formæ ac modi, triplici illo artificio commodissimè contineantur. Quod cùm ita sit, peculiaris Quæstionum doctrina, in nulla arte generali locum habet, imo si misceatur, magnam difficultatem, confusionem & obscuritatem inducit. De Quæstionibus. Prop. cum Comp.

PAED. At verò, quia Logica interioris rationis, cæteræ autem exterioris Orationis artificium continent: illa præcipuè tanquam Dominæ & inter illas generalissima non modo argumenta inuenire & iudicare, sed etiam certas Quæstiones, quibus omnis disserendi actus rectè procederet, excogitare doceret. Nam & Quæstionum ratio aliquid Inuentionis & Iudicij habere mihi videtur. Nec sine Caussa quidam Quæstiones & Locos Inuentionis elementa nominãt, quidam certam eiusdem partem aut subiectum faciunt, alij etiam eas ad Iudicium referunt. Oppug.

DISC. Non ignoro, quemadmodum hic plerique torqueant, & vaga Quæstionum genera per Rhetoricam forensem ac Dialecticam mirificè distorqueant, dum à naturali disserendi via deflectentes, diuerticula & flexiones consectantur. Etsi verò Dialectica omnium generalissima est, tamen res subiectæ Propug.

pariter sibi artes generales adiunctas habent, nisi quod aliquando vel sola mente, absque sermone, vel etiam sermone absq; ornatu aliquid differere posſimus. Nec magis Logicæ ad suum munus fungendũ, quàm cæterarum interest, quo Quæstionis genere quidq; propositum sit, nisi quatenus id artis conformatione cõprehensum est. Attamen cũ ipsa Logica vtpote Rationis ars, omnium aliarum artium Regina, et sui etiã ipsius effectrix sit: ideo etiam ipsa, vt dixisti, veram Quæstionũ doctrinã complectitur, ac naturalẽ quærendi, differendiq; progressum informet.

Oppug. PAED. Quid igitur aduersus Quæstiones disputas, si earum doctrinam ad Dialecticam pertinere concedis?

Propug. DISC. Disputo aduersus separatam Quæstionum doctrinam, quæ in Rhetoricis & Dialecticis variè solet confundi, dum aliæ Oratoribus, aliæ verò Logicis, & in his aliæ Demonstratori, aliæ etiam Dialectico attribuuntur: sed legitimam Quæstionum doctrinam non tollo, quæ tam in differendo necessaria est, quàm solis lumen in mundo.

Oppug. PAED. Vbi igitur illa Quæstionum legitima doctrina continetur?

Propug. Quæstionũ distinctiones quomodo in Dialectica contineantur. DISC. In toto Dialecticæ artis progressu commodissimè, & omnino ad naturalem differendi rationem accommodatè, omnes illæ verè Logicæ Quæstionum distinctiones & formæ, quæ in Rhetoricis & Dialecticis variè dispergi solent, suis quæque locis tum monstrantur, tum legitimis præceptis informantur. Quod vt rectè intelligatur, naturalis in Logica

ordo,

ordo, & perspicua rerum cohærentia diligenter attendatur. Primùm Dialectica definitur, Ars benè disserendi, id est, ratione vtendi, scilicet de omni Themate & proposito, de quo Ratio aliquid è suis fontibus cogitare & iudicare possit. Hic commune Rationis in disserendo officium generali Definitione describitur: quo cognito Partitio deinceps illud in duo primaria munera distinguit, quibus omne thema disseritur, eiusq; in Simplex & Compositum distinctio tacitè significatur, sed artis progressu vtrumque apertius, & verbis ad disserendi vsum accommodatioribus exponitur. Deinde Inuentio suo officio & subiecta materia, quam suis præceptis interpretatur, distincta, tum vias notasq; inueniendi, quas describit, tum materiam, quæ Inuentionis artificio è suis artibus inuenitur, artificioso nomine Argumenta nominat. Argumenta igitur prima disserendi principia ac elementa, vtpote in Logica simplicissima, quæ primò offeruntur disserenti, & reliquarum partium sunt initia seu membra, hæc inquam Argumenta sunt primæ Dialecticæ partis, id est, Inuentionis Subiectum, quod illa & suis generibus describit, & in suis artibus quærendum monstrat. Atque hæc sunt Themata simplicia, prima scilicet Prædicabilia, quæ nudè cogitantur & offeruntur, ac deinde disposita, gignunt Themata coniuncta, de quibus mox suo loco. Simplicia igitur Themata Inuentioni proposita tantùm sunt, atq; dum Argumentorum genera & affectiones docentur, simplicium Thematum genera distinguuntur. Simplicia enim themata nudè inueniri

De Quæstionibus.

Defin.

Partitio Themat Simplex et Comp. mõstrat.

Themata simplicia.

&

& offerri possunt, sed simpliciter & nudè, hoc est, absque Dispositione, qua statim fiunt Composita, tractari & disputari nequeunt. Itaq; hic primus Dialecticæ progressionis gradus est, quo Themata simplicia considerantur & distinguuntur. Sequitur secundus, quo fiunt & primum iudicantur Composita. Axiomatum enim deinceps artificio argumenta singula, id est simplicia Themata inter se disponuntur, vt fiant coniuncta, nempe sententiæ & enunciationes, quibus esse aliquid aut non esse iudicetur. Si itaq; Axioma hoc est enunciatum, quod est Thema coniunctum, sit manifestum, statim suis legibus iudicatur: sin verò alicui sit dubium, Quæstio appellatur, ad quam respondèri potest, Ita vel Non; eaq; ad Syllogismi deinceps iudicium per tertium argumentum iudicanda venit: vbi tertius Dialectici progressus gradus est. Atque ita tota Axiomatum seu Enunciatorum & Propositionum doctrina est vera ac legitima Quæstionum doctrina: vnde vt Enunciato est Simplex vel composita, affirmata vera aut falsa, sic etiam per omnes species & affectiones Quæstio est. Quartus gradus est in Methodo, qua vnica & generali multa Themata coniuncta (nunquam autem simplicia) illo axiomatico vel Syllogistico iudicio disputata in ordinem rediguntur. Themata igitur naturali progressu primùm sunt simplicia, vt ea Inuentio considerat, deinde fiunt axiomatico iudicio coniuncta, quo eodem etiam plurima iudicantur; sed si dubia sint, ad Syllogismi tribunal remittuntur; & cùm multorum ordo quæritur, Methodus vnica adhibetur.

Themata simplicia.

Dis-

Disserturo autem alicui vel simplex res & Thema, vel integra sententia & coniunctum thema offertur, ad quod deinceps Inuentionem & Iudiciũ accommodat; sed Thema simplex nec simpliciter tractari potest, nec propriam inueniendi, aut iudicandi artem habet. Nunc igitur considera, quam accuratè & accommodatè omnis thematum ratio ipsius Dialecticæ progressu contineatur. Primùm in definitione Argumenti voce, Aliquid, qualecunq; thema, omneq; Propositum simplex vel coniunctũ, sed artis progressione & argumentorum distinctione propriè Simplex indicatur, simpliciaq; Inuentione distinguuntur, Composita Iudicio fiunt & iudicantur, vt illa diuisio Thematis in Simplex & compositum reuera ac legitimè Dialecticæ in Inuentionem & Iudicium partitione cõtineatur, totusq; de quocunq; themate differendi progressus conuenientissime connectatur. Generales artes primum ideo distinguuntur, quod in omni Propo sito versentur, deinde ita definiuntur & distribuuntur, vt idem commune subiectum significetur: tum Inuentio ita definitur, vt in Thematibus simplicibus occupari intelligatur: atq; hæc Argumenta vocabulo trito uominantur, definiunturq; generatim ita, vt voce Aliquid propositum thema significetur, & proprietatis consectario simplicia à compositis distinguantur. Itemq; Iudicium ita definitur, vt intelligamus eius artificio tum fieri, tũ triplici gradu quasi ad triplex tribunal iudicari Themata Composita.

De Quæstionibus.

Omne Propositum in voce Aliquid.

Quæ cùm ita sint, vt res & doctrina omnino eadẽ sit, sed & alijs ac commodioribus verbis, & accuratiore

Prop. pro concl.

tiore conformatione tradita; non est quod conquerâmur, legitimam Quæstionum doctrinam è Ramea Logica prætermissam esse.

Oppug. PAED. Sed multò fuisset ad docendum accommodatius, si illa propositi cuiuscunque diuisio in Thema Simplex & coniunctum initio adhibita fuisset.

Propug. DISC. Minimè verò: Id enim & in legem καθ' αὐτὸ iniquum esset, & in legem καθόλου πρῶτον improprium. Nam primùm quod aliquid simplex sit aut coniunctum, id in rebus ipsis est, non in arte: sed simplex aliquid aut compositum considerare & efficere, hoc artis est proprium, & ipsius Partitione exprimitur, cùm Inuentio res simplices consideret, Iudicium coniunctas. Ergo iniquum esset, & illud à rebus ad artem, & hoc ab artis partitione, qua propriè continetur, ad res artifici propositas transferre. Deinde valde impropriè cum toto enunciatur, quod partis est proprium. Nunc autem res simplices considerare Inuentionis est proprium, coniunctas Iudicij: quod illarum partium officium ipsarum Definitione continetur, & nominatim tum accommodatio argumenti ad aliquod thema, tum simplicium consideratio, Argumenti definitione, & illi appositæ appendice exprimitur, quemadmodum & Axioma si dubium sit, Quæstionem effici ad Syllogismum, docetur. Ergo impropriè omnino enunciaretur de tota logica, quod est partium separatarum, quarum vna in simplicibus, altera in coniunctis, non autem tota ars in vtrisque versatur: idque partium definitionibus &

1.

2.

præce-

præceptis, in quibus est naturalis artis progressus, perspicuè efficitur. De Quæstionibus. Oppug.

PAED. *Sed si maximè concedam, generale & cõmune trium generalium artium subiectum satis tum in communi ad ipsas ingressu explicari, tum generalibus earundem definitionibus & partibus indicari, præcipueq; ipsius Logicæ progressu rationem & modum, quo offeratur & tractetur, informari: non tamen omnia satis assequor, nec prorsus intelligo, quemadmodum omnes illæ Quæstionum formæ, ad quas omnis disputatio dirigitur, Logicæ artificio, tum commonstrentur, vt dicebas, tum explicatè distinctèq; cõtineantur. Itaq; sigillatim illa velim & distinctiùs per species explices, & primò cur non sit vlla Quæstio aut tractatio Methodusve simplex.*

Propug.

DISC. *Benè habet: hæc aliqua nostri propositi pars est, vt nihil verarum Quæstionum, & quod ad veram disserendi rationem pertineat, à P. Ramo prætermissum esse prorsus demonstretur. Ordine igitur Quæstionum genera inspiciamus.*

Prima siue Thematis siue Quæstionis Diuisio fuit, 1. Diuisio. *in Simplicem & Coniunctam. At verò res simplex esse, vt dixi, & offerri potest; quod sanè dicatur Thema simplex: sed nec Quæstio, quæ est cognitionis appetitio, nec eius tractatio, quæ saltem sit Axiomatica collocatione, simplex esse potest. Nam vt cognitio iudicatur saltem axiomate, quo esse aliquid aut non esse, idq; affirmatè vel negatè, & vtroq; modo verè vel falsò, enunciatur; ita & Quæstio semper vim habet Axiomatis: quia etiam de re simplici proposita, quæris*

quærit rem aliam, quæ ad illam affecta sit, hoc est, de re proposita quærit affectum argumentum. Simplex Quæstio hæc in Scholis dicitur, An sint Antipodes? An sit Iustitia? Composita autem, An iusti tia sit expetenda? Constitutio seu recta earum Enunciatio est, Iustitia est: Iustitia est expetenda. An non vtraq; est integra Enunciatio, & Quæstio, hoc est, integra è duobus argumentis sentẽtia? An non in priore Verbum, Est, tam sit alterum argumẽtũ, quam Verbum Viuit, in hac sententia, Antipodes viuunt? Omninò verò. Nam de Antipodibus tã aliquid enuncias, cùm dicis, Antipodes sunt, quã cùm dicis, Antipodes sunt homines, aut, Anti

Frã. Hoto. podes nobis cõtraria vrgent vestigia. Quod vt magis appareat, clariùs eiusmodi Quæstionis sentẽ tiam expone, An sint Antipodes in rerum natura? An

Tractatio nullà simplex. sit in humano genere Sapientia? Vt Cic. 3. de Orat. loquitur. Deinde nec simplex aut nuda posit vlla esse tractatio, cùm saltem Axiomatum, & si longior sit, etiã Methodi dispositiõe perficiatur. Nã nec Magistro rum Tabulis, quæ nudis adumbrantur verbis, nudæ ac simplices res; sed suis affectis argumentis & definitionibus explicatæ intelliguntur, methodicaque forma comprehenduntur. Hoc igitur primum est ad illam Diuisionem refutandam argumentum, quòd

Argum. nec Quæstio, nec Tractatio nuda & Simplex esse posit: alterum est, quòd res illi Diuisioni subiectæ, ipsa Logicæ Partitione generatim, vt & Votum tales affectiones Grammaticæ partitione, comprehendantur. Dixi enim Inuentionem simplicia

plicia argumenta, quæ sunt res & verba, id est, Themata simplicia separatim considerare; Iudicium ea comungere & iudicare: Item Grammatica singularum vocum proprietates in Etymologia interpretatur, Coniunctarum autem conuenientiam & rectionem Syntaxi exponit. Res autem suis notis symbolisque, id est, vocibus expressæ in suis disciplinis nominatim explicantur. Itaque illa non vera Quæstionum diuisio est, sed confusio rerum & vocum Dialectica Grammaticæque Partitionibus generatim subiectarum: neque tamen in Logica, quod illa Partitio intendit, desideratur, cum eius Partitione contineatur, & naturali progressu vsui conuenienter efficiatur. Quapropter de prima Quæstionum diuisione in simplicem & coniunctam Lex Κατὰ παντὸς, nec totam artis essentiam in vtraque versari, sed alteram partem in altera, nec simplicem Quæstionē esse aut tractari simpliciter posse; καθ' αὑτὸ vero simplicis & compositi considerationem non iuste soli Logicæ tribui, καθόλου denique lex, quod separatarum partium sit, id inconsiderate toti attribui pronunciat. Imo infra lex Κατὰ παντὸς totam Quæstionum separatam doctrinam mancam & inutilem esse conuincet. De Quæstionibus

Discrimen autem Quæstionis & Enunciationis nullum aliud est, quam quod hæc certa affectione & constitutione enunciet: illa autem dubia sit. Nec quicquam ad veram differendi rationem refert, simpliciterne quæras, an per Contradictionis formam, estq; vanum huius formæ à Propositione traditū discrime. Discrimen Q. & Enunciati.

Secunda deinceps Diuisio omnem Logicam Quæ- 2. Diuisio.

stionem dicit aut Generis esse, aut Definitionis, aut Proprij, aut Accidentis.

Hæc non Quæstionum genera, sed earum materiam nimis anguste diuidit. Argumentorum enim in Inuentionis generibus hæc distinctio propria est, quod alia sint Genera, alia Species, Definitiones, & ita deinceps. Sed quia argumenta sunt Axiomatum & sic Quæstionum materia ac principia: hæc quidem consideratio in Axiomata & Quæstiones inde cadit, sed nulla Quæstionum genera facit. Itaque Axioma definitur dispositio argumenti cum argumento, deinde per affectiones & species nominatim, quæ argumenta quoquo genere enuncientur, docetur, vt ita è materia Axiomata & Quæstiones considerentur distinguanturque. Et quoniam talis ex omnibus argumentorum generibus distinctio petitur, illa ex quatuor tantum argumentis diuisio nimis angusta est. Quare ex Axiomatum etiam generali doctrina hæc distinctio hauriatur & perficiatur, vt dicamus, Axioma & sic Quæstio Caussæ & Effecti, Subiecti & Adiuncti, Dissentaneorum, Comparatorũ, notationis & nominis, Coniugatorum, Integri & Membri, Generis & Speciei, Definitionis, & definiti, Testimonij & rei testatæ, vt intelligamus quæri, Sit ne hic illius caussæ effectus, hoc illius Subiecti adiunctum, & ita viciſsim ac in ceteris. Hæc inquam consideratio perfecta & vtilis, ideoq; generali Axiomatum & sic Quæstionum doctrina continetur: altera illa nimis impropria & angusta est. Notetur igitur Logica doctrina, Axioma enunciare omne argumenti genus, Simplex item om-

nc.

ne, exceptis plenis comparationibus & distributionibus, Compositum etiam omne, sed distinctis modis: atque hinc Quæstiones vtiliter distinguantur. De Quæstionibus.

Tertia deinceps Diuisio è decem Prædicamentis totidem Quæstionũ genera diuidit. At quorsum hæc? Ex distinctis artiũ generibus dicatur Quæstio Grammatica, Ethica, Physica, &c. & ex argumentorum generibus, Quæstio Caussæ & Effecti, &c. vt ante dictum: sed vt Prædicamenta sunt quorundam argumentorum, cum rebus ipsis confusa genera, ita etiam hæc confusa est & minus apta Diuisio. Propriæ & aptæ Quæstionum distinctiones sumuntur tum ex argumentorum generibus, tum ex rebus quæ enunciantur. 3. Diuisio.

Quarto alia Quæstio Cognitionis, alia Actionis, alia Logices esse dicitur. Mirabiles illi sunt Diuisionũ Cothurni, qui in omne propositum accommodari possunt. Nunc tota philosophia & artes, nunc Axiomata seu principia, nunc Quæstiones sic è finibus describuntur. Itaque vt artium & principiorum, ita & Quæstionum inanis est, & leuiculæ eiusmodi Diuisio. Nam omnis ars & Cognitionem habet sibi propositam in ipsis theorematis, & Actionem in vsu, quæ ijsdem præceptis conformatur: Dialectica autem rationem, Grammatica sermonem, Rhetorica ornatum omnibus rebus communem gubernat: estque harum generalium Artium vsus in Oratione de omnibus rebus instituta coniunctus. Itaque Artes veris suis finibus & subiectis ipsæ distinguuntur, vt Generales sint de Orationis facultatibus, Ratione, sermone, & ornatu: 4. Diuisio.

Speciales autem de rebus sibi proprie subiectis, vt Physica de Natura, Ethica de moribus, &c. Atq; de eiusmodi rebus illis subiectis, tota disputatio, non tantum Quæstio, dicitur Logica, quæ est de rebus logicis, Grämatica, de rebus Grammaticis, Physica de Physicis, & ita de ceteris. Ergo ineptum est talem ab Artibus ita distinctis. Quæstionum Diuisionem trahere, cùm talis distinctio rebus ipsis & toti tractationi conueniat, sitq; vniuersarum artium communis, non particulæ vnius propria.

5. Diuisio. *Quincto alia Quæstio dicitur, An sit? alia Quid sit? alia Quale sit? alia, Quamobrem, vel Quæ Caussa sit. Et hæc similiter Diuisio ex quorundam Argumentorum vt Caussarum, Adiunctorum, Comparatorum, & Definitionis affectione confusa & manca est & inutilis. Nec enim semper An sit? & pluribus etiam modis (vt infrà dicetur) quæritur, nec ad inuenendum aut iudicandum illa Diuisio quicquam facit. Ergo & illi ceteriq; omnes quærendi modi ab ipsis argumentorū definitionibus indicantur & offerūtur.*

6. Diuisio. *Sexto alia Quæstio dicitur θέσις, Infinita, alia ὑπόθεσις finita seu Caussa: & huius in Rhetoricis tria genera, Demonstratiuum, Deliberatiuum & Iudiciale constituuntur. Hæc postrema Diuisio ex Axiomatis simplicis Generibus sumpta, contra legem Καθόλε etiam in Quæstionibus ponitur, cum in Axiomatis semel & proprie explicata abunde sufficeret. Thesis est generale Axioma, Hypothesis speciale: & cum separata, nudaq; argumenta in ijs considerantur, in Thesi Genus, in Hypothesi species fuerit. Ergo vides*

vt

De Quæstionibus.

vt hæc generali logica distincte comprehendantur, quæ in Quæstionum doctrina variè distrahuntur. Et quidem mirabiliter hæc confunduntur: Docent Thesin disputari à Philosophis, Hypothesin ab Oratoribus, & huius tria genera faciunt Demonstratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale; atqui nihilominus monent, Hypothesin ad Thesin esse reuocandam, & vicissim. Omnium quidem Artium præcepta sunt generalia Axiomata, hoc est Theses: quæ quidem à Philosophis in artibus traduntur, & si quid in his dubium sit, argumentis disputatur. Quando autem Hypothesis hoc est singularis Quæstio, siue à Philosopho, siue à Poëta, siue ab Oratore, siue ab Historico Syllogismo disseritur, tum Thesis ex illa arte, ad quam Hypothesis pertinet, fit Propositio Syllogismi, & fundamentū Disputationis. Atque hoc est Hypothesin ad Thesin reuocare, nempe Propositionem, & generale fundamentum ad specialem Quæstionem accommodare, Syllogismumq; integrum disserere, vt in prima Catilinaria dicunt hanc esse Thesin:

Pernicioſi ciues ſunt morte multandi.

Hæc Propositio Syllogismi est, ex qua assumitur & concluditur, hoc est hypothesis disputatur.

At Catilina est pernicioſus ciuis,

Ergo Catilina est morte multandus.

Sic igitur generali tum Axiomatum, tum Syllogismi doctrina, ista Quæstionum diuisio apertissime continetur: imò etiam in Inuentione generatim præcipitur, Genus ad speciem quoquo modo disputādam, & hanc vicissim ad illud affectam esse & adhiberi:

quæ sic, tum generatim, tum speciatim enunciantur, hoc est, fiunt Theses & hypotheses. Quare satis appareret hanc etiam Diuisionem suis in generali Logica locis aptissime comprehendi, ideoque tum inique contra legem καθ' ὅλου, à quibusdam in Rhetoricis collocari, tum minus sapienter contra legem καθόλου πρῶτον in Dialecticis separatim doceri.

7. Diuisio. Septima diuisio est Quæstionū Methodi simplicis: At eā duo è generali Logica confundit. Primum enim ferè omnia Argumentorum genera, per quæ quoduis propositum deducatur attingit: hoc igitur in Quæstionibus alienum est; cum sit Inuentionis proprium. Deinde generalis Methodi ordinem ad Quæstiones illas applicat: qui similiter Methodi proprius, à Quæstionum autem materia per se alienus est. Quare cum omnia argumentorum genera in generali Inuentione pro sua affectione conuenienter doceantur; Methodus autem, quæ Iudicij est, cum Inuentione nihil commune habeat: ideo hæc Diuisio, duo aliena bona confundens alienior & minus propria esse intelligitur. Argumenta enim omnium generum ex Inuentione, Quæstionum autem forma ex Axiomatum doctrina petantur, Methodus denique vnica suis legibus ad qualecunque propositum accommodetur: & ita legitime disseretur, nihilq; errabitur. Neque enim est alia Methodus simplex, alia Coniuncta; sed Methodus reuera vnica, eaq; omni proposito communis, & ab omnibus excellentibus auctoribus vsurpata est, vt ad Methodum dicetur.

Oppug. PAED. Etsi hic multa solent disputari, ego tamen bre-

De Quæstionibus.

brevitatis gratia pauca attingam. Quæstionem Infinitam dicis esse Axioma generale, finitam speciale: sed Speciale in Logica in particulare & proprium. Hypothesis autem seu Causa in Rhetoricis in tria genera, Exornationem, Deliberationem & Iudicium diuidatur. Quomodo igitur ista conciliabis, & vnde hanc Hypotheseos, quæ nusquam in generalibus artibus extat, diuisionem petes?

DISC. Ista nulla Axiomatis aut Quæstionis diuisio est, sed nimis angusta quædam è forensi vsu tantū desumpta distinctio finium, modorumq; quæstionem specialem differendi, qui vt plurimi & innumerabiles alij sunt, in querendo, consolando, mitigando, concitando, terrendo, confirmando, præcipiendo, obscure dicta interpretando, narrando, deprecando, gratias agendo, gratulando, obiurgando, maledicendo, describendo, mandando, renunciando, optando, opinando, &c. ita in differentis instituto, voluntate & consilio positi in arte locum non habent. Nec est quod respondeas ad Exornationes, Deliberationes, & Iudicia modos illos omnes referri: cū id & nihil necesse sit, & nimis contortū, rem tā late fusam, ita breuiter adstringere, atq; huc imperfectos argumentorū riuulos, lacerasque dispositionis formas cogere, vt alias ad Rhetoricam cōferemus. Nā generalis ars ad quoduis Quæstionis genus, quocunq; modo fineq; tractandum æque parata & accommodata est. Quæstionum autē tam multiplices diuisiones vehementer iuuentutem implicant, & retardant, dum in ijs nouam aliquam doctrinam, & à generalibus artium præceptis distinctā

contineri putat, cum tamen in Logicæ progressu omnia illa, quantacunque sunt, commodissime se offerãt.

Oppug. PAED. Dicis Inuentionis doctrinam esse Thematum simplicium doctrinã, deinde axiomata esse Themata coniuncta, quæ vel suo iudicio iudicentur si manifesta sint, vel Syllogistico. si dubia, quæ sic Quæstiones nominentur, & sic axiomatum genera etiam Quæstionum genera esse. Deniq; totius Logicæ progressu & omne Quæstionis genus, & omnem differẽdi

1. Ob. rationem aptissime comprehendi ostendis. At vero nõ omnis Quæstio Syllogistica est, sed tantum ea, ad quã potest Ita vel Non responderi. Separata autem illa quæstionum doctrina etiam reliquas quærendi formas habet: quare nec axiomatum doctrina omnes Quæstionum coniunctarũ diuisiones, nec omnino va-

2. Ob. rias quæstionum species Logicæ progressus commode complecti & offerre videtur. Deinde separata etiam Quæstionum diuisiones non contemnendas ad facile & perspicue disserendum cõmoditates habent. Nam, vt è multis hanc præcipue attingam, ad certas Quæstiones etiam certi argumentorum loci accommodantur, quibus illæ præcipue disputãtur. Quare si & Quæstiones generali Logica mutilatè continentur, & separata doctrina tam præclaras cõmoditates habet: hanc ego retinendam esse existimo.

DISC. Recta tu me ad illud quod secundo loco proposueram, deducis, vt, dum tu generali Logicarum separatam doctrinam habere vtilitates, ego cõtrarium doceam, ostendamq; & vitiosas seu mancas, &

& inutiles esse separatas Quæstionum Diuisiones. Hic autem primo tu mecum considera, quemadmodum qualecunq; genus quæstionis commodissime generali Logica vtiliter doceatur. Omne Quæstionis genus, vel Axiomaticum appelletur, quo quæritur quoquo modo & respondetur disputaturq; tantum axiomate, vel Syllogisticum ad quod responderi potest, Ita vel Non, disseriturq; ad fidem dubitanti faciendam Syllogismo. Alterum autem fieri potest ex altero, præcipueq; posterius ex priore nascitur: vt si quæras, Quidnam hominem iustificat? Hæc Axiomatica quæstio est, ad quam Axiomate tantum respondetur: Fides hominẽ iustificat. Sed hoc responsionis Axioma tale est, vt ei possit Ita vel Non responderi: itaq; fit Quæstio Syllogistica: An fides hominem iustificet? ego respondeo Ita, alius contradicit, Non: vnde tertio argumento per Syllogismum est confirmanda. Nunc cuiuscunq; quæstionis materia est ex Inuentione; forma vero, qua enunciatur, è Iudicio axiomatico. Hoc est, Omnis Quæstio est axioma, quod argumenta enunciat: vt, Quis creauit mundum? Deus. Quæstio est efficientis & effecti, & responsio similiter, etsi ellipticos enunciata. Quot sunt partes Dialectica? Duæ: quæstio & responsio est integri ac membri. Quot sunt Iudicij genera? duo, Axiomaticum & Dianoeticum: quæstio & responsio est Generis ac specierum, sed quæstiones illæ duæ simplici axiomate, responsiones membra & species recitantes Copulato axiomate enunciantur. Similiter de ceteris intelligendum est: nec enim mihi quisquam vllum obtulerit Quæstionis genus, cuius ego

De Quæstionibus.

facilem ex Inuentione & Iudicio rationem & Analysin non ostendero. Quoduis præceptū de se, suisq; exemplis quærendi rationem simul indicat, quæ axiomatico iudicio disponitur.

2. Propos. 3. pars. Sed deinceps mancas & mutiles esse quæstionum diuisiones, ideoque recte exterminatas demonstratur hoc modo:

Propo. Si perfectæ, atq; vtiles essent: & omnes quærendi, logicæque adhibendæ rationes occasionesque complecterentur, & ad artis munera præstandū, hoc est, ad inueniendum ac iudicandum, essent necessariæ. Quod similiter de Grammatica & Rhetorica vsu intelligo.

Assum. At nec omnes quærendi, logicæque adhibendæ rationes & occasiones complectuntur, nec ad munera logicæ vel aliarum artium præstandum sunt necessariæ.

Compl. Ergo nec perfectæ illæ diuisiones, nec in arte vtiles, ideoque rectè, tam è Logica, quam è Rhetorica exterminatæ sunt, præsertim cum in Grammatica nullæ traditæ sint, quæ tamen nihilominus commode suo munere fungebatur.

Oppug. PAED. Ego vero ad Propositionem respondeo, tantam accurationem & perfectionem in artibus non requiri; sed satis esse, si præcipuæ cōmoditates præceptis cōprehendantur; Assumptionē aūt prorsus nego.

Propug. DISC. Sed ego & illam tuam ad Propositionem distinctionem prorsus repudio, & Assumptionem ita confirmo. Nam primum multæ sunt quærendi rationes quæ vulgatis generibus non continentur, vt, Quæ

1. Mutilæ. effi-

efficiens est? quis huius rei auctor est? quæ Materia? ex quo illud factum? quæ forma? quis finis? cuius rei gratia? ad quem vsum? quo spectat? quid efficere potest? quos fructus parit? vbi est? quando? qualis est? quantus est? cuias est? vnde dicitur? vnde venit? quo pergit? quot partes habet? &c. imo vnumquodque argumenti genus suam habet quærendi rationem. Ad eiusmodi autem quæstiones etiam logicæ vsus adhibetur, nempe explicationes & responsione ab ijs argumentorum generibus, de quibus quæritur: quod similiter de Rhetoricæ ornamentis intelligendum est, vt quis ornatus, quæ vox, quis gestus huic sententiæ conuenit? Metonymia, addubitatio, &c. Deinde multiplex etiam Dialecticæ vsus est, vbi nihil quæritur, vt in principijs & omnibus enunciatis per se manifestis, atque in eorum disputatione & methodo: itemque in quotidianæ vitæ mandatis, iussis, narrationibus, & similibus ratione vtendi modis logicæ vsus sæpissime adhibetur, vbi differendi nec occasio est in quæstione, nec ratio ad quæstionem dirigitur. De Quæstionibus.

Ergo demonstrato priore Assumptionis membro, etiam Complexionis prior pars inde efficitur, quæstionum diuisiones imperfectas & mutilas esse. Conclusio 1. partis.

Altera pars sequitur, diuisiones illas esse inutiles: quam sic colligo: 2. Inutiles.

Si vel in Rhetorica, vel in Dialectica vtiles essent; vel ad ornamenta adhibenda, vel ad inueniendum & iudicandum necessariam cõmoditatem haberent. At horum neutrum. Ergo nec illorum vllum. Primum ad ornamenta nihil amplius cõmoditatis habent, quã in Nullam cõmoditatẽ, habent ad verba & ornatum.

Gram-

Grammatica ad verborū simplicium etymologiam, vel coniunctorum structuram, ad sententias mente comprehensas accommodandam.

Deinde Aristoteles ait 2.cap.2.Post. finem Quæstionum esse, Inuentionem medij, id est, argumenti, quo illæ differantur. Atq; hinc & Apodictica Logica & Topica suas quæstiones attribuit.

At vero ad Inuentionem medij, imo omnino ad inuemendum & iudicandum, illa quæstionum distributio & consideratio nihil adiuuat. Primum enim vna communis Inuentio medij etiam ab Aristotele ipso, in illis ipsis libris, vbi Quæstiones, ex veteribus quibusdā Philosophis conquisitæ, traduntur, explicata est, vnde quoduis medium ad quamlibet quæstionem, imo quod cunque argumentum ad quoduis propositum disputandum absque quæstionis seu quærendi formæ consideratione, facilime eruitur. Nam primum in libris de Demonstratione nominatim quidem Demonstratorium Syllogismum ex certis argumentis & Enunciatis informare conatur: sed quia eius nullum vnquam exemplum exstitit, vt Cardanus & Ramus conuiceruntnihili illa mataeotechnia est. Cetera in ijsdem libris omnia communia sunt, vt de generalibus argumentorum locis fere omnibus, sed præcipue de causis, effectis, subiectis, adiunctis, indeq; definitione & distributione; itemque de Enunciati necessarij tribus notis scientificis, & de Methodo. In Topicis autem, quibus probabilis Dialectica doceri putatur, ijdem etiam, sed plures generales & communes Inuentionis loci explicantur, & prope infinita tautologia iterantur.

Analyt. poster.

tur. Et quanquam ad quæstiones illas Topicas, Accidentis, Proprij, Generis & Definitionis vspiam quædam applicentur, tamen illa accommodatio puerilis & manca est: quod nec hæc argumenta illis Quæstionibus sufficiant, nec hæ solæ illis tractentur. Ergo Organi partes, quæ ad illas Quæstiones verbis videntur adstringi, reipsa omnibus rebus communia argumenta continent. Reliquos autem libros præcedentes Categorematum, Categoriarum, Interpretationis & Analyticorum priorum, generalia omnino & communia, rerum omnium præcepta explicare, ipsi Interpretes affirmant. Postremo etiam Rhetorum in quinque partita Rhetorica, præcepta & instituta ita communia sunt, vt Cicero fateatur ijs omne propositum tractari commode posse. Quæ etiã caussa est, cur Cicero tam in partitionibus cæterisq; libris Oratorijs, quam in Topicis primum argumentorum genera summatim persequatur, vt quæ omni proposito æque sint communia: deinde Rhetorum quodam more speciatim ad certas Quæstiones certa etiam argumenta, ex propositis illis generibus accommodet: quasi primum generalem artem exponat; deinde puerilem quandam in certis quæstiunculis exercitationem instituat, atque ita commodiora quædam argumenta applicare doceat. Neque enim vel ipse vel Aristoteles interrogatus dicere potuisset, ea argumenta, quæ certis quæstionibus accommodarent, esse ipsarum omnino propria. Nam reipsa convicti, & illas ipsas quæstiones, quibus peculiaria attribuunt argumẽta, & omne Quæstionis genus ijsdem argumentis tractari, non negarent, sed potius

De Quæstionibus.

Rhetores.

potius ex Oratore suo Cicero, & è suis Topicis Aristoteles responderet; Quod autem argumenti genus (ait Cicero 2. de Orat.) cuique Causarum generi maxime conueniat; non est artis exquisitæ præscribere, sed est mediocris ingenij iudicare. His igitur locis in mente & cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit quod oratorem effugere possit, non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in vllo genere dicendi.

I. Sumendi vero (ait Arist. 1, Top. 12.) quam maxime vniuersales Loci: sic enim sumpti ad plures, commodiores fuerint. Item cap. 31. primi priorum: Via igitur & ratio de omnibus eadem. Sic enim ab vtroq; nominatum communis Inuentio cõmendatur & collaudatur. Atq; Ramea & Inuentio & Dispositio ita conformata est, vt ad quoduis propositum quoquo modo tractandum, vtraq; expeditissima sit; nec quicquam referat, quomodo res vel sententia, quæ arguenda ac disputanda sit, proponatur.

Accommodatio argument. ad Q

Sed singulatim Quæstionum confusio, & ad eas argumentorum superuacanea accommodatio comparetur.

I. THEMA SIMPLEX certis quæstionibus locisque & quidem methodice tractari; sed eadem argumenta etiam in Coniuncto valere docent. Sed totam Inuentionem, imo vniuersam logicam omni proposito communem esse semel logice docetur: quare hoc ad quæstiones separatim repetere lex catholica non permittit, multo minus quæstiones, quæ sunt primi iudicij, cum argumentis, & cum vtriusq; methodum

Collatio.

dum, quæ postremi est iudicij, confundere. Et ἀμεθοδία maxima est, postremum Methodi iudicium ijs argumentis, è quibus primum axiomata, deinde Syllogismi, ac tandem Methodi conficiuntur, trium graduum traiectione anteponere. Quinimo quæstiones illas consectari, est rem propositam per locos ducere, ita vt quidem methodi ordo præcipuis partibus etiam seruetur, sed reliquis non omnino. De Quæstionibus. Ducere per locos.

PAED. Attamen singulis etiam hisce Quæstionibus explicandis certos locos destinatos esse ac seruire monent. Delectus.

DISC. Memini: sed tota locorum doctrina generalis & communis est, nec sua natura vlli loci certis rebus adstricti sunt. Delectus autem ille facilimus est, & ex ipsis argumentorum affectionibus ad rem propositam accommodatis omnino apparet. Respon.

1. An sit, arguitur tum ab experientia & sapientũ asseueratione atque consensu, tum ab effectibus seu signis. Hic sensuum, & sapientum hominum testimoma, itemque effecta indicantur. At illa argumenta eadem opera è generali Inuentione petuntur, & plura etiam huc aliquid præsidij attulerint. Rara autem hac Quæstio est & minime κατα παντὸς. 1. An sit. Collatio. A. Hyp.

2. Quid sit, Disputatur definitione tum nominis, tũ rei, genere, specie, differẽtia, proprio, accidẽte: quæ è Prædicamentis sumuntur. At sola definitio propriè explicat quid res sit, vt est in eius definitione: quæ si propria sit, ex genere & differẽtia, sin impropria, ex pluribus etiã alijs constat. Nec etiã hæc argumẽta illi quæstioni tantũ seruiũt, & plura ad definitionẽ declarandam 2. Quid sit. Collat.

randam adhiberi possunt. Ergo generalis Inuentio hunc ipsum & vniuersum vsum logice indicat.

3. Quot sunt. Collatio. 3. Quot partes, siue quottuplex? *Explicatur Diuisione, Toto. partibus. At dixi supra ad cuiusque argumenti naturam peculiarem interrogationem esse accommodatam. Ergo generalis logica vt Definitionis, Quid, sic Distributionis, Quot vel Quottuplex, indicat; separataq; logica hic tautologiam habet.*

4. Causſæ. 4. Ad quæstionem de causſis, *applicant materiam, formam, effic. finem. At logica generatim hæc præcipit.*

5. Effecta. Collat. 5. Ad quæstionem, qui effectus, *ordinantur Effecta, Euenta, destinata, actus, vires, seu officia, &c At Effectorum definitio illam & quæstionem & accommodationem indicat.*

6. Affinia. Collatio. 6. Ad quæstionem, quæ affinia seu cognata *referuntur, Coniugata, Simlia, Comparata, Pronunciata. At alienior ab affectione argumentorum hæc quæstio est, quæ tamen ipsa Comparata spectat. Nam alioquin & Consentanea omnia, & Relata cognationem, id est, consensionem habent. Ergo teneamus quæstiones ad argumentorum affectiones proprie accommodatas, ad quas etiam horum vsus recte applicabitur. At Logica argumentorum & tales quæstiones & simul applicationes indicat.*

7. Contraria. Collat. 7. Ad quæstionem, quæ pugnantia vel contraria, *pertinent Repugnantia, Oppositа, Imparia, Dissimilia, At vera quærendi ratio hic est, Quæ dissentanea? & ea tantum dissentaneorum generibus tractatur: Imparia & Dissimilia sunt alius affectionis.*

8. Quæ

8. Quæ Testimonia, *testimoniorum generibus differitur. Quid igitur hæc separata logica commoditatis habet? Nihil. Generalis enim Inuentio & omnia argumentorum genera proprijs affectionibus explicat, & sic accommodatas de ijs quærendi formas indicat. Methodus autem logica accuratè ordinem demonstrat.* De subiecto Dialè. 8. Testim. Collat.

II. *QVAESTIO deinceps dicitur Generis, Definitionis, Proprij, Accidentis: quæ Dialectici propriæ dicuntur. His Prædicabilia, Categoriæ, & omnes loci inseruiunt. At cur non etiam Q. causſæ, effecti & cæterorum argumentorum dicitur? Nec omnes loci illis tantùm, sed omni proposito sui vsum præstant.* II. Q. diui. Collat.

III. *QVAESTIO est, An sit, quid sit; quale (alij, qp) sit, quamobrem sit: quæ Demonstratoris propriæ sunt: sed tamen superiores cum his iunguntur. Rectè contunguntur: quia nulla arte distinctæ sunt. Sed Rhetores etiam disserere, An sit, monent. Hic igitur distinctiones. At bone Deus, cur non aperta logica adhibetur, quæ omnes illas difficultatis nebulas discutit: demonstrator & dialecticus idem est: differentia tantū est in axiomatis necessarijs & probabilibus.* III. Q. diui. Collat.

An sit.

Quæstio, An sit, à Cicerone in quatuor artes distribuitur: Sitnè aliquid? vnde ortum sit? An hæc vel illa causſa fecerit? An his vel illis rebus aliquid mutetur? At prima est essentiæ quæstio: cæteræ sunt obscuriores de causſis interrogationes. Sed omne argumenti genus certam de se quærendi rationem ostendere sæpius dixi. Collatio.

An sit, ait Cicero, *coniectura, Quid est, Definitione,*

Argumenta. one, Quale est Iuris & iniuria distinctione tractatur. Dialectici ferè omnes locos ad antecedentes quatuor quæstiones accommodant, sed demonstratorem seligere commodiora argumenta monent. At in generali Inuentione argumentorum affectiones ita distinguuntur, vt vnde necessaria vel contingentia axiomata fiant intelligatur. Ergo inde verior demonstratio. Coniectura verò non est nomē argumenti, sed eius per axioma fructus mente conceptus. Itaq; signis, caussis, effectis & Coniunctis dicitur disputari. At nec

Collat.

La. Gor. hi loci coniecturæ tantùm seruiunt, nec Coniectura his satis demonstratur: vnde etiam ipsi auctores monent plures incidere. Imo ipse etiam Cicero in Partit. monet è verisimilibus & proprijs rerum notis, id est ex omnibus argumentorum generibus sumi. Sic igitur An sit, nunc est de simplici quæstione, nunc de composita Demonstratoris & Rhetoris. Alij quædam argumenta, alij omnia illi tribuunt. Quid prodest hæc confusa diuisio? obest certè plurimum. Generalis autem Inuentio commodè omnia argumēta suppeditat.

Quid sit. 2. Quid est, hic etiam definitione dicitur explicari: Rectè: hæc quæstio definitionis propria est. Sed

Gorsc. Definitionem ait Cicero ex omnibus exponi. Certè sic fit Descriptio, vt supra dixi. Itaque etiam partim Cicero, partim alij auctores addunt, Quid sit, explicari descriptione, Notatione, genere, specie, differentia, proprio, diuisione, partitione, coniugatis, caussis, effectis, antecedentibus, consequentibus, repugnātibus, & cæt. An non sic tota Inuentio ferè ad vnam quæstionem accumulatur? At semel generatim exposita

stia multò facilius in omne propositum, omnemque quæstionem, quàm tot concisis repetitionibus, accommodatur. De Quæstionibus.

3. Quale est, *recti prauique partibus explicatur, vt Cicero ait: At ea argumenti generalia nomina nulla sunt. Additur igitur eius disceptationem è locorum descriptione sumendam esse. Cur igitur generali Inuentione contenti non sumus? &c.* 3. Quale. Collat.

Porrò dialecticæ generis Quæstioni *accommodantur hi loci, definitio, partes, totum, notatio, coniugatio, genus, species, simile, dissimile, contrarium, antecedentia, consequentia, repugnantia, caussa effecta, &c. Sed cur non dicitur vno verbo, Omnia argumenta? aut cur non potius tota hæc nimis operosa & inutilis separatio omittitur?* 1. Generis Q. Collat.

Quæstioni Definitionis, Proprij, & *accidentis eadem dicuntur genera conuenire: ergo idem etiam hic respondemus.* 2. 3. 4. Defi. Pr. Acc.

Cognitionis & actionis *quæstionibus propria argumenta non attribuuntur: quia hæ alias includas habent. Sed nec inde quæstionum valet diuisio, vt supra dictum est.* Cognit. Action.

Infinitæ quæstioni *tota Inuentio communis esse dicitur: rectè, quia omni enti & non enti communis est: sed tautologia duplex hic est: quia & generale Axioma, quod ita solet esse Propositio Syllogismi, in quæstionibus, & communis Inuentionis vis ad has ipsas iteratur.* Infinita.

Finita quæstio infinitæ est cognata, & *altera ad alteram in disputationibus sæpe traducitur.* Finita.

Collat. *tur. At hoc axiomatum est, potestq; generale communi tari in speciale. Sed in disputationibus nunc thesis seu infinita quæstio, id est, propositio Syllogismi generalis; nunc hypothesis seu finita, id est, assumptio seu cõplexio speciales disputantur. Ergo id Syllogismi legibus præcipitur, hic obscura tautologia repetitur.*

Finitæ genera. Collat. Finita quæstio à Rhetoribus in tria genera distribuitur, Demonstratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale. *At hæc diuisio ad forenses caussas accommodata pro vniuersis rerum generibus nimis angusta est, vt etiam Hyperius testatur.*

Monent in hanc, An sit, Quid sit, Quale sit, incidere: quanta confusio? generalis logica abundè illa omnia præstat.

Peculiares Inuentionis locos in vnoquoque genere indicant, peculiares ratiocinandi formas præscribunt: & vniuersam dispositionem in partibus orationis ordinant, minutosq; locos & consilia singulis partibus attribuunt. Sed in confirmatione præcipuè peculiaria tradunt argumenta, sic,

1. In Demonstratiuo genere *aliquid vel ob honestatem splendidè laudatur, vel ob turpitudinem vituperatur, nempe tum* Persona, *à parentibus seu natiuitate, à patria, ab educatione, à pueritia, adolescentia, iuuentute, senectute, rebus gestis, morte, &c. tum* Factum *ab honesto, vtili, possibili, &c. tum* Regio vel vrbs, *à situ plano vel montoso, à conditoribus, ab antiquitate, populi celebritate, copia rerum necessariarum, religione, politia, &c.*

2. In

2. In Deliberatiuo genere *ex locis præcipuè Honesti, inhonesti, vtilis, inutilis, facilis, difficilis, pietatis, impietatis, iusti, iniusti, possibilis, tuti, periculosi, necessarij non necessarij suasiones ac exhortationes, vel dissuasiones, & dehortationes sumuntur.*

3. In Iudiciali *Iudicis clementia vel sæuitia ob iustum vel iniustum, ex locis præsertim voluntatis, testatis, naturæ, legis, consuetudinis, æqui, boni, pacti, definitionis, Comparationis, & Inartificialium argumentorum excitatur.*

Collat. *At illi Loci nec ferè argumentorum, sed rerum genera sunt, nec illis ipsis causis tractandis sufficiunt, sed plures è generali logica adhibendi sunt. Et quidem omne argumenti genus, missis illis rhetorum locis, multò paratius è logicis fontibus vna opera petitur, quam partim ex Rhetorum riuulis, & partim è dialecticis locis operosè cõquiritur. Nam logicam Inuentionem scrutantes & in illa à Rhetoribus monstrata, & in reliqua omnia vno ductu incidimus.* Test. 1. *Testantur hoc illæ ipsæ doctorum hominum de quæstionibus & eorum locis commentationes: quibus etsi proprium aliquid singulis conantur attribuere, tamen semper in communia recidunt.* Test. 2. *Testantur idem apertæ & veritatis vi, etiam in ipsa confusione, expressæ magnorum hominum confessiones; cum naturalem artium distinctionem anticipantes, vulgatam tamen confusionem in præceptis retinent. De Cicerone supra aliquoties diximus: &* Iacobus Gorscius *lib. 6. Commentariorum artis Dialecticæ, dũ ipse & vberiorẽ, & robustiorem ac neruosiorẽ disputationẽ esse, si è logicis* Gorscius lib. 6.

fontibus argumenta hauriamus, fatetur, hoc in Antonij persona Ciceronis testimonium citat: Singularũ (ait Antonius) caussarum defensiones, quas solent magistri pueris tradere, relinquamus: aperiamus autem capita, vnde omnis ad omnem caussam & orationem disputatio docetur: Hæc ille.

Test. 3. *Testatur deniq; ipsa experiẽtia, pueros varijs quæstionum præceptiunculis ita implicari, vt expedire se nequeant; contraq; è generalibus artibus expeditè loqui, dicere, & disserere. Ratiocinatio autem Rhetorũ est Syllogismus crypsibus tractatus, de qua apertè logica: ordo partium orationis est Methodus.*

Cõclusio. *Quæ cùm ita sint, tota illa & Quæstionum separata doctrina, & certorum ad illas locorum accommodatio, vt intricatam difficilemq; tautologiam habet, ita superuacanea, atque tum ad inueniendum tũ ad iudicandum inutilis, imo perniciosa est. Quapropter tam inuolutam cõfusionem, vnde se auctores ipsi, quantumuis multis distinctionibus, satis euoluere nequeunt, relinquamus, & paratißima generalium artium consilia ad expeditè inueniendum, accurateq; iudicandum sequamur.*

DISPV-

De Partit. Dialect. Ad cap. 2.

DISPVTATIO II. DE PARTITIONE, ET ARGVMENTI GENERIBVS.

I. THESES, QVAE IPSA Artis Theoremata.

Thesis.

DIALECTICAE partes duę sunt, Inuentio & Iudicium.

2. Inuentio est pars Dialecticæ, de inueniendis argumẽtis, &c.

II. QVAESTIONES.

I.Q.

I.Q. An Logica ex partium Distributione sit constituenda?

Logicam omnino partitionem recipere, ex eaq; constituendam esse, sic à partium forma fineq; efficitur:

QVod artis vniuersam essentiam recipròcè continet, omnesque eius particulas distinctis primarijs officijs ad propositum finem dirigit: ex eo ars omnino constituenda est.

Sic enim ex lege καθόλου πρῶτον generale

generatim enunciatur, & ex lege Methodi notitia secundum sequitur primum.

At Logicæ partitio vniuersam eius essentiam reciprocè continet, omnesq; eius particulas distinctis primarijs officijs ad propositum finem dirigit.

Docet enim nos inueniendo & iudicando differere, propositumq; finem adipisci.

Nec quicquã in Logica præcipitur, quod in hanc partitionem non subeat.

Ergo Dialectica omnino ex partiũ Distributione est constituenda.

CONTENTIO.

Oppug. ab elementis. *PAED. Sed si Dialectica à simplicissimis, ijsq; cõmunibus elementis progreditur ad coniuncta: non videtur esse partienda, aut certè non initio.*

Prop. Quia communia illa Elementa cùm neutrius partis sint propria, rectè absq; partitione præcedunt.

Assump. *Dialecticam autem à communibus eiusmodi elementis progredi, testantur Aristotelis interpretes: qui eius officia sic ad mentis operationes accommodant, vt sit primò simplicium apprehensio, deinde Compositio seu Diuisio, tertiò Ratiocinatio: atq; in eorum etiam singulis aiunt dominari Inuentionem & Iudicium.*

Complex. *Vnde efficitur, Dialecticam ita non esse distribuendam initio, præsertim in Inuentionem & Iudicium. Itaque videmus, multos Dialecticã ex Aristotele de-*

du-

duxisse, vt initio sic partiti non sint, sed in medio partitionem, in qua vsus elementorum appareat, attigerint. De Partit. Dialect.

DISC. Respondit, ad Definitionem, Scire & per Definitionem seu Caussas nosse, idem esse. Definitio Caussas vniuersæ essentiæ summatim complectitur: Partitio nominatim easdem & distributim continet, atque ita vniuersum artis statum distributis officijs absoluit. Quapropter rectè Plato & Aristoteles Philosophiæ eos imperitos dicunt, qui initio Definitionem & Distributionem artium nullam admittant. Propug. à Causis.

De Elementis autem illis respondeo, non esse ea communia eiusmodi principia, sed totius artis particulas temerè distortas, & è proprijs sedibus auulsas, imo ex alijs etiam disciplinis confusas. Sic prædicabilia, quæ separatim docentur, Inuentionis communia argumenta sunt, in qua & rectius & ad vsum accommodatius docentur. Categoriæ verò argumentorum etiam genera quædam cum Physicis, ethicis, alijsque rebus permista continent. Enunciatorum vero doctrina tantum abest vt Elementaris tantum sit, vt etiam non modo primum, sed difficilimum Iudicium contineat. Neque tamen principia & elementa differendi desideramus: sed tota Inuentio elementaria est, quæ minima in differendo principia, singulas nimirum rationes, solas & per se absque dispositione consideratas, hoc est, verè nuda prædicabilia, vnde omnium generum Enunciationes conficiantur, exponit: à quibus ita fit progressus ad cõposita, nẽpe ad Enũciationes, & hinc ad Syllogismum & Methodum, vt Elementa. 1. Prædicabilia. 2. Categoriæ. 3. Enunciata. Progressus Logicus ab elementis.

hæc Logicæ informatio sit ad illas animi operationes accommodatissima. Quare hoc iure obtineo, ex Partitione essentialium membrorum, qua & ad propositum finem benè differendi omnia commodissimè dirigantur, & animi illæ operationes ad viuum adumbrentur, Logicam omnino constituendam esse. Hæc enim diuina luce in Logicam introducta, densissimæ confusionis & obscuritatis tenebræ prorsus discutiuntur.

II. Q. An bona sit Partitio ἀνὲ ὸ artium principia.

II. Q. An igitur Dialectica in Inuentionē, & iudicium legitimè distribuatur?

Propug.

DISC. Partitionem hanc legitimam, & essentiales totius artis partes complexam, esse, confirmatur summa ratione Naturalis Vsus, qui rectè artis præceptis etiam ab Aristoteli ipso subijcitur, atque proponitur: eaque deinde locupletissimo nobilissimorum Logicorum testimonio comprobatur. Itaque sic à Typo & Magistro Artis colligo:

Propos.

SI Naturalis RATIONIS in omnibus præstantibus auctoribus, omnibusq; omnino benè differētibus hominibus, Vsus huc incidit, vt primò cogitentur & inueniantur, quæ differenda sint; deinde vt ijs dispositis iudicetur; tertium verò Mētis in differēdo opus nullum sit: certè duæ illæ partes necessariò efficientur, nisi Logicam ἄλογον comminisci, & à Mentis officio discedere velimus.

Nunc

De Partit. Dialect. Assum.

Nunc autem naturalis rationis vsus totus huc incidit.

Retexantur omnia in Poetis, Oratoribus, Philosophis, Mathematicis, Historicis, omnibusque omnino hominibus benè differentibus, & Mentis in differendo actiones progressusque obseruentur: profectò tantũ Inuentionis & Iudicij fructus deprehendentur, & hoc artificio accuratè retexentur.

Ergo hæ duæ partes Inuentio & Iudicium Logicæ omnino propriæ & essentiales fuerint: quæ præceptis quidem totam artem continentibus sunt distinctæ, vsu autem omnium rerum communi, semper cõiunctæ.

Atque hæc prima summaque, vt omniũ documentorum, ita etiam huius partitionis Confirmatio est: ad quam comprobandam secũda ex Aristotelis, & Aristoteleorum nobilissimarum Scholarum à quibus eadem partitio constituta & celebrata est, auctoritate accedit.

CONTENTIO.

Oppug. ab exemplis dist.

PAED. *At verò Aristoteles & initio Partitionem omisit, vt Talæus ipse ad Partitionem ait, & aliam etiam à differentia finis fructusq; differendi constituit, in cuius singula membra peculiaris Inuentio iudiciumq; incidat. Deinde etiam alij clari nobilesq; logici tum hanc, de qua dicam, Aristoteleam secuti sunt, tũ alias*

alias etiam Distributiones adhibuerunt, & quidem Naturali vsui etiam, vt aiunt, conuenienter. Itaq; sic primùm vestram partitionem impugno.

Prop. Veræ species totius vniuersi erunt ἀντιδιηρημέναι, distinctę, & inter se oppositę, quę semel in idem non concurrant.

Assumpt. At Analytica & Topica sunt Species ἀντιδιηρημέναι: Inuentio & Iudicium non sunt.

Profyll. Assum. *Nam cùm Logica sit ars probandi & fidem faciendi per notiora; Probatio autem omnis aut sit necessaria, aut* ἔνδοξος, *probabilis: rectè & vsui naturali conuenienter vna Logicæ species* Analytica *de proprijs & necessarijs; altera* Topica *de probabilibus rationibus constituitur. Et porrò vtriusq; illius partis Dialecticæ finis est Inuentio & Iudicium, vt posimus inuenire & iudicare argumenta, quibus probandum est aliquid. Vnde apparet, Inuentionem & Iudicium non esse Species ἀντιδιηρημένας, vt quæ in idem concurrat, nec sint præceptis distinctæ, sed per vniuersam artem tanquam eius facultates confusæ.*

Comp. Ergo Analytica & Topica sunt veræ species, Inuentio & Iudicium minimè, vt malè Stoicis, has Dialecticæ species, auctore Boetio, facientibus visum est.

Atque ita libri Aristotelis scripti, & in Analyticos ac Topicos rectè distributi sunt; ideoque interpretes vt Alexander, Themistius & alij plerique Organi libros ad Analyticam, Topicam, & Sophi-

phisticam digesserunt.

De Partit. Dialect. Propug. ex vera Distrib lege.

DISC. *Intelligo quid velis, & cum magnis quibusdam viris contendas: sed videte ne hoc nimis præposterè conemini.*

Propositionem vobis libenter largimur, atq; optamus, vt ex partibus ἀντιδιῃρημέναις nobiles Dichotomiæ in artibus ac disciplinis haberi possint. Recordor itaq; Logicum illud P. Rami in loco Distributionis Axioma: Tantò eam accuratiorem esse, quantò partium & cum Toto consensio, & inter se dissensio maior fuerit.

propositio cõceditur.

Assumptionem autem prorsus nego: & primùm de vocabulis, deinde etiam de reipsa respondebo. Nũquam P. Ramo venit in mentem, vt Inuentionem & Iudicium Logicæ species, vt in Scholis loquuntur (sic enim vtraq; separatim esset integra diserendi ars & facultas) efficeret, sed partes illas facit vnum Logicæ Corpus constituentes, quæ præceptis & eorum vi non modo distinctæ, sed etiam oppositæ sint, vsu autem coniunctæ. Tu verò Analyticam & Topicam species facis, quarum vnaquæque Generis naturam communem, suamq; Inuentionẽ & Iudicium habeat, vt sint genere eædem, formis autem finibusq; cõtrarijs distinctæ: cũ Necessariũ, quod Analytica disputat, & probabile, quod Topica, sint contraria. Sed hæc vide quomodo cohæreant: & qui nam Logici illam Distributionem hac ratione approbarint. Differentia Necessarij & probabilis, cõtraq; falsi, nec ad vniuersam artẽ nec ad Syllogismum, Methodumue, sed tantũ ad

Ass. negatur.

Non species, sed partes.

Analytica Topica.

Necessariũ probabile. Falsum.

Enun-

Enunciatum, iudicij vnam particulam propriè pertinet: quomodo igitur ex ea particulæ vnius affectione totam artem distribues? Deinde plerique vestri Logici non totam artem, sed Syllogismum ex materia in illas Species, Apodicticum, Topicum, & Sophisticum ferè distinguunt. Itaq; ego contrà nunc illas Species vniuersæ artis ἀντιφημένας non esse, sic efficio:

Propositio Si Analytica & Topica distinctæ sunt & inter se oppositæ species: certè vnaquæque & communem generis essentiam habebit, & propria totius suæ corporis forma constituta ab altera distinguetur, Sin vero membra erunt: ipsa quoque & toti essentialia, & inter se essentialibus proprietatibus opposita sint necesse est.

Nam vt tota ars ex totius corporis essentiali differentia, non è membri vnius affectione definienda est: ita etiam essentialibus partium formis distribuenda: qui secus partitur, malè & falsò partitur, vt satis è Totius & partium definitionibus, & legibus distribuendi intelligitur.

Assumpt. At Analytica & Topica, nec communem essentiam Logicæ pariter participant, nec totius sui corporis forma ita, vt vel species, vel membra essentialia solent, distinguuntur, nè in ipso quidem Aristotelis Organo: quod etsi verbo ad istas differentias in posterioribus Analyticis & Topicis referri

ferri videtur: totum tamen reipsa est commune generis & necessarij, & contingẽtis. De Partis. Dialect.

Ergò Analytica & Topica nec membra totius artis, nec species sunt. Compl.

PAED. *Assumptionem velim apertiùs demonstres.* Oppug.

DISC. *Nam particula Logicæ vnica, nimirum Axioma hanc sibi Necessitatis & probabilitatis differentiam propriam vendicat; tota ars eam respuit, quæ necessarijs & probabilibus, imo fictis etiam prorsus communis est, nec omninò illis differentijs distingui potest. Imo ista differentia ne ex vna quidem propriè artis particulâ, quæ est de Axiomate (cuius doctrina etiam tota est necessaria & constans, secus ars non esset) sed potius ex opere eius, seu fructu & exemplo petita est. Ars enim semper necessaria, nunquam contingens est: sed exempla alia necessaria sunt, alia contingentia. Quapropter à P. Ramo sapienter in cõmunibus Enunciati affectionibus, è quibus exempla agnoscantur, eiusmodi differentia collocata est. Reliqua verò in arte omnia tota sunt communia omnis entis & non entis, id est, veri necessarij aut contingẽtis, & ficti aut falsi: nihil huius proprium, alterius alienum. Inuentionis enim genera omnia tam necessarijs quam probabilibus, imo etiam fictis cogitandis, et inueniendis æquè conueniunt: & tamen diuersæ argumentorum affectiones, vt essentiales, & aduentitiæ, cæteræq; omnium generum, in quibus sunt necessitatis & probabilitatis fundamenta, accuratissimè distinctæ sunt. Deinde Axiomatis formæ quibusuis argumen-* Propug.

mentis sententijsq; enunciandis accommodatæ sunt: & tamen hic propriè illæ differẽtiæ explicantur, quibus è dispositione argumentorum sententiæ necessariò aut probabiliter veræ, falsæúe iudicentur. Porro Syllogismorum genera cuiuis Quæstioni concludendæ; & Methodi leges quibuslibet Axiomatis ordinandis cõmuniter & generatim conueniunt: & tamen è Syllogismorum definitionibus omnino intelligetur, quinam affirmatas aut negatas, easq; generales, speciales, aut proprias Quæstiones concludant. Et quidem in ipso Aristotele ita omnes Logicæ partes generales & communes sunt; nisi quòd perplexa tautologia, eadẽ communia instrumenta, nunc ad necessitatem, nunc ad probabilitatem variè iterantur; vt id diuersis temporibus ad discipulos exercendos factum videri queat.

Oppug.

PAED. Attamen cùm aliæ argumentorum, vt formæ & formati, Subiecti & adiuncti proprij, aliorũque etiam nonnullorum affectiones arctißimè cohæreant, & natura simul sint; aliæ non item: atque, cùm Syllogismi etiam tam in contingentibus, quàm in necessarijs versentur, vt & Methodus: rectè ad illas differentias tota ars mihi distingui videtur.

propug.

DISC. Omninò sanè argumentorum affectiones, in quibus iudicij semina & fundamenta latent, accuratißimè distinctæ sunt: sed ars tamen tota generalis, vniusmodi, & ijsdem inueniendi iudicandiq; legibus tam necessariæ, quàm contingenti materiæ communis est, vt non sint alia argumenta rerum necessariarum, alia probabilium; nec aliter definiatur

Cauſſa

Causſa harum, quàm illarum, ſed ijſdem definitionibus & legibus tum argumenta omnia, tum Axiomata, tum denique Syllogiſmi & Methodus in quamlibet materiam adhibeantur, niſi, vt differentiæ illæ in Axiomate conſiderentur. Definitiones igitur & cætera artis regulæ neceſſaria ſunt Axiomata: ſed res alia Axiomata neceſſaria, aliæ contingentia, & contrà, aliæ falſa conſtituunt. At verò argumenta, cùm ſint ſingulæ rationes, ſolæ & per ſe conſideratæ, nec verum, nec falſum abſq; diſpoſitione efficiũt: ſed eorum diſpoſitio è rerum natura & affectione illos iudicij fructus parit. Hinc Ariſtoteles ait, Nomimibus & verbis, quæ ſunt Argumentorum ſymbola, neq; verum, neque falſum, ideoq; nec neceſſarium aut contingens, ſignificari. Inuentio igitur communia omnium argumentorum generà, ſuis quæq; ijs q; vniuſmodi definitionibus exponitur, quæ & in neceſſarias & in probabiles res adhiberi poſſunt: At ipſa verum aut falſum non intuetur, nec iudicat & diſtinguit. Syllogiſmus autem ſemper neceſſariam conſequentiam (ſecus legitimus Syllogiſmus nõ eſſet) Methodus variorum axiomatum ordinem aut confuſionem iudicat. Vnde ſatis apparet, Neceſsitatis illam & probabilitatis differentiam tantùm ad Enunciati communes affectiones, ad totam autem logicã nihil omninò, attinere. Tamen à P. Ramo, tum fundamenta illarum in argumentorũ affectionibus, tũ eas ipſas in Axiomatico iudicio, ſuo loco accuratiſsimè explicari, in Organo aut logico Ariſtotelis, quod ad eas diſtinctum eſſe dicitur, mirificè confundi & obſcurari. Conclusio.

Oppug. Organon ita distinctum esse.

PAED. Sed esto, P. Ramus ita generalem & communem Logicam pro suo arbitratu facere conatus sit: at in Organo Aristotelico Analytica de necessarijs, & Topica de probabilibus omnino separata & suis legibus distincta sunt.

Propug.

DISC. Imo potius nomine Necessitatis & probabilitatis confusa & distorta, reipsa autem verè generalia & communia sunt. Primùm enim ipsa Inuentio, etsi in sedecim Inuentiunculas dissecta est, & variè adiistas differentias accommodata: tamen tota cõmunis est, & generis apodictici, & probabilis: quod sic confirmo:

Propo.

Si tota Aristotelica Inuentio non est cõmunis: certè alia Analyseos, alia Topicæ propria sit necesse est, vt alia definitione Caussa Analytica, effectus analyticus, cæteraq; argumenta analytica, alia verò Topica explicentur.

Nam si vna definitione quæque argumẽta in omnes res adhibeantur: communis doctrina fuerit.

Assum.

At non est alia Analyseos, alia Topicæ propria Inuentio, nec diuersæ sunt in illis generibus argumentorum definitiones.

Quia omnia argumenta ijsdem suis definitionibus explicantur, tum in Categorematis Porphyrij, & Categorijs, tum in Inuentione medij tam Apodictici, quam Topici. Nec sunt alia Categoremata Apodictica, alia Topica; nec aliæ Categoriæ apodi-

podicticæ, aliæ Topicæ: neque item medij Inuētio alia est Apodictica, alia topica: sed omnia in illis omnibus sunt omnino communia. De Partit. Dialect.

Ergo tota Aristotelica Inuentio communis est. Comp.

PAED. *Attamen negari non potest in Posterioribus Apodicticam, & in Topicis Topicam Inuentionem de probabilibus separatim institui.* Oppug.

DISC. *Instituitur quidem; sed tamen Inuētio illa, quæ verbo Apodictica in posterioribus appellatur, de Causis, Effectis, Subiectis, Distributione, Definitione; reuera tota communis est etiam contingentium: neque alia definitio vel distributio de causis, effectis, cæterisq; argumentis, in posterioribus est, quàm quæ repetitur in Topicis. Topica autem quæ verbo propriam probabilitatis logicam pollicentur, reipsa communem Entis & non Entis præstant. Nam quatuor problemata, quæ sunt de accidente, genere, proprio & definitione, non instruunt potius Accidens Topicum, Genus Topicum, Proprium Topicum, & definitionem topicam, quàm accidens, genus, proprium et definitionem apodicticam. Et loci, quibus de Accidente disseritur in secundo & tertio Topico, communes omnium rerum Loci nominatim appellantur in secundo & tertio Topico. Neq; logica in problemate de Definitione, contraria est Logicæ de Definitione in posterioribus analyticis: neq; aliter in vtroq; opere Genus, differentiaue (vnde Definitio cōstat) definitur. Itaque* Propug. per distinctionem diuersorum. verbo dicitur, reipsa non est. Compl.

tota vel in Topicis. ſicut in organo toto, Inuentio communis & generalis eſt.

De Iudicio communi. Secundò Iudicium non aliud eſſe Apodicticum, aliud Topicum, ſed totum commune, ſic concludo:

Propoſ. Si Iudicium non eſſet totum generale & commune: certè aliud eſſet Analyſeos, aliud Topicæ proprium, & vtrunq; ſua forma diſtinctum.

Aſſumpt. At ſic proprium & diſtinctum non eſt.

Non enim eſt alia ars enunciandi, concludendi & ordinandi neceſſaria, alia ſic iudicandi probabilia: ſed vna omnibus materijs communis. Imo Enunciatorum exempla, ſeu res enunciatæ intelliguntur neceſſariæ ſeu contingentes: Syllogiſmus autem ſua forma etiam ex Partibus falſis conſtitutus ſemper neceſſariam conſequentiã efficit: Methodus ordinationem axiomatum dijudicat.

Compl. Ergo Iudicium etiam totum generale & communé eſt, atq; ita etiam ab Ariſtotele docetur, niſi quod ille moneat, quæ Syllogiſmorum figura ad Demonſtrationes

Oppug. ſit accommodatior.

P. Sed quoniam, vt ipſe fateris, ex alijs argumentis fiunt neceſſaria Axiomata, ex alijs verò non item: quid vetat, quo minus duplex etiam Logica conſtituatur, vna de Neceſſarijs, altera de probabilibus; præſertim cùm etiam alij Syllogiſmi ad docendum & de-

mou-

monſtrandum, alij non item, ſed tantum ad dedocendum valeant, & ad refellendum? Magnus profectò in eo ſtudiorum conſiſteret profectus, ſi iuuentus neceſſaria à contingẽtibus, & inde Demonſtrationes, quæ neceſſariò docent, à probabilibus diſputationibus & popularibus diſcernere poſſet. De Partit. Dialect.

DISC. Maximus profectò in eo fructus ſitus eſt, & ſumma hæc eſt Iudicij vtilitas, vt vera neceſſaria à contingentibus, & vtraq; à falſis ritè dijudicentur: ſed an non Ramea Logica hanc tibi facultatem abundantiſſimè præſtare videtur? Cùm enim primum omnia argumentorum genera ita accuratè definitionibus, diſtributionibus & proprietatum legibus doceantur, vt diſtinctæ affectionum vires, & arguendi facultates luce meridiana clarius appareant; deinde cum Axiomatum illæ affectiones, Verum & falſum, & illud neceſſarium aut Contingens; hoc autem Contingens, aut Impoſsibile, illuſtri perſpicuitate ſuo loco ita diſtinguantur, vt nominatim etiam oſtendatur, è quibus argumentis præſtantiora conficiantur Axiomata: quid quæſo hic deſideres ad illos fructus cumulatiſſimè percipiendos? Aut quæ cauſſa ſit ex vna generali & communi logica, in qua omnia perſpicuè omnino & diſtinctè doceantur, duas ſpeciales, in quibus omnia pernicioſa confuſione conturbentur, & odioſa tautologia obſcurentur, falſa & iniqua ratione comminiſcendi? Quæris quid vetet duplicem eiuſmodi logicam conſtituere: ego contrà quæro, quid cogat, quæ cauſſa ſit? Vetant certè naturalis Ratio- Propug.

nis Vsus, & hinc exstructæ Artium formandarum Leges: quas omnes, qui totam Logicam in Apodicticam de Necessarijs, & Topicam de probabilibus, partitur, temerè violat. Primùm enim contra Legem κατὰ παντὸς falsum dicit: quia falsas partes seu species facit, quæ partes totius non sunt: cùm nec argumenta nuda absq; collocatione, qualia Inuentio considerat, nec syllogismus, nec Methodus, sed tantum Axioma, vna artis particula, Verum aut falsum enunciet & iudicet. Deinde quòd nec Demonstrationis, qualem Aristoteles fingit, in rerum natura vllum exemplum reperiatur, vt Ramus, Cardanus & alij conuicerunt. Secundò in Legem καθ' αὑτὸ iniquum dicit, quòd etiam Sophisticam, partem heterogeneam & alienam (vitium enim virtuti est heterogeneum) in corpore Logico collocet.

1. Vitium in primam Legem.

2. In secund.

Tertiò contra legem Sapientiæ, καθόλου πρώτου, particulæ vnius, nimirum Axiomatis affectionem toti attribuit, tautologiam incredibilem committendo, dum sedecim Inuentiones veluti speciales & proprias ex vnica generali infinitè repetita & iterata accumulat: cùm tamen hæc vnica plus decuplo vt breuior & facilior, ita etiam ad omnes illos fructus præstandos accommodatior sit.

3. In tertiam

In Syllog.

Porrò ἀσυλλογίστως concludit & captiosè iudicat: In Logica spectatur verum necessarium, aut contingens. Ergo Logicæ partes duæ sunt, vna Apodictica de necessarijs, altera Topica de probabilibus. Quãquam hæc captio potius est intellectæ propositionis, quæ fuerit Axioma Connexum: Si in Logica spectatur

De Partit. Dialect.

catur Necessarium & contingens: ipsa tota sic distribuenda est. Respondeo, Axioma falsum est, cùm in vna parte, non in tota Logica illæ differentiæ spectentur.

In Metho.

Denique peccat ista Partitio in Methodum: quia Iudicium Enunciati & Syllogismi natura posterius, inconsideratè præponit: Inuentionem autem medij apodictici & topici subiungit. Vnde etiam pleriq́ue, qui ex Aristotele Dialectica deduxerunt, se mirificè torserunt, dubitantes qui Aristotelis libri ad hanc vel illam partem attinerent. Vides igitur nunc quid vetet, quò minus duplex, aut addita Sophistica, triplex Logica sit confingenda? Quod semel & multò facilius doceri potest, id non debet perplexa tautologia, vnde se discipulus decennio vix explicuerit, iterari, & ad varias Quæstiones earumq́, differentias obscura confusione accommodari, cùm semel & generatim explicatum, per se & sua sponte ad omne genus Quæstionis quoquo modo differendum sit accommodatissimum. Alia quidem argumenta habent necessariam affectionis cohærentiam, alia fortuitam: alia aliis sunt priora & illustriora, alia natura simul, & æquè manifesta; sed hoc & in Inuentione accuratissimè distinguitur, & tamen in totis sæpe non est generibus, nec denique in exemplis dicitur verum aut falsum, nisi accedat Axiomatica dispositio: in qua hæc differentia apparet, ideoque in arte hic ponitur. De Syllogismis quidem rectè dicis, alios Quæstiones affirmatas, quibus præcipuè doceatur, alios negatas, quibus refutetur, & quidem generales,

speciales, propriasq; concludere; idque ita accuratè in arte distinguitur. Sed quod dicis alios esse ad Demonstrationes illas aptiores, id quidem ita concedo,

Axiomaticum iudicium in syllogisticō.

vt dicam tamen primum id pertinere ad Axiomaticum iudicium, si præmissæ partes sint necessariæ, alioquin omnem syllogismum sua dispositione efficere necessariam consequentiam: deinde eosdem etiam syllogismos tam in Contingenti, quam necessaria materia posse vsurpari. Dicatur igitur sane Syllogismus affirmatus generalis, in Barbara, vt vocant, Apodicticus & Demonstratiuus, si & eius Sumptiones ex primo iudicio, & Complexio ex secundo sit necessaria; dicatur etiam Topicus, seu potius Contingens (illud enim vocabulum ad Locos pertinet) si sumptiones sint Contingentes (Consequentia enim semper in legitimo Syllogismo sua vi necessaria iudicatur) sed illa differentia Axiomatum propria est, ad Inuentionem, Syllogismum, aut Methodum nihil attinet; ideoq; nec in tota arte, nec in dianoëtico iudicio illius Distributio locum habet. Appellatio illa & distinctio ex Axiomatico iudicio & syllogistico cōiunctim deriuata in Scholis & exercitatione tolerari potest, vt etiam ab Aristotele vsurpata videtur: sed artis inde aut Syllogismi Distributio falsa, aliena, & impropria esse intelligitur.

Oppug.

PAED. *Dicis sæpè P. Ramum ex Aristotele tum omnem Logicæ materiam deduxisse, tum Aristotelica Methodo eandem collocasse: sed fatearis necesse est, hanc Partitionem Aristotelicam non esse, cùm Aristoteles nec ea nominatim vsus sit, nec ad eam*

Logica

Logicæ præcepta distinctè retulerit, vt ipse de confusione conquestus es, & Talæus ad Partit. apertè in quibusdam editionibus testatus est. Quapropter secundum de hac partitione argumentum à testimonio non modo Aristotelis, sed aliorum etiam præstantium logicorum explicatiùs audire aueo. De Partit. Dialect. II. ARG. de Partit.

DISC. Quoniam ita videtur, huius sanè auctoritatis argumenta altiùs à principe auctore, Deo ipso arcessamus: qui vt hanc duplicem vim, vnam inuemendi, alteram iudicandi, Menti impreßit; ita eandem geminis Mosaici λογεῖα notis, VRIM, & THVMIM apertè testatus est; quarum illa lucem Mentis ad cogitandum & perspiciendum; hæc ordinis accurationem & perfectionem ad integrè incorrupteque iudicandum significat. Exod. 28. Proœm. 1. & 2. Propug. Testimonia de legitima partitione. Deus auctor part.

Socrates deinde & Plato inter antiquißimos facilè principes, Inuentionem & Iudicium, seu Dispotionem Dialecticæ attribuerunt. Nam Socrates in Phædro Platonis, dum examinat orationem Lysiæ, partes Dialecticæ ἔυρεσιν καὶ διάθεσιν, Inuentionem & Dispositionem, apertè nominat. Atq; etiam Definitionem & Diuisionem (quæ sunt membra Inuentionis) & vniuersæ Disputationis Collocationem, nō solum effert laudibus, sed eiusmodi facultatem Rhetoricæ detrahens Dialecticam totam esse confirmat: & eos qui rectè definire, diuidere, & collocare queant, Dialecticos appellat. Socrates. Plato.

Aristoteles verò, etsi Organum, quod hodie circumfertur, initio partitione aperta distinctum non Aristoteles

est (vel illa partitio, vel integra Aristotelis Logica duabus illis partibus perfecta interijsse videatur) tamen illas partes in Organo & Rhetoricis nominatim appellauit, & proposuit, nempe εὕρεσιν, καὶ διάθεσιν, *siue* τάξιν, θέσιν, *&* γένεσιν, *id est, Inuentionem & Dispositionem, siue Compositionem & ordinationem, qua fit Iudicium. Sic primo Analytico distribuit totam Hypothesin logicam in* εὕρεσιν, καὶ γένεσιν, *& vtriusque Analysin, id est, Resolutionem communem vtriusque. Hæc autem Analysis fecit partitionem obscuriorem interpretibus, quòd hanc etiam partem quandam putarent: Cùm sit vtriusque partis examinatio, & exploratio, in propositis exemplis nostris vel alienis, quorum & Inuentio & Dispositio ijsdem illarum partium legibus exploranda sit.* 8. Top. *Idem repetit octauo Topico, Inueniendum esse primò, tum disponendum, atque vtrumque exponendum.* In Rhet. *In Rhetoricis similiter* πίστιν καὶ τάξιν, *Fidem & ordinem non solum partes, sed partes solas ad benè docendum necessarias esse confirmat. Itaque hæc Propositio* (Logica tota est Inuentionis aut Iudicij) *Aristotelis propositio est.*

Oppug. PAED. *Esto, partitionem hanc Aristoteles vspiam probauerit, attamen non est in tradenda arte eâ sequutus.*

Propug. DISC. *Imò verò reipsa sequutus est. Nam Categorias præposuit, & eis Topica subiunxit, vt ipse testatur Analytico primo, cùm Inuentionem medij, quam leuiter attingit, remittat ad Topica*

prius

prius expoſita. Quid igitur amplius hic obſiſti poteſt? De Partit. Dialect.

PAED. Sed id P. Ramo fortaſſe ita videatur: atta men Scholis Ariſtotelicis nunquam Partitio iſta probata & accepta fuit. Oppug. de Scholis Ariſtoteles propug.

DISC. Quid igitur Adraſtus, clariſſimus ille Ariſtoteleorum interpretum, qui tantopere celebratur à Simplicio, quid Adraſtus, inquam, aliud egit, cùm Categorias τὰ προ̃πτικω̃ν, tanquam diceres, Antetopica, appellauit, & illis Topica ex Ariſtotelis mandato comunxit, tum porrò Iudicij partes ſtatuit, nempe ἑρμηνείαν in Enunciato, Analyſin priorem in Syllogiſmo, poſteriorem in Methodo doctrinarũ? Quid? quòd eandem Partitionem, vt Ariſtoteleorum nobiliſſimæ Scholæ complexæ ſunt, ita Logici etiam Politici, qui hanc Artem in vſum popularem deduxerunt, vehementer probarunt, eamq; Ariſtoteli ſumma cum laude attribuerunt. Cui quaſo M. Tullij Ciceronis ſententia non ſæpe lecta & ſatis perſpecta eſt? Cum omnis diligens diſſerendi ratio (ait in Topicis) duas habeat partes, vnam Inuemendi, alteram Iudicandi: vtriusq; princeps, vt mihi quidem videtur, Ariſtoteles fuit. An non ſecundo de finibus, vt iam hoc etiam tantùm attingam, vtramq; facultatem perſpicuè interpretatus eſt, cùm inquit: Sed dum Dialecticam contemnit Epicurus, quæ vna continet omnem & perſpiciendi quid in quaq; re ſit, ſcientiam, & iudicandi quale quidq; ſit, ac ratione & via diſputandi, ruit in dicẽdo, vt mihi quidem videtur, nec ea, quæ docet, vult vlla arte diſtingui. politici. Cicero.

Sed

Quinctil. *Sed & Quinctilianus post Ciceronem, eandem Partitionem, tanquam inter Dialecticos indubitatam statuit, cum de Dialecticis circa finem libri quinti loquitur: Sibi & inueniendi, & Iudicandi vendicant partes: quarum alteram τεχνικὴν, alteram κριτικὴν vocant.*

propos. relata pro cõnexa ad præced. disp. cõcludendam. *Quapropter cùm & ipse DEVS, ipsius Mentis ac Logicæ, omniumqúe Artium auctor, & ipsa rerum natura, & antiquissimi quiq; præstantissimiq; Philosophi, Logici, Rhetores, & politici, atq; inter eos præcipuè Aristoteles, eiusq; sectatores primarij hanc partitionem legitimam, & naturali Rationis vsui conuenientem & accommodatam approbauerint: valde mirum est, Aristoteli ab Aristoteleis, qui videri volunt, hanc iustam laudem eripi & falsam affingi.*

Illustratio de vocabulis. prop. seq. *Sed permirum etiam est, vocabula Inuentionis & Iudicij quibusdam tantopere displicere, cùm principibus illis artium & linguarum auctoribus placuerint: imo cùm illi ipsi, qui ea partiendo refugiunt, reipsa*

Assum. *consentiant, verbis tantum, quæ meliora tamen ostendere nequeunt, discrepent. Nam plerique Materiam Inuentioni & Iudicio subiectam, eandem, eodemqúe penè ordine tradunt: tradere autem ad inueniendum & iudicandum videri nolunt. Sic enim doctrinam principiorum, id est Categorematum & Categoriarum, quæ sint Elementa & termini, vnde Enunciata fiant, præmittunt: doctrinam de Enunciato, Syllogismo, & Methodo subiungunt. At inquam, illa est Aristotelea, & Ramea, imo naturalis Inuentio: hoc Iudicium; nisi quod accuratiùs, quæ dispersa sunt,*

in

in summ quaq; locum & ordinem in generali Logica redigantur. De Partiu. Dialect.

3. Q. An Inuentionis & Iudicij partes præceptis omninò sint distinctæ, vsu autem coniunctæ, & omnium rerum communes? 3. Q.

Affirmatur à formis essentialibus: Propositio

QVæ reipsa ac veritate suis essentialibus, ijsque oppositis formis constãt, atq; naturæ ordine alia sunt alijs priora: ea etiam prorsus distincta sunt; quatenus autem sola & separata vsurpari nequeunt, vsu coniunguntur.

At Inuentio & Iudicium suis essentialibus & quidem oppositis formis constant, atque illa naturę ordine prior est: at res inuentæ absque iudicij forma vsurpari nequeunt. Assump.

Ergo Inuentio & Iudicium præceptis omnino distinguuntur, vsu autem omnium rerum communi coniunguntur. Complex.

CONTENTIO.

PAED. *Vt hanc Quæstionem etiam nostræ Scholæ consuetudine differamus, ego ad eam euertendam sic Assumptionem ab adiunctis impugno:* Oppug.

Si Inuentio & Iudicium per totam Logicam pariter confusa sunt: certè præceptis distinctæ nõ fuerint. Prop.

Nunc autem per totam Logicam pariter sunt confusa. Assumpt.

Sunt

Sũt enim communes artis fructus, fines, & facultates, quę præceptis Apodicticis de necessitate, & Topicis de probabilitate pariter præstantur.

Complex. *Vnde efficitur, præceptis illas, quas facitis, partes distinctas non esse.*

propug. *DISC. Assumptionem illius argumentationis vt falsissimam omnino repudio. Certè qui ita somniat, ille omnino quid sit Iuuentio, & quid Iudicium, aut ignorat, aut profiteri non vult. Non magis Inuentio & Iudicium in doctrina Logicæ, quàm Etymologia & Syntaxis in Grammatica, suis præceptis confunduntur: nec in vsu illæ partes magis, quàm hæ separãtur. An tibi ea, quæ nuda, solitaria, separata & simplicia sunt, non videantur à coniunctis & compositis esse distincta, imò his etiam oppositа ?*

Prop. Assump. *Nunc autem, vt Etymologia singularum & simpliciũ vocum proprietates absq; Syntaxeos confusione interpretatur: ita & Inuentio Logica singula argumenta, solas & separatas nimirum rationes, tanquam solitaria prædicabilia & nudos termios absq; vlla collocationis & iudicij ratione aut confusione sua tantùm affectione, quæ argumenti Definitione comprehensa est, docet, explicat, & sic ad differendum inuestigat. Deinde vt Syntaxis voces illas simplices certa structura coniungit, vt sententiam significent: ita & axiomatica Collocatio argumentum cum argumento iam primùm coniungit, vt inde sententia affirmata vel negata, & alterutra vera vel falsa efficiatur. Hæc autem si manifesta sit, statim intelligitur, & iudicatur,*

vnde

vnde Opinio, aut Scientia concipitur; sin dubia, fit Quæstio, quæ ad Syllogismi tribunal transit, cuius certis legibus per Tertium argumentum, vicissim ex Inuentione depromptum confirmatur: Methodus tandem varia axiomata in ordinem certum redigit: atq; ita inueniendo & iudicando vniuersa Logicæ facultas absoluitur. Vnde satis apparet, cum Inuentio in separatis, nudis & simplicibus argumentis versetur, Iudicium verò in dispositione, vt illa non disponat, hoc autem disponat & iudicet; earum partium præcepta esse omnino distincta, imo opposita; vsum autē in omnibus rebus coniunctum. Itaq; etiam illarum definitiones suis oppositis formis perspicue discriminantur, hoc modo:

De Partit. Dialect.

Compl. loco prop. rela.

Inuentio est pars Dialecticæ de inueniendis argumentis.

Iudicium est altera pars Logicæ de disponendis argumentis, ad benè iudicandum.

Certè inuenire nuda argumenta, & iudicare collocata, sunt opposita, vt etiam nondum inuentum, & inuentum. Idem porrò de singularum particularū definitionibus & documentis intelligendum est. Nec enim Definitio Caussæ, Effecti, aut alterius argumenti, est Definitio Axiomatis, Syllogismi aut Methodi; cùm argumenta sua inter se affectione ad inueniendum apposita. Axiomata, autem, Syllogismus & Methodus suæ dispositionis forma ad iudicandū directa, iudicij q; proprio fructu definiātur & explicētur.

Respon-

Respondeat igitur aliquis mirificus Logicus, & doceat, Logicam de inuemendis causis, effectis, cæterisque argumentis, esse eandem Logicam, quæ ἑρμήνυϑα Enunciati, quæ Analysis Syllogismi in suis figuris & modis, quæ denique Analysis Methodi in perpetua artium collocatione, etiam apud ipsum Aristotelem, etsi satis obscurum & confusum? Illic enim Inuentionis logica est, hic Iudicij logica. Concludo igitur tandem, Inuentionem & Iudicium non esse facultates & fructus artis per totam Logicam confusas, sed partes omnino distinctas, totum artis corpus constituentes.

Concl.

Oppug.

PAED. Ita tu mihi videris alium facere, qui possit inuenire verum, siue probabile illud sit, siue necessarium; & alium qui non inuenire, sed duntaxat iudicare possit: cùm potius idem artifex vtrunque præstare possit, habitu nimirum artis instructus. Habitus autem ille est Organicus, ex præceptis Apodicticis & Topicis comparatus, quo qui præditus est, is potest inuenire & iudicare. Vnde Inuentio & Iudicium non Logicæ partes distinctæ, sed potius aliarum partium distinctarum fructus, & inde comparatæ facultates esse mihi videntur.

Habitus Organicus

Propug.

DISC. Mirificam Logicam somnias, quasi nos alium inueniendi, alium iudicandi artificem faciamus, qui vnum eundemque; Logicum his duabus partibus & facultatibus instructum esse & quasi compositum aperte asserimus. Sunt enim Inuentio & Iudicium partes totum simul integrates, & vnum Logicum simul efficientes, quarum cùm prior materiam alteri, quæ formam præstat, suppeditet: neutra sola absque altera con-

consistere potest. Itaque vnus Logicus, vnus Dialecticus artifex vnius artis, sed duarum eius partium beneficio, vtrúmq; præstabit, vt & inueniat, & disponendo iudicet. De part. Dialect.

Quod autem aduersus distinctas artis partes de confuso ex vtraq; parte artis habitu organico opponis, id vix responsione dignum est. Videris sommiare ijsdem præceptis informari habitum inueniendi & iudicandi confusum, quasi vnum idemq; præceptum pariat duplicatum habitum, vnum inueniendi, alterumque illi coniunctum simul inuenta iudicandi: & vt duplicem facis Logicam, vnam de necessarijs, alteram de probabilibus, ita etiam fingis eiusmodi duplicem habitum. Sed quid quæso isto somnio & commento est absurdius? Vnus quidē homo vna Mente & inuenit & iudicat; attamen non vno mentis munere vnaq; facultate, sed duabus, vt Philosophi experientia edocti distinxerunt. Sic vna ars Logica docet inuenire & iudicare ea quæ inuenta sunt; verum id non vna parte, nec vno eodemq; præcepto, sed vt partibus, ita mijsdem etiam documentis distinctis præstat: in quibus tamen Necessarium à contingente apertissime distinguitur.

PAED. At vero ne tibi illud meum sommium videatur, confer quæso Aristotelem lib. 1. de partibus animalium, vbi habitum illum Organicum Methodum appellat: qua præditus qui sit, is possit Analysin, id est, modum cognoscendi, tractandi & explicandi, adres quaslibet, præsertim Epistemonicas adhibere, & accurate apposite, iudicare de omnibus ad in- Oppug. Compl. Assump. deinceps explicata.

f qui-

quisitionem & declarationem veri pertinentibus. Et quod eiusmodi Methodus pertineat etiam ad inquisitionem & Inuentionem, & non tantum ad iudicium veri docet Aristoteles lib. 1. Ethicorum sic scribens: πεπαιδευμένον γὰρ ἐστὶν ἐπὶ τοσοῦτον τὸ ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν, καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τῷ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται, hoc est: Est enim hominis probe instituti, tantam in vnoquoque genere subtilitatem desiderare, quantam rei ipsius natura recipit. Dirigit & limat Iudicium Inuentionem: cum inueniantur non tantum vera, sed etiam falsa; Verissimumque est illud, quod alicubi scribit Quinctilianus lib. 3. cap. 3. Ego porro ne inuenisse quide credo eum, qui non iudicauit. Et cum verorum quoq; discrimen quoddam sit in Epistemonicis, quomodo inuenienda sint argumenta necessaria, & internoscenda etiam, atq; discernenda à non necessarijs Posterioribus Analyticis docuit Aristoteles. Huius Methodi plane diuinum opus est, cuius præcepta hunc vsum habent, vt in Demonstrationibus, & inuenire & iudicare necessaria argumenta possimus, quibus Epistemonicus conficitur Syllogismus. Eadem sunt, inquam præcepta, Inuentionis & iudicij. Quia Scientia est de his, & ex his, quæ caussa veritatis aliter se habere nequeunt. Quænam porro sint illa, priore libri Posteriorum exponit Aristoteles: posteriore auten, quæ perfectio sit omnis Demonstrationis explanat, ostendens ad definitionem eam reuocari, qua rerum οὐσία proprij πάθους explicetur, quæ sit nihil aliud, quam principium quoddam ἁπλῶς, quanquidem nihil aliud

sit

sit talis Definitio, quam causſæ proprij πάθους explicatio quædam, qua res intelligatur esse, vel ratione Materiæ suæ, vel formæ, vel ratione Efficientis, vel explicatione finis, quæ nimirum vt causſæ, ita quoque principia rerum existant. Ad hanc perfectionem cognitionis Aristoteles libro altero Posteriorum Resolutionum omnem ἀποδειξιν reuocat, Definitionem scilicet Demonstrationis perfectionem esse demõstrans. De part. Dialect.

Cum igitur ita Aristoteles doceat quemadmodum argumenta & inuenienda & iudicanda sint, tum necessaria è quibus fiat Epistemonicus Syllogiſmus, in Analyticis; tum probabilia, è quibus fiat Dialecticus Syllogiſmus, in topicis: satis apparet, Inuentionem & Iudicium esse vtriusque partis Organicos habitus, fines, fructus & facultates. prop. rel. ad super. disp. concluden. Propug. bipartita. 1.

DISC. Quid opus est tam longo verborum anfractu, quo primum abuteris Aristotelis auctoritate, deinde captioſe & fallaciter argutaris. Aristoteles enim locis illis neq; logicam Iudicij artem, neq; logicam Inuentionis artem præcipue vel appellat vel cogitat; nedum id, quod tu dicis, testetur & profiteatur. Et quidem vt falso è libris non logicis abs te productũ Philosophũ intelligas, Aristoteles toto Organo Logico hic contra te est. Etenim Categoremata, Categoria, εὕρεσις τοῦ μέσου & Apodictica, & Topica (quæ rũ omniũ legitima Inuentio Aristotelea, Ramea etiam Inuentio est) aliam & separatam logicam habent à logica Iudicij, primum ἑρμηνείας de Enunciato, deinde Analyseos prioris de Syllogiſmo, denique posterioris de Methodo: quorum libro- Refut. Testi. citati. Anteced. Enthy.

tum legitima Κριτικὰ Aristotelea, Ramea etiam Κριτικὰ sunt. Nec vna & eadem Logica est in Organo, quæ doceat eodem libro, eadem pagina, eadē sententia, ijsdem verbis, & inuenire argumenta, seu media, seu terminos, seu principia, ac Elementa Enunciati, Syllogismi, Methodiq;; & inuenta disponere ad iudicandum. Quare ad istum tuum confusum Inuentionis & iudicij habitum apertè abuteris productis Aristotelis testimonijs. Sed errorem quæso agnosce, & erroris caussam perpende: Dicis præcepta tradi de inueniendis & pariter discernendis argumentis, nempe Analytica de necessarijs & Topica de probabilibus. At ille fructus est Iudicij formati, non Regula & doctrina dispositione certa iudicandi. Tales sunt omnium artium regulæ, nempe, Axiomata & propositiones generales, quibus exempla ipsis subiecta iudicantur & agnoscuntur. Sic Grammaticæ Regulæ iudicant de suis exemplis, vt, In A fœminina sunt, vt penna. Sic Inuentionis Definitiones docent quemadmodum argumentorū genera agnoscenda & discernenda sint, vt Materia est caussa ex qua res est, vt ex panno vestis. Et tamen hæc Inuentionis, illa Etymologiæ regula est, etiamsi de rebus sibi subiectis iudicet. Sic Aristoteles cum docet argumenta agnoscere, & distinguere necessaria à probabilibus, hoc est, è quibus axiomata necessaria vel probabilia fiant (his enim solis illa distinctio pronunciatur) tum docet Inuentionem, & eandem quidem, quam P. Ramus, qui multo etiā accuratius tam argumentorum definitionibus, quam proprietatū regulis affectiones argumentorū distinguit,

Conseq. Enthi.

Caussa erroris explicatur.

Nota. Vim logicæ iudicij.

guit, vt appareat, quæ vel natura, vel tractatione aut priora, aut simul, & vel notiora vel congenita, aut æque manifesta sint: quæ semina & fundamēta sunt, è quibus parte secunda exstruitur differentia Iudicij necessarij & probabilis, vt cum docetur, Axioma καθ' αὑτὸ, quod necessarium affirmatum essentiale appellatur, fieri è forma & formato, subiecto & adiuncto, proprio, genere & specie. Siue igitur separet aliquis argumentorum genera, nimirum necessaria à probabilibus, vt facit eadem communia repetendo Aristoteles, siue vnam generalem & communem doctrinam argumentorum tradat, in qua tamen accuratius etiam affectionum differentias distinguat, vt facit P. Ramus: semper is quatenus argumenta docet & distinguit, Inuentionem docet, non Iudicium Logicum. Est enim Iudicij Logici doctrina eiusmodi, quæ certas formas disponendi & conficiendi Axiomatis, Syllogismi, & Methodi tradit, è quibus iudicium veri aut falsi, Consequentis aut Inconsequentis, Ordinis aut confusionis fiat & eliciatur. Huius Iudicij exempla sunt omnia omnium artium documenta. Nunc si vel Aristoteles, vel alius quispiam iudicij faciendi regulas in Inuentione cum argumentorum documentis permisceat: tamen alia erit Regula argumenti, alia Iudicij formandi (neque enim ijsdem litteris & sylla bis constiterit) & tamen vtraq; etiam erit Iudicij, sed illa de argumento regula est factum Iudicium, & iudicij Logici exemplum iudicans & docens de inueniendi arte: hæc vero de Axiomate, Syllogismo, vel Methodo regula est certa norma de iudicandi arte,

De part. Dialect.

Quid iudicium Logicum.

hoc est de tali iudicio exstruendo & conformando. Hæc igitur erroris manifesti caussa est, quod Definitio & doctrina argumenti, qua hoc intelligitur & agnoscitur, pro Iudicij Logici, hoc est, pro Axiomatis & Syllogismi Methodiq; doctrina, temere obijciatur. Hunc errorem ipse prodis, dum ais, Analytica docere & discernere necessaria argumenta, è quibus fiant Syllogismi Epistemonici. Si igitur Analytici libri docent argumenta, è quibus fiunt Syllogismi; certe non docent ipsos syllogismos, aut Enunciata ijsdem præceptis, etiamsi fortasse ijsdem libris illa confundantur. Miror igitur hic quosdam ita vehementer recalcitrare, sed profecto contra stimulum, contra naturalem philosophiam, contra Philosophiæ clarissimum etiam lumen Aristotelem: cum videant præcepta diuersa esse in Categorematis, Categorijs, Inuentione medij seu argumenti, siue Apodictici siue Topici, quæ argumentorum Inuentionem continent: diuersa item de Enunciato, Syllogismo & Methodo, quæ Iudicium interpretantur.

Oppug. à Quinct. auctorit.

PAED. At interim ad Quinctiliani pronunciatum nihil respondes: qui Inuentionem & Iudicium etiam confundit.

propug. distinguēs à diuersis.

DISC. Esto confundat, eodem nimirū sophismate, quo tu deceptus: attamen non dicit Inuentionem & Iudicium esse Dialecticæ facultates, fines, fructus, & habitus, vt tu: sed Dialecticæ partes τοπικὴν & Κριτικὴν nominatim dicit, & à Dialecticis vindicari ait. Neq; etiam eiusmodi documēta tradit, quæ sua vi pariter & inueniendi & Iudicandi partes ac facultā-

cultates complectantur ac discenti inculcent: sed regulas permiscet. Partibus igitur legitimis probatis, facile error agnoscí & corrigi potest. Quid igitur hanc instantiam contra Aristotelem, imo contra veritatem ipsam tam manifeste falsam persequeris? vtrũ Vocabula Inuentionis & Iudicij tibi displicent? Attamen Platoni (vt supra dixi) Aristoteli, Ciceroni, Quinctiliano placuerunt. Verum age, si quis alia commodiora traderet, ei maximam haberemus gratiam. At cum res ipsa ante oculos apertissima sit: quid est quod quisquam de verbis tumultuetur, & manifestæ veritati reluctetur? Desine igitur tu etiam in his ipsis Inuentionis & Iudicij verbis tam aperte ludificari. Vides ne duplicem tuæ oppugnationis Elenchum? Quæstio tibi est mecum de distinctis partibus & præceptis Logicæ artis: tũ autem primum partibus veris & tota videlicet artis essentia, & duplici Rationis in differendo munere sumptis, alias non veras, è particulanimirum artis, seu particulæ potius fructu sumptas opponis. Deinde ad confusum animi habitum (qui non Natura & arte solum, sed vsu proprie & consuetudine tandem habetur) nos traducis, & Inuentionem facis habitum. Iudicium facis habitum, Dialecticam totam facis habitum. At heus tu, da Aristoteli, quod inficiari reipsa non potest, Inuentionis & Iudicij præceptis naturam totius artis Dialecticæ, essentiamque recte diuidi: tum ego vere tibi concedam in ipso differendi actu habituque fructum earum partium comungi. Etenim vt in loquendo vsum Etymologiæ & Syntaxeos simul coniun-

De part. Dialect. Consequ.

De vocabulis commodioribus.

Actus habituq; dif-

ferendi est vsus.

gis, quamuis pars vtraque præceptis discreta ac distincta sit, ita fateor in differendi actu, atque in hoc tuo habitu Inuentionis & iudicij vim simul exerceri, tametsi theoremata partis vtriusq; omnino separata sint. Cum igitur præcepta Dialecticæ de cogitandis argumentis seu principijs differant à præceptis, quæ dispositione Enunciati, Syllogismi & Methodi iudicium instituunt; eaq; differentia non modo naturali Rationis munere in differendo duplici, quod in omnium bene differentium exemplis elucet, demonstrata, verum etiam in Organi Logici libris expressa, & hinc ante oculos posita sit: quis aut ita amens est, vt Inuentionem & iudicium proprias Logicæ partes esse non intelligat: aut ita præfractus, vt malit logicam distorta partitione obscurare, quam veritatis approbatione discentium studia illustrare? Quæstio est de Inuentione & Iudicio, vt de veris Logicæ partibus; tu ad partitionem inuoluendam opponis animi habitum.

Concl. præced. dispu.

Distinctio Quæstionis & Obiect.

Certe nos non solum confitemur, sed vltro etiam profitemur, Naturæ, Artis & exercitationis habitum, hoc est vsum & fructum artis in differendo & ipso actu confusum, coniunctum, omnibusq; rebus omnino communem esse. Quare desinamus de re nihili contendere; & istam verbi captiunculam veritatis studiosis valde indignam prorsus repudiemus. Partes istæ veræ & legitimæ sunt: quæ cum habitum in actu & vsu confusum gignant: hic illis, qui consequens esse solet, opponi nullo modo debet.

PAED. Veruntamen aliud patrocinium huius cõiunctionis occurrit, quod nullo modo sit prætereundum.

dum. Etenim cùm in Topicis Axiomata Argumentorum, id est, Maximæ iudiciariæ seu Regulæ consequentiarum etiam collocentur: omnino videtur Iudicium cum Inuentione confundi. De Partit. Dialect. Oppug. De Maximis.

DISC. Ego verò Logicum in Maximis Iudicium esse pernego: quod si tibi aliter videtur; hæc noua erit nouæ disputationis Quæstio. Propug.

4. Q. An Maximæ sint pars seu doctrina Iudicij Logici? Maximæ.

Hanc quidem ego à negata forma nego hoc Iudicio.

QVAElibet pars Iudicij Logici tradit doctrinam de disponendis argumentis ad benè iudicãdum, hoc est, de Axiomate, Syllogismo, vel Methodi ordine conficiendo. propositio

At Maxima non tradit doctrinam de disponendis argumentis ad benè iudicandũ, &c. Assumpt.

Ergo Maxima non est pars seu doctrina Iudicij Logici. Compl.

CONTENTIO.

PAED. Vt igitur hanc Quæstionem nunc discutiamus, hoc mihi mirum etiam videtur, de Maximis tenta abiectè sentire; quæ & communia sunt Axiomata, & firmamenta Consequentiarum magnis viris appellantur. Sunt enim communes notiones & generales Regulæ ex infinitis singularibus similium Inductione collectæ: quibus & igniculus Iudicij in hominis mente propemodum sopitus accenditur, & vis argu- Oppug. Cons. Fr. Hot. Ant.

mentorum consequentiaque iudicatur.

Propug. DISC. Ego verò nec abiectè de ijs sentio, nec præclara Axiomata esse nego: sed nullam Logici Iudicij partem aut doctrinam hic esse confirmo. Itaq; tu institutum persequere.

Oppug. PAED. Nónne verò si Axiomata sunt, etiam Iudicium continent? An non Axiomata facium primum Iudicium?

DISC. Imò Axiomatis conficiendi & certa lege iudicandi doctrina, est Logicum iudicium primum, non verò similiter quoduis Axioma. Qualiacunque enim Axiomata, Axiomatici Iudicij exempla sunt, non ipsa Axiomatica doctrina: quia non sunt leges enunciandi affirmatè vel negatè, verè aut falsò, generaliter, specialiter, singulariter, copulatè, connexè, discretè, disiunctè. Alioquin quælibet Definitio Argumenti, iuncta suo definito per Axioma, imo omnes omnium artium regulæ, quæ Axiomata sunt, essent Axiomaticum iudicium: quòd valdè absurdum fuerit; cum sint Axiomatici Iudicij fructus & exempla ad res suæ artis iudicandis axiomatica doctrina conformata, & in suis quæq; artibus collocata; vnde sunt Syllogismorum Propositiones, cùm de re illis subiecta Quæstio existit, vt ex ipsa Logica, Efficientis definitio fit Syllogismi propositio, si de eius aliquo exemplo sit Quæstio, hoc modo:

A quo res est, id eius Efficiens est.
At ab Otio Amor est.
Ergo otium est efficiens amoris.

Sic omnia artium omnium legitima documenta, siue

siue etiam Consectaria ex ijs deducta sunt Axiomata, & faciunt vel Propositiones Syllogismorum, vel earum etiam prosyllogisticas declarationes, si de rebus artibus illis subiectis incidat Quæstio; sed non ideo sunt Pars Iudicij Logici. Quare cùm Quæstio mihi tecum sit de Logicis iudicandi præceptis: & tu eiusmodi Iudicij nomine vsum artis obijcias: ex vocabulis homonymiam, Elenchum pueris intelligentibus irridendum construis. Iudicij nomine in Logica ars iudicandi intelligitur & definitur: itaq; eodem nomine eius fructus ad conturbandam intelligentiam ne opponatur. De Partit. Dialect.

PAED. *Attamen si consequentiæ rationem & vim Maximæ illæ ostendunt; profectò Iudicium Logicum constituunt. Quòd cùm ita sit; rectè etiam Regulæ consequentiarum nominantur. Nunc autem exempla illud satis demonstrant, Maximis per vniuersam Inuentionem ab alijs Logicis declarata, hoc modo,* Oppug. à Consequentiæ ratione.

Sol lucet. Ergo dies est. Si consequens negetur, eius ratio per Maximam ostenditur, sic,

Posita enim caussa ponitur effectus.

DISC. *Hic ego ingenij tui acumen vel desidero, vel intendere te nolle existimo. Maxima illa non consequentiæ, quæ ex Syllogistica forma pendet, rationem tradit, sed absentem partem, nempe Propositionem (sine qua totus Syllogismus nec consistit, nec à quouis intelligitur) vel addit, vel prosyllogismo declarat aut confirmat, atq; ita vel Syllogismum perficiendo vel absentem eius partem demonstrando primũ in par-* Propug. à negato illo effecto & distinctione disparatorũ. Assumpt.

partibus antecedentibus iudicium, fulcit & firmat, vt in præmisso exemplo est absentis propositionis breuis Prosyllogismus sola propositione comprehensus, (sic enim antea dixi, vel ipsas artium regulas, vel earum consectaria fieri propositiones syllogismorum & prosyllogismorum) qui sic cum ea ipsa explicaretur:

Quid Maxima propriè demõstret.

Si sol lucet, dies est.
Posita enim caussa, ponitur effectus.
At sol est caussa diei. Ergo eo lucente dies est.
At sol lucet.
Ergo dies est.

Vides hic non regulam esse consequentiæ, sed demonstrationem primi Iudicij in Propositione, quæ imperito & refractario sit necessaria. Et quoniam consequentiæ vis est, non ex illa Maxima, sed ex Definitione Syllogismi, qui est Dispositio, qua Quæstio cum Argumento ita disponitur, vt posito Antecedente, necessariò Consequens efficiatur; Antecedens autem duabus essentialibus partibus, Propositione & Assumptione constat, vnde Consequẽs pendet: hinc est, quòd negato in Enthymemate consequente, videatur hoc tali Maxima demõstrari, quæ reipsa pars Antecedentis omissa demonstratur; quæ etiam in Syllogismo integro negaretur, non ipsum Consequens seu Complexio, si modo ille legitimus sit. Quare & in Enthymematis, si consequens negandum sit, rectè cum distinctione vitij, vel in antecedente, vel in forma, negaretur; aut si simpliciter negetur, Antagonista partem absentem addet, & considerabit sitne in ea ipsa, vel in dispositionis forma illud vitium, quod consequentiam impe-

Quid & Quomodo in Syllogismõ negandum.

impediat. Nam si in forma sit; propriè consequentiæ vitium dicitur; sin pars aliqua antecedētis falsa vel dubia sit, etsi consequentia per se quidem vi Dispositionis necessaria est, tamen quia defectus est in partibus integrantibus, è quibus ipsa pendet, propterea non admittitur, vel eousq; donec eæ demonstratæ sint, suspenditur. Quapropter, nisi omnino refractarius esse, & luci tenebras offundere velis, concedas necesse est, Maximas nihil per se ad Consequentiam Syllogismi facere, sed partem antecedentem, si necesse sit, demōstrare. Quod si ita est: certè Iudicium Consequentiæ, cuius Regulæ temerè appellantur, nullum continēt. De Partit. Dialect. Vitium cō sequentiæ. Compl. Prop. sup. disp.

PAED. At verò siue ad partes Antecedentis, siue ad Consequentiam demonstrandum adhibeantur, tamen iudicium nihilominus faciunt. Oppug.

DISC. Respondeo iam tertiò, vt suprà, Maximas non esse regulas constituendi Logici Iudicij, hoc est ex argumentis Axioma, ex Quæstione & tertio arguto Syllogismum, ex varijs deniq; axiomatis Methodum conformandi, sed esse exempla Axiomatum, esse factum iudicium, vt sunt omnes artium Regulæ, quibus tanquam propositionibus Syllogisticis vicissim iudicatur de rebus suæ arti subiectis. Sunt igitur Maximæ illæ, vt aliæ artium regulæ, Axiomatum exempla, ipsorum legibus facta, non sunt leges ad quas Axiomata aut Syllogismi conficiantur. Propug. Iudicium factum.

PAED. Sed difficulter adduci possum, vt Maximas, seu Firmamenta (quo nomine Cicero eam rationem, qua sola caussa nititur, & sine qua stare non potest, appellat) ad consequentiam nihil facere concedam: Oppug. comp.

Fr. Noto. dam: cùm ijs solis quasi fundamentis argumentatio sustineatur, quæ ijsdem subductis corrueret. Ex mul-

Assumpt. tis enim eiusdem generis, id est, eodem ex loco ductis argumentis, animaduersum est vim & proprietatem in eo loco quandam inesse, vnde consequentia efficiatur: quæ vis & proprietas communibus illis Locis seu Elementis, quæ Maximæ dicuntur, comprehensa, & ad illam demonstrandam explicata est. Itaq; etiamsi Syllogismi lege & efficacia, Consequentia non effi-

Propos. ceretur; tamen eiusmodi firmamentis satis dijudicari videretur. Quod si ita est: efflcitur plurimum firmamenti ad Consequentiam demonstrandam in illis Ma-

Exempl. ximis inesse. His enim intelligitur cur quidq; hoc vel illo modo cõcludatur, cùm τὸ διότι, vt Aristoteles loquitur, contineant. Hoc si non satis intelligatur, vicissim exemplo declarabo: Si quæratur, An ei, cui domus oppignorata sit, incensa domo, penitusq; sublata superficie, area tamen oppignorata maneat? idq; ita concludatur,

Domus ei oppignorata fuit.

Ergo etiam area oppignorata manet.

Maximâ. Consequentia hoc firmamento adhibito demonstrabitur: Quod toti conuenit, id parti cuiq; conuenit. Cuiq; totum conuenit, ei pars quæque conuenit. Et similiter ex omni Locorum genere eiusmodi firmamenta petuntur.

Propug. DISC. Videris me insigni argumento, & exemplo conuincere velle; sed nihil noui, aut firmi ad propositum adfers. Dicis vim & proprietatem in vnoquoque loco quandam inesse, quæ Regulæ generali

nerali inclusa, sit Argumentationis fundamentum, quo subducto, illa corruat. Vis illa profectò & proprietas est in omni Argumentorum genere ac loco propria & distincta, quæ Affectio argumentorum nominatur, & argumenti generali definitione comprehensa (quod ad aliquid arguendū affectum est) deinceps eiusdem Distributionibus accuratissime distinguitur, & nominatim in vnoquoque genere definitur, atque etiam, si ita eius natura requirat, peculiari Proprietatis regula omnino explicatur, qualis hæc est vna de multis, Forma simul cum reipsa ingeneratur. Hanc locorum vim ac proprietatem, tantum abest, vt negemus aut tollamus, vt eam etiam multo accuratius à P. Ramo, quam à quoquam alio explicari, atque in eo totam Inuentionis artem consistere ingenue asseramus. Sed illud, quod tu colligis, inde effici negamus.

De part. Dialect.

Affectio argumentorum.

Maximæ peculiares in Ramo.

Si Maxima vim & proprietatem Loci explicat: ea Consequentiæ regula ac firmamentum est. At primum. Ergo & postremum. Considera quæso quam infirma sit illius connexionis consecutio, & pari exemplo eam dijudica:

Sententia obiectionis.

Si Definitio causſæ, aut alterius argumenti, eius vim ac proprietatem explicat: ea consequentiæ regula ac firmamentum est.

Vides quam imprudenter hæc dicātur, vt per mihi mirum sit, artium præcepta à magnis viris non sapientius distingui. Adiectiui & Substantiui in Etymologia distinctio & definitio ad Syntaxeos aliquod exemplum in puerili exercitatione demonstrandum

sæpe

sæpe assumitur: an ideo illa definitio sit regula Syntaxeos? Argumenti Definitio aut alia proprietatis regula ad Syllogistici exempli vim demonstrandam sæpè adhibetur, nempe in Syllogismo integro ad Antecedẽtem partem obscuram, in Enthymemate, ad Consequentem, vt apparet, (cùm propriè ad absentem respiciat) declarandam: an ideo illa Argumenti Definitio, aut Regula, sit consequentiæ documentum & regula? Minimè verò. Definitiones argumentorum ipsæ, & reliquæ proprietatis regulæ sunt communia Axiomata, quæ ad exempla sibi subiecta declarandum tanquam propositiones syllogismorum, vel prosyllogismi accommodantur: sed illæ Consequentiæ legem, doctrinam, aut vim nihil continent, primum tantummodo Antecedentis Syllogistici iudicium constituunt & declarant, quemadmodum, vt antè dixi, omnia omnium artium documenta faciunt. Syllogismus solus est certa Consequentiæ efficiendæ regula ac norma, eaq; ita accuratè constituta, vt, nisi exempla eius minimis etiam legibus omnino respondeant, lubrica sint, & ad fallendum periculosa. In eo autem erroris vestri caussa latet, quod, cùm ex essentiali antecedentis Syllogistici constitutione Consequens pendeat; illiusq; pars absens Consequentiam remoretur: hæc quando completur, vel prosyllogismo eius vis declaratur per Maximam, ipsa Consequentia vobis demonstrari videatur. Quare cùm ea Argumenti vis et proprietas, quam Maxima comprehendi ipse dixisti, ad Sumptiones Syllogismi, seu præmissas, pertineat; Consequentia autem ex Syllogistica consecutione efficiatur:

Syllogismus solus cõsequẽtiæ Regula.

Prop. præced. disp.

tiatur: tandem concedas necesse est, non magis Firma De Part. Dialect.
menta illa, quam vel Inuentionis quaslibet, vel alterius artis regulas, esse logici iudicij partes aut præcepta. Vis quædam ijs Consequentiæ inesse videtur: sed cuiusq; argumenti sua vis est, vnde certa dispositione aliquid iudicatur. Atque in ipsius Syllogismi sumptionibus, legitime conformatis, ea vis est, vnde consequentia necessario efficitur, quæ per Maximam: cum videlicet hæc ipsa, vel altera antecedentis pars sit, vel eius prosyllogistica demonstratio: quasi occultata patefit & illustratur.

PAED. Dicis vel ipsas argumentorum Definitiones Distributionesq; vel peculiares Maximas esse factum aliquod iudicium, non autem doctrinam iudicandi, seu iudicij certa dispositione faciendi, & in primis non esse Consequentiæ regulas, cuius ratio ac vis ad solum Syllogismum attineat. Verum hæc tua distinctio cum generali logica, & ipso differendi progressu pugnare mihi videtur. Nam propositiones Syllogismorum, itemq; ipsos Prosyllogismos ex partibus Quæstionis & tertio argumento fieri ars generalis docet: tu vero hic integras artis regulas sumi, & propositiones fieri confirmas. Oppug.

DISC. Supra aliquoties dixi, id ita sua sponte cadere, vt, dum ex partibus Quæstionis & tertio argumento construitur Syllogismus, Propositio sit vel documentum aliquod eius artis ad quam pertinet Quæstio, vel saltem illius fructus & consectarium. Ita etiã cum Maxima adhibetur, nihil à communi differendi ratione discrepans committitur, sed proprie integræ Propug. Nom.

Regulæ pars argumentum arguens est, atque vt solet in Argumentis affectis fieri, vel Definitio, vel Distributio, vel alia proprietas, id est aliud argumentum, ad propositum argumentum, quod sic vel definitum, vel distributum, vel aliud argumentum est, arguendum adhibetur; & illa Definitio vel Distributio, vel aliud argumentum arguens sic cum definito vel alio arguto argumento dispositum, facit eandem Definitionem, Diuisionem, vel proprietatis regulam, quæ in Argumentorum doctrina integra collocata est. Cum igitur Maxima adhibetur, (sic enim iam & ipsas Definitiones Diuisionesq; argumentorum, & peculiares Maximarum regulas appello) tum nihilo minus quàm in communi differendi progressu, ex elementis seu separatis argumentis iudicium construitur, argumentumq; à proposita rei definitione, diuisione, caussa, effecto, vel alio, vt fieri solet, argumento sumitur. Exempli caussa.

Solatij gratia matrimonium contrahitur.

Ergo solatium est matrimonij finis.

Hoc Consequens, vel potius pars hæc omissa,

(Si solatij gratia matrimonium suscipitur: illud est huius finis) in qua ponitur vox (Finis) demonstratur ipsa Finis definitione, tanquam Maxima sic.

Finis enim est caussa cuius gratia res est. Similiter tum omnes Regulæ in Inuentione & Iudicio, imo in omnibus artibus positæ, tum ex illis deducta consectaria de caussis, Effectis, subiectis, adiunctis, dissentaneis, cõparatis, notatione, & cõiugatione earundẽ adhibẽtur, vt ꝑprie illarũ pars sit argumentũ arguens.

PAED.

De part. Dialect. Oppug.

PAED. Cogis tandem me, vt concedam, Maximã quoniam argumenti vim proprietatemq; explicet, partem Iudicij Logici vel regulam nullo modo rectè dici posse, cum hoc ex argumentis quidem constituatur, sed certa dispositionis regula perficiatur.

Sed interim de exemplo taces, quemadmodum id è Ramea Logica, in qua eiusmodi Maximæ præteritæ sunt, demonstrari possit.

propug. DISC. Hic noua vicissim se offert Quæstio, in quã dum inquirimus, propositi etiam exempli, & aliorum similium demonstrationem è Ramea logica ostendam.

5. Q. An Maximæ in Inuentione, & tota Logica docendæ sint?

5. Q. An Maximæ in logica collocandæ? propos.

Eam à rebus subiectis ego ita confirmo.

Assum. SI Maximæ Inuentionis Argumentorũ vim & affectionem, iudicij autem iudicandi rationes & Leges explicant: certe in compl. vtraque Logicæ parte docendæ sunt.

At primum. Ergo & postremum.

CONTENTIO.

Oppug. compl. PAED. Tu mihi Rameam Logicam, quam hactenus propugnasti nunc oppugnare videris. Nam P. Ramus non modo regulas illas Consecutionum in Logica præterijt, sed in Aristotele etiam propterea Syllogistici Iudicij negligentiam notauit, quod eiusmodi regulas variis locis per Organũ dispersérit. Hoc cum reipsa manifestum est, tum ab ipso Ramo ita prædicatur: In his Axiomatis, ait, etiam diutius hæseram:

Assum.

sed tandem omnia tollenda esse deprehendi: quia Syllogismus Regula sit cuiusuis Consequentiæ vel inconsequentiæ. Quod cum ita sit, miror quid tibi in mentem veniat, vt Axiomata illa Consecutionum in arte collocanda esse confirmes.

Propo.

Propug. De veris Maximis.

DISC. *Tu mihi contra accuratissimas P. Rami in tradendis artibus rationes aut ignorare aut dissimulare videris. Nam is artes definiendo, diuidendo, proprietates explicando, & præstantibus exemplis illustrando ita conformat, vt nihil quod ad ipsarum vel essentiam, vel vsum pertineat, prætermittatur, nec quicquam redundet, neúe quod alius partis proprium sit in alia conturbetur. Itaque etiam Maximas veras ac legitimas tam Iudicij, quam Inuentionis suis quasque locis accuratè exposuit; illegitimas verò, minus ratas ac fortuitas ex lege κατὰ παντὸς prorsus sustulit. Nam eiusmodi regulæ Consecutionũ plurimæ, varijs locis per Organum dispersæ sunt, vt de definitis & infinitis, Compositis & diuisis, de modificatis, de paribus, maioribus, minoribus, & consimilibus: quæ regulæ omnes, nihil nisi Syllogistici iudicij negligentiã possunt ostendere, quasi illi Aristoteles diffisus, aut excolendo non satis intentus, tam varijs Regulis conclusionum vim ex argumentis ostendere voluerit. P. Ramus autem cum omnes Argumentorum proprietates in Inuentione, omnes iudicij leges in Dispositione tum definitionibus tum alijs proprietatum documentis perfectè exposuerit: quæ Maximæ ad hanc vel illam partem proprie attinerent, eas retinuit, & vel definitionibus ipsis comprehendit, vel separatim tradidit;*

Distinctæ artis partes.

Aristotelis propositũ.

Rami consilium.

reli-

reliquam verò Maximarum turbam temerè Iudicii cum Inuentione permiscentem repudiauit, atque ex artis finibus exterminauit. Hæserat quidem in illis diu, & præsertim in Comparatis: vbi diuersa exempla Maximarum varietate variè torquebantur, vt nunc difficilius esset Maius, facilius autem Minus vbi spectabatur ὑπάρξεως ratio, ad quam Maximæ accommodabantur: nunc simpliciter maior quantitas, & contra minor consideraretur, vbi Maximæ non requiruntur. Posterior ratio tandem retenta est; quod prior exempla rerum natura & quantitate minorū ad Maiora, & contra, iuxta Maximas de attributione durius cogeret, atq; etiam vnoquoque genere dissimilia exempla comprehenderet. Quapropter Firmamentis fortuitis & non certis, ac ratis præteritis, P. Ramus & Inueniendi & iudicandi artem ita accuratè distinxit & exposuit, vt nihil vel in argumentorum vi ac proprietate, vel in Iudicij & Consequentiæ formis desideretur. Et quidem ex eiusmodi veris Definitionibus & legitimis documentis, itemq; ex affectorum argumentorum effectis, adiunctis, & comparatione, possunt innumerabiles pene Maximæ, & Consectaria, tanquam eorum fructus, deduci, quibus in vsu artis præcepta ad exempla demonstrandum & declarandum accommodentur: quo in numero sunt vulgatæ illæ Maximæ, quas P. Ramus prætermisit.

De part. Dialect.

Vide ad cōparata.

Oppug. ab effectis.

PAED. Attamen cum aliquam ad declarandum commoditatem habeant, & in bonis auctoribus vsitatæ sint: non debeant prætermitti: præsertim quod ijs præteritis reipsa multi experiantur ex Rami generali

Logica eiusmodi demonstrationes aut non suppetere, aut ita paratas non esse.

Propug. ab artium principijs.

DISC. *An tu existimes, quicquid aliquam commoditatem & fructum adferat, id in Arte esse collocandum? An non ita omnes documentorum & exemplorum interpretationes artibus inculcabuntur? nullus ea ratione præceptionum finis, nullus artium modus erit. Quæ omnino, semper, & vbique vera, essentialiaque sunt, ea in artibus proprie, suis quæq; locis, enunciabuntur: cetera experientiæ relinquentur, aut in commentarijs ponentur. Nunc illæ vulgatæ Maximæ, vel alijs verbis idē, quod Artis definitione alioúe præcepto comprehensum est, enunciant, atque ita in Arte verè expositæ sunt: vel sunt Consectaria, tum è præceptis ipsis, tum etiam ex alijs rerum præceptis comprehensarum argumentis, pro exemplorum varietate, deducta, & quidem fortuita, vt ad alia exempla præceptum rectè accommodent, ad alia non item; eaq; in arte locum non habent; in Commentario, quod in vsu aliquando occurrant, tolerari, atque à quouis artis perito pro exemplorum ratione fingi, & accommadari poterunt. Exempli caussa, si bonum filium à parentibus etiam bonis commendes: hic Maxima eiusmodi ex caussæ Efficientis adiunctō ad effectum comparato fingi poterit.* Qualis caussa, talis & effectus; *sed plerunq;, non semper; ideoque non est κατὰ παντὸς. Huius igitur generis Maximas P. Ramus in Arte prætermisit; quod & fortuitæ sint, & cognitis veris documentis inde generalis Inuentionis ductu pro exemplorum ratione effingi possint.*

propo.

Assum.

Maxima fortuita.

PAED.

De part. Dialect. Oppug.

PAED. *Sed tandem vt & è Rami Logica Maximas exponas, & exempla conferas, breuiter velim totum de Maximis negotium repetas, omnia quasi in summam contrahendo.*

Propug. vera artiũ descriptione.

DISC. *Omnium artium legitima demonstratio consistit in Definitionibus, Distributionibus, proprietatum explicationibus, & à præstantibus exemplis, illustrationibus. Illæ legitima artium documenta continent; exempla verò vsum ob oculos subijciunt. Definitiones autem, Distributiones, & Proprietatum illæ Explicationes sunt generalia atque vniuersaliæ Axiomata; exempla autem sunt res aut vocabula vel sententiæ singulares, quæ pauca, tanquam vades, ad præcepta demonstrandum, pro alijs infinitis, è quorum Inductione communio præceptorum collecta est, in arte collocantur. Nunc si vel in ipsa Arte de generali Axiomate, vel in vsu etiam de re singulari controuersia existat: Loci Inuentionis ad eam dirimendam, atque ad sententiam affirmatè vel negate concludendam, tertium argumentum indicant, vt Causam, Effectum, vel aliud quoddam argumenti genus. Hoc si cum Quæstione ex Syllogismi legibus disponatur, ita quasi sua sponte per rerum naturam accidit, vt Proposito Syllogismi sit documentum eius artis, ad quam Quæstio proposita pertinet, vel saltem Consectarium, quod ex ipso documento fluat. Itaque omnium artium documenta & generales sententiæ, sunt fundamenta & propositiones Syllogismorum vel prosyllogismorum, ex quibus assumitur & concluditur de rebus ad*

Omnium artium regulæ sunt Firmamenta & Maximæ.

illas artes pertinentibus. Atque ita illæ sunt Artium quasi propriæ Maximæ, hoc est, generales præceptiones & rationes, ad res illis propositas explicandum. Et quoniam Dialectica omnium Artium generalissima est, & communissima: etiam eius Definitiones, Distributiones, & proprietatum explicationes, sunt omnium generalissimæ & communissimæ Maximæ, quæ non tantum valent ad alias res artesq; omnes, sed etiam ad seipsas explicandũ. Et cum omnes Definitiones & Distributiones Argumentorum, Axiomatum, Syllogismi ac Methodi Maximæ sunt, hoc est generales probationes & rationes, quæ sunt fundamenta disputationum & propositiones Syllogismorũ; tum præcipue illa documenta, quibus proprietates eorundem præterea explicantur, Maximæ & firmamenta logica, distinctè appellantur. Atque hoc nomine etiam consectaria, Loci communes, Canones illi vulgati, seu illustres sententiæ censentur, quæ præterea, tum ex legitimis præceptis eliciuntur, tum ex argumentorum argumentis colliguntur, & vulgo tantum in Scholis Maximæ dicuntur. Sed vt distinctè deinceps Ramea Firmamenta exponam: Primo Inuentionis Maximæ sunt, quibus Locorum proprietas, vis affectionis, & fructus explicatur: quales præter Definitiones & Distributiones hæ in arte legitime collocantur:

Veræ Maximæ.

Inuentionis. Max.

Cauſſarũ Maxima.

1. Itaque hic primus Locus Inuentionis fons est omnis scientiæ, &c. Hæc communis omnium Cauſſarum Maxima est, tum de ordine, tum de vi & fructu earundem.

2. For-

De part. Dialect.

2. Forma simul cum reipsa ingeneratur, *Hæc specialis Formæ Maxima est, de æquali reciprocationis vi, paribusq; momentis formæ & formati: ex quo fundamento infra in iudicio Axioma καθ' αὐτό, & καθόλου πρῶτον dijudicatur.* Formæ.

3. Siue igitur gignatur, siue corrumpatur, siue modo quolibet moueatur quidlibet, hic motus & res motu facta Effectum dicitur. *Hæc Effectorum Maxima eorum communem & verè Logicam significationem & vsum exprimit.* Effectorũ.

4. Huius Loci sunt laudes & vituperationes. *Hæc similiter Effectorum proprium vsum ostendit: cum cetera argumenta non ita propriam laudis materiam præbeant.*

5. Adiunctum etsi subiecto est leuius: attamen est copiosius & frequentius; ideoq; per se parua, cumulata maiorem vim habent. Adiunctorum.

6. Siue sint propria, quæ omni soliq; subiecto semper conueniunt, siue communia.

7. Sed Consentaneorum Categoria sic est: Vnde quiduis alteri consentaneum, vel idẽ ac vnum dici possit, &c. Consentaneorum cõmunis.

8. Sunt autem Dissentanea inter se æquè manifesta, &c. Dissentaneorum.

9. Itaq; oppositа eidem attribui, secundũ idem, & ad idem, & eodem tempore non possunt. Itaque ex altero affirmato alterũ negatur. Oppositorum.

10. Et ob hanc mutuam Relationis Caus- Relatorũ.

sam Relata dicuntur simul esse natura, vt qui alterũ perfectè norit, norit & reliquũ.

Priuantiũ. Comparatorum. communis

11. Atque hic Affirmatum dicitur habitus, Negatum autem Priuatio.

12. Quæ tametsi ipsa Comparationis natura æque nota sunt, attamen alterum altero alicui notius & illustrius esse potest.

13. Sæpeq; notis breuius indicantur, &c.

parium.

14. Argumentum igitur Paris erit, cum par explicatur à pari, &c.

Ortorum cõmunis.

15. Huius loci sunt Consectaria illa, &c.

Coniugatorum.

16. Orta de primis perinde sunt ad id, quod arguunt, sicut prima vnde oriuntur.

Notationis.

17. In Coniugatis est symbolum Consentaneorum argumentorum.

18. Nomina siquidem sunt notæ rerum &c.

Distribut. & Defi. cõmunis.

19. Est vero vt notationi, &c.

1. Dist. propria.

20. In qua vtraque affectio reciprocationis est, illic partium omnium cum toto, hic Definitionis cum definito.

2. Dist. propo.

21. Atque vt distinctio Totius in partes Distributio: sic Collectio partium ad constituendum Totum Inductio dicitur.

3. Dist. propo.

22. Distributio sumitur ex argumẽtis toti consentaneis, inter se autem dissentaneis.

23. Itaq; tanto accuratior erit Distributio, quanto partium & cum toto consensio, & inter se dissensio maior fuerit.

Integti & Membri.

24. Quin etiam aliter tractatur hoc argumenti

menti genus, vel à partibus ad Totum, vel à Toto ad partes. De part. Dialect.

25. Genus & Species notæ sunt Caussarũ & Effectorum. 1. Generis & Spe. 2.

26. Hinc vniuersale insigne ac præstabile est, quia causſam declarat.

27. Generis Distributio in formas specierum eadem est. 3.

28. Genus & species non solum tractantur hac simplici Diuisionis formula, sed etiam seperatim alterum ex altero. 4.

29. Exempla specialia suo generi accommodata sunt huius loci. 5.

30. Definitio vicissim definito arguitur. 1. Definit.

31. Itaque perfecta definitio nihil aliud est, quàm vniuersale symbolum Caussarũ, essentiam rei & naturam constituentium. 2.

32. Atque hæc succincta breuitas non est in hac specie perpetua, sed sæpe illustriorem & magnificentiorem desiderat. Descript.

33. Itaque cum exquisita rerum veritas subtilius exquiritur, perexiguã vim probationis habet, &c. 1. Inarti. 2.

34. Reciprocatio hic obscurior est, vt quia testatum verum sit, testis sit etiam verax.

IVDICII MAXIMAE PRAETER Defi. & Diuis. sunt eiusmodi. Vniuersi Iudicij.

1. Certa enim Dispositionis regula vnũquodque iudicatur.

2. Ita-

Axiomatis conting. 2. Itaq; veritatis huius Contingentis iudicium Opinio dicitur: quæ præteritorũ & præsentium homini certa esse potest, futurorum per naturam non admodum potest, &c.

Necessarij. 3. Necessarium affirmatum appellatur κατὰ παντὸς.

De Par. Dialect. 4. Axiomata artium sic κατὰ παντὸς esse debẽt, sed pręterea Homogenea & Catholica.

5. Tres hæ sunt leges documentorũ Artis propriorum, &c.

6. Atque eiusmodi axiomatum ita Catholicorum iudicium, verissima & prima scientia est.

Simplicis. 7. Itaq; affirmato verbo affirmatur, negato negatur.

8. Atq; hæc prima est inuentarum rerũ dispositio, &c.

9. Quomodo argumentum quodlibet enunciari potest (exceptis plenis Comparationibus & Distributionibus) Consentanea quidem affirmando, dissentanea negando.

Generalis Contradi. 10. Atque hic Contradictio non diuidit semper verum à falso, sed contingentium, imò & non contingentium vtraq; pars falsa esse potest.

Specialis Contradi. 11. Hic Contradictio semper diuidit verum à falso.

12. Huic

12. Huic autem axiomati generaliter cõtradicitur. De Part. Dialect.

13. Itaque è coniunctione affirmata affirmatur,&c. Particularis.

14. Contradictionisq; pars vera est, pars (falsa. Composi.

15. Congregatiuum enunciat omnia consentanea affirmando, omnia etiam dissentanea negando. Congrega.

16. Verum enunciati copulati iudicium pendet ex omnium partium veritate, falsum saltem ex vna parte falsa. Copulati.

17. Huic generi affine est Enunciatum relatæ qualitatis, cuius coniunctio est ipsa relatio. Relati.

18. Coniunctio hæc interdum negatur apertius,&c. Connexi.

19. Affirmatio enim significat,&c.

20. Quare cùm iudicabis Connexum absolutè verum esse, necessarium quoque iudicabis,&c.

21. Connexo axiomati affinis est, ista cõsequentiæ relatio,&c.

22. Axioma segregatiuum argumenta Dissentanea enunciat. Segregat.

23. Discretum è Dissentaneis præcipue Diuersa enunciat. Discreti.

24. Discretum enunciatum iudicatur esse verum,& legitimum, si partes non solum veræ, sed etiam discretæ sint: falsum vel ridiculum contra.

25. Af-

Disiuncti. 25. Affirmatio significat è Disiunctis vnicum verum esse,&c.

26. Nam si disiunctio absolutè vera est, est etiam necessaria, partesque sunt oppositæ sine vllo medio.

27. Veruntamen quamuis,&c.

28. Disiunctio plerunque est ex conditione,&c.

29. Primum iudicium est Axiomatis per se manifesti.

Syllog. 30. Nam cum Axioma dubium fit, Quæstio efficitur:& ad eius fidem tertio argumento opus est, cum Questione collocato.

partium Syllog. 31. Si qua pars Syllogismi defuerit Enthymema dicitur,&c.

Syllog. Contracti. 32. Sic vsus differendi magister syllogistici iudicij contrahitur, nec aliter explicatur.

33. Atque ista expositio principium Syllogismi partibus explicati ab Aristotele efficitur,tanquam per se pleno Syllogismi iudicio sit clarior & illustrior.

Syllog. explicati. 34. In Syllogismo explicato Propositio est generalis aut Propria: & Conclusio similis Antecedenti aut parti debiliori.

Syllog. compositi 35. Tollere in Composito syllogismo est specialem contradictionem ponere.

Connex. 1. 36. Frequenter hic non assumitur idem, sed Maius.

37. Con-

37. Concludendi modus hic idem est, quando propositio est relata temporis. De part. Dialect.

38. Hæ duæ Syllogismi species sunt omnium vsitatissimæ.

39. Si partes disiunctæ Propositionis sint duabus plures, iudicandi concludendique ars erit eadem. 1. Disiunct.

40. Eiusmodi Syllogismus efficitur è propositione copulata negata. 1.

41. Atque vt spectatur in Axiomate veritas & falsitas; in Syllogismo Consequentia & Inconsequentia: sic in Methodo consideratur, vt per se clarius præcedat, obscurius sequatur, omninoque ordo & confusio iudicatur. Methodi.

42. Sic disponetur ex Homogeneis Axiomatis primo loco absoluta notione primum, secundo secundum, &c.

43. Ideoque Methodus ab vniuersalibus ad singularia perpetuo progreditur.

44. Hac enim sola & vnica via procedit ab antecedentibus omnino & absolutè notioribus ad consequentia ignota declarandum.

45. Eamque solam Methodum Aristoteles docuit.

46. Methodi vnitatem exempla doctrinarum & artium præcipuè demonstrant, præcipueq; vendicant.

47. In artibus quamuis omnes regulæ gene-

generales sint & vniuersales, tamen earum gradus distinguuntur; quantoq; vnaquęq; generalior erit, tanto magis præcedet.

48. Generalissima loco & ordine prima erit: quia lumine & notitia prima est, &c.

Maximarum vis & fructus.

Atque hæ ferè sunt præter Definitiones & Distributiones artis Logicæ Maximæ, hoc est, Proprietatum regulæ, quibus tum in Inuentione Argumentorum vis, affectionisqúe ratio ac proprietas & vsus ad inueniendum & inuenta ponderandum; tum in Iudicio Dispositionis efficacia, proprietas & fructus, ad bene iudicandum accuratè explicatur. Nam in Argumentis sunt semina & fundamenta, ex quibus exstruitur iudicium: in Dispositione autem est rata norma & efficacia, qua certa ex argumentis sententia constituitur, patefit, & iudicatur. Sic Dispositio primo Axiomatica ex affectis argumentis affirmat vel negat sententiam, veram aut falsam manifesto iudicans; Deinde syllogistica, sententiam dubiam per tertium argumentum ratiocinando affirmatè vel negate concludit, & Consequentiam aut inconsequentiam efficit: Methodica ex varijs Axiomatis pro sua luce & claritate dispositis ordinè aut confusionem iudicat. Vnde satis apparet, Maximam nō Consequentiæ (quam Syllogismus necessariam efficit) regulam esse, sed in Inuentione argumentorum vim ac proprietatem, in Iudicio Dispositionis efficaciam ac fructum explicare. Itaque Inuentionis Maximæ sunt fundamenta & Principia, quibus argumentorū proprietas; Axiomatum Maximæ sunt principia, quibus eorum ratio &

fun-

fructus, nempe veritas & falsitas; Syllogismorum Maximæ sunt principia, quibus ipsius constitutio & consequentia vel Inconsequentia; Methodi Maximæ sunt principia, quibus eius Ordinatio indicatur & demonstratur: quæ ad exempla demonstrandum accommodata, sunt fundamenta & propositiones Syllogismorum, vel earum prosyllogisticæ declarationes. Itaq; veræ Maximæ sunt legitima artis documenta: reliquæ autem, quæ variæ in Scholis cumulantur, nihil nouæ & propriæ artis aut præceptionis habent, sed è Definitionibus & veris Maximis, tanquam Consectaria, & fructus eliciuntur, aut ex argumentorum, vel quasi directa asseuerātione, vel obliqua attributione, eaq; simplici aut comparata colliguntur, & ad exempla accommodātur. Quopropter vel idem, quod legitima documenta aliis verbis enunciant, vel angustius, pro exempli rātione, contractæ non sunt κατὰπαντὸς, sed singulares & fortuitæ, quæ in alia exempla quadrant, in alia non item, vt nominatim tum per Locos tum per Iudicij partes demonstrabitur.

De Part. Dialect.

Veræ Maximæ.

Variæ Maximæ & fortuitæ ex argumēntorum asseueratione vel attributione simplici vel comparata collectæ.

PAED. Sed cum vsitatæ sint in bonis auctoribus, non modo illæ Maximæ, quas tu veras appellas, sed etiam reliquæ non ita generales nec æque ratæ P. Ramus, eas temere prætermisisse & omnino repudiasse videtur. Vsitatas autem esse etiam extra artem plurimis exemplis demonstrare possum. Nam Cicero eas & in Philosophia & in Orationibus adhibuit. In Tusculanis contrariorum legem quandam adsumpsit: Qui, ait, cum fatentur satis magnam vim esse in virtute ad miseram vitam nonne fatendū est eandem

Oppug. ex vsu. Propo.

Assum. per Induct. exemp.

in virtute esse ad beatam? Contraria enim sunt contrariorum Consequentia. *Eiusmodi dissimilitudinis legem secunda Agraria idem vsurpauit:* Cum à T. Gracchi, *ait*, æquitate ac pudore longissime remotus sis, id quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas esse opportere? *Cicero item de fato Connexi primi proprietatem quandam ad conclusionis confirmationem adhibuit:* Si quod, *ait*, primum in Connexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium. *Et idem de Finibus secundi connexi definitionem quandam attigit:* Teneamus illud, *ait*, necesse est: Cum consequens aliquod falsum sit, illud cuius consequens sit, non posse esse verum. *Sic in Natura Deorũ Disiuncti Syllogismi pronunciatio quædam ab eodem ponitur: In omnibus disiunctionibus, in quibus,* Est, *aut,* Non est, *ponitur, alterutrum verum esse. Sic etiam primo libro de Officijs quandam ex Methodo monitionem posuit:* Omnis quæ via & ratione suscipitur de re aliqua institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur id, de quo disputatur. *Quamobrem non satis prudenter P. Ramus eiusmodi leges, & firmamenta ex arte exterminauit.*

Compl.

Propug. *DISC. Vsitatas esse eiusmodi Maximas, & adhiberi non modo in Arte, sed etiam in philosophia & orationibus, P. Ramus non solum fatetur, sed ipse etiam ijs, quæ à te sunt adducta, exemplis demonstrauit. In arte autem, vt dixi, non modo Definitiones & Distributio-*

De part. Dialect.

lutiones (quæ & ipsæ, tanquam vera firmamenta in argumenti subsidium venire, & ad confirmandū adhiberi possunt) collocauit, sed etiam proprietatū Explicationes, quæcunq; legitimæ sunt, id est, veras Maximas retinuit, & accuratius etiā, tum in generibus passim vniuersis, tum per species explicauit. Reliquas vero fortuitas & minus ratas, aut idem per species inanit autologia iterantes, quod semel in genere satis explicatū esset, iure ac merito prætermisit: quod nec doctrina parte alia vera, alia falsa, tempore alio vera, alio falsa in arte vllo modo probari possit; nec per species repetendum sit, quod semel generatim dixisse sufficiat. Hoc igitur postremum genus ex Arte exclusum, in Commentarijs ad iuuentutem exercendam cumulari poterit: imo non difficile est ex tempore eiusmodi quasi Canones, & communes sententias è veris præceptis elicere. Nihil enim nouæ artis habent: cū veræ quasi sua sponte illæ Sententiæ seu Maximæ existant, si ex ipsis generalibus Inuentionis Locis argumentum ad propositū sumas, & cum eo disponas. Notandum autē postremo, quod nec ab omnibus Logicis eadem Maximæ & eodem modo doceantur, nec à bonis auctoribus ijsdem, quibus in arte ponuntur, verbis, sed nonnihil mutatis & ad propositum nonnihil inflexis vsurpentur, vt sic & diuersæ aliquando videātur, quæ sunt eadem, & plurimæ pro varia accōmodatione prodeq; quorundā placitis, cumuletur. Vt igitur summatim concludā, Maximæ Inuētionis, vim & proprietatem affectionis in Argumētis declarāt, vnde Axiomata ex argumetis cōstituta, no autem Syllogismorū

Diuersitas Maximarū

Conclusio.

consequentiæ demonstrantur: Maximæ verò Axiomatum primum in illis iudicium de veritate & falsitate declarant atq; exponunt: Maximæ syllogismi Syllogisticæ dispositionis & consequentiæ rationem, quemadmodum Methodi Maximæ Ordinis virtutes explicant: vnde contraria vitia passim intelliguntur, quæ ad legitimæ præcepta non quadrant. Atq; ipsis in Maximas incidimus, seu communia eiusmodi Axiomata facimus, cum vel propositæ sententiæ partes sen argumenta ad suos locos iudiciiq; regulam retexendo referimus & accomodamus, vel aliud argumentū ad eam demonstrandum quærimus, noua sic prosyllogismi dispositione vtentes. Vt si ita argumenteris.

Si Pygmæus est homo: certe anima rationalis ei ingenita est.

At est homo. Ergo anima rationalis ei ingenita est.

Hic si quis primum Axioma, id est Connexam Propositionem aut neget, aut non intelligat: argumentum ab exempli genere adhibeatur, hoc est, affectio inter Hominem & Animam ostendatur, quod argumentū si cum Propositionis (quæ ita fit noua Quæstio) partibus disponatur: nouus efficitur Syllogismus, cuius Propositio ita, non cogitante & iam puero, fit vel artis ipsius documentum vel inde fluens consectariū, sic.

Forma simul cū re ipsa scil. formata ingeneratur.

At Anima rationalis est hominis forma.

Ergo anima rationalis homini ingenita est: ideoq; Si pygmæus est homo, etiam ei anima rationalis ingenita est.

Vel

Vel etiam è Iudicij Axiomatici regula argumento sumpto sic Propositio demonstretur. De part. Dialect.

Ex forma & formato fit Axioma necessarium essentiale, quod negari non potest.

At connexa illa Propositio est ex forma & formato.

Ergo ipsa est necessarium Axioma, quod negari non potest.

Si autem quis neget Complexionem benè constituti Syllogismi, Definitio & leges Syllogismi tanquã verissima principia & Maximæ ad Syllogismi exemplum confirmandum adhibebuntur, vt ad superius illud: Complexio negata.

Consequentia negari non potest, cum sit Syllogismus connexus primi Modi, quo adsumitur antecedens & concluditur consequens &c.

PAED. Sed quid respondebis ad Maximarum accuratam distinctionem, qua ab alijs tum ad confirmandum, tum ad refutandum distinctè accommodantur. Nam sic triplex Maximarum genus constituitur, & varijs admonitionibus illustratur: Oppug. à confirmando & Refutãdo. Fra. Ho.

Primum genus est simplex & directum, quo esse aliquid concluditur, cum respondetur ad Q. An sit? vt Causa est. Ergo & effectum. 1. Genus Maximarum.

Alterum est Conuenientiæ & attributionis, cum vel alterum ex affectis argumentis alicui personæ aut rei, vel ipsi aliquid attribui & conuenire disputatur: propterea quod vel prius illi, vel huic aliquid, vtraque conueniat: quæ ratio ad Q. Quale sit, vel, Quæ causa, refertur. 2.

3. *Tertium est Reciprocationis, quæ in ijs est, quorũ paria sunt in vtramq; partem momenta.*

Ad hos differendi modos Maximæ distinctæ, promptam argumentorum facultatem & accommodationem præstant, quæ ex generalibus Rami præceptis nimis incerta esse & difficilis videtur.

propug. ad Legibus Logicis. Antecedens.

DISC. *Primum respondeo, illam distinctionem nõ esse κατὰ παντὸς, quod nec illa in omne argumenti genus cadat, nec omnia illa Firmamenta rata sint.*

Deinde contra legem καθ' αὐτὸ confundit in omnibus Locis simplicem, tum essentiæ, tum adiuncti affectionem, cum comparata, dum aliquid & esse, & alteri pari ratione attribui, colligit.

Tertio contra legem Καθόλε πρῶτον, quod argumentorum definitionibus & propriis legibus satis explicatur, inani Maximarum tautologia repetit. Nam & Caussarum Definitionibus satis constat, quemadmodum ex ijs effecta existant, & subiectorum atq; adiunctorum definitionibus ac legibus satis arguitur, quemadmodum hæc illis, si propria sint omnino, sint communia, aliquo modo adiungantur & attribuantur: quod de ceteris generib. similiter intelligendũ est.

Paria autem affectionis & reciprocationis momenta, in quæ genera cadant, à Petro Ramo satis definitum est. Quod igitur tibi in illa distinctione facile & promptum videtur, id propter varias cautiones & distinctiones nimis perplexum & intricatum est. Quod vero in Ramo difficile ijs videtur, qui alijs præceptis instituti sunt: id propter facilem breuitatem, & accuratam artis conformationem, paratum omnino

mino & expeditum est. Nam si tu ad quoduis propo- De part. distinct. 3
situm argumenta inuenias, eorumque affectione si is legibus ponderata, deinceps certa Axiomatis & Syllogismi arte iudices; atque tum partes, si egeant, approbes, tum totum iudicium, si non concedatur, suis principijs, id est, Definitionibus ac veris Maximis demonstres: paratissime omnia præstabis, & nihil aberrabis. Nam quod varijs illis Maximis, & Quæstionū generibus, plurimis vtrinque admonitionibus cumulatis confunditur, id generalis artis generibus, & progressu per se suaque sponte continetur & efficitur. Inuentio. Inuentio enim argumenta & themata simplicia considerans, omnes inueniendi locos & arguendi affectiones, consentaneas ad consensionem & identitatem arguendum & confirmandum, dissentaneas ad differentiam & diuersitatem arguendum, & ad refutandum: Iudicium vero omnes ad bene Iudicandum dispositionis formas ac modos affirmatos & negatos, Iudicium. ad confirmandum ac refutandum, & quoque modo arguendum perfectè explicat. Atque hic Axiomata, hoc est, coniuncta themata fiunt ex argumentis simplicibus; &, vel suo, si manifesta sint, artificio iudicantur, vel si dubia sint, Syllogismo per tertium argumentum disputantur. Ergo in generali arte promcōsequens. ptissima ad differendum via est, quæ & ipsa Instrumenta paratissima describit, & pariter Quæstionum simplicium, vt loquuntur, coniunctarumque genera, modosque differendi affirmatè vel negatè eadem descriptione complectitur. Vnde etiam vi- 1. Ant. tiosum est, generalem Inuentionem ad confirman-

dum & refutandum adstringere: cum ipsa nuda tantum consideret argumenta, quæ nec affirmant, nec negant per se, ideoq; nec verum nec falsum absq; dispositione enunciant, sed simpliciter inuenta ad quoduis propositum quoquo modo, affirmata vel negata dispositione arguendum apta & parata sunt. Atq; modus differendi, vt generatim arte, præcipuè dispositionis, continetur, sic in exemplis vltro se offert, atq; ita in rerum conditione ac natura consistens, iudicio & consilio differentis ex arte conformatur. Variæ autem expertorum hominum de arte applicanda & exercenda admonitiones, Institutioni magistrorum, & commentarijs relinquuntur. Ergo illa in singulis locis triplex Firmamentorũ Distinctio superuacanea est, & nihil nouæ artis habet: cum quoquo modo differatur, semper affectio argumentorum ponderata, & Iudicij ratio adhibita abundè satis faciat. In attributione autem & conuenientia etsi sæpe eadem ratio est, quæ in simplici essentiæ disputatione, vt siue disputes Diem esse, ab efficiente, quia sol exortus sit; siue disseras, Aegistum esse amatorem, quia otio diffluat, similiter à caussa, quæ ei conueniat, vnde etiam Effectus attribuatur: attamen etiam in aliorum argumentorum attributione adiunctorum affectio præcipuè & Comparatorum aliquando incidit, ideoq; sic duplex sæpe affectio consideranda est. Itaque qualis est argumentorum affectio, talis etiam inde Enunciatio, contingens vel necessaria iudicabitur: vnde & Syllogismus totus, etiamsi Consequentiam per se quidē semper necessariam habeat, ratione tamen antecedentis con-

Modus differendi.

Conseq.

Illust. ex diuersis.

contingens & necessarius distingui poterit. De Part. distinct. Oppug.

PAED. Verum enim vero deinceps aliorum Maximas cum Ramea generali arte, & vtriusq; exemplorum Demonstrationes comparato.

DISC. Id infra commodius per singulos locos & Iudicij genera fiet: At nunc collocationis exemplorū specimen tantum in vno genere summatim edamus. Supra igitur hoc tuum exemplum fuit. Propug. & exemplorum collatio.

Domus ei oppignorata fuit. Ergo area, etiam ea sublata, oppignorata manet.

Consequentiam hoc firmamento demonstrabas:

Cui totum conuenit, ei & pars: & quod Toti conuenit, id parti similiter.

Ex Rami arte addita propositione Consequentiam demonstro:

Si domus, etiam area.

Et hanc definitione Totius Integri, si opus sit, necessariam esse conuinco.

Totum integrum est cui partes sunt essentiales, vt area est essentialis domus pars.

Vides hanc certiorem esse demonstrationem ex ipsa Argumenti natura & definitione, quae in vestra Maxima non ita apparet. Nos igitur fundamentum ipsum adferimus, vos aliquid inde deductum: nos Enthymemata complemus, vos Consequens per prosyllogismum improprium & remotiorē comprobatis.

Et, ne operosam eiusmodi demonstrationem esse putes, breuius etiam contrahitur in solum Propositionis intellectæ prosyllogismum, sic.

Domus oppignorata fuit. Ergo & area.

Nam area est vna ex essentialibus domus partibus.

Vel hic Maximas ex definitione totius & partium deductas etiam adhibemus; quas tamen ideo in arte non ponimus.

Et similis quidem aliorum exemplorum ratio ac demonstratio est. Hactenus satis multa de Maximis: nunc ad Logicæ Partitionem redeamus.

ALIORVM LOGICAE. Partitiones.

2. Oppug. *PAED. Logica à P. Ramo in Inuentionem & Iudicium distribuitur: quam partitionem tum ex naturali Rationis vsu, tum ex præstantissimis huius artis auctoribus Socrate, Platone, Aristotele, Cicerone, & Quinctiliano Logicæ propriam vendicasti.*

Deinde Distributionem in Apodicticam, Topicã, & Sophisticam, è particula artis, vel potius ex particulæ, nempe axiomaticæ doctrinæ, fructu natam toti arti attribui non posse ostendisti. Sed quoniam plures etiam distributiones insignes traduntur, earum auctoritatem non contemnendam esse existimo.

2. Definitio. Diuisio argumentatio. *Sunt enim qui ex Boëtio pariter distribuendo definiant Dialecticam artem definiendi, diuidendi, & argumentandi: quam diuisionem quasi sua officia, alij etiam Definitioni statim, alij partitioni in Inuentionem & Iudicium subijciunt. De ea autem Rami Logica tacet.*

Propug. *DI. Nullius hominis auctoritatem contemnimus, sed Scholarum libera consuetudine in vtramque partem disserimus, vt & ingenia exerceamus, & rerum atque argumentorum quandam nobis facultatem com-*

comparemus. Boëtius naturalem probat partitionẽ, sed hanc etiam obiter attingit: qui vero eandem accuratius tradunt, ij cum totum differendi munus in Themate simplici & coniuncto constituant; atque illud definiendo & diuidendo præcipue, hoc vero argumentando tractari censeant: inde quasi ad Methodum vtriusque respicientes, illa Logicæ tria officia constituerunt. Sed nec Thema vnquam simplex absq; axiomatico iudicio tractari potest, estque vnica cuiuscunque thematis tractandi ratio & Methodus: nec illa Diuisio legitima est. Offendit enim primum in legem κατα παντὸς, quod duas Inuentionis particulas, & vnam Iudicij, quæ vniuersum artis statum non complectuntur, tanquam principes partes, & vniuersalia officia constituat. Deinde lex καθόλυ violatur, quod particularum officia toti attribuantur, & generatim enuncientur, quæ suo loco per species enunciandæ erant. Itaque artium leges principali Partitione constituta, hanc ex particulis consutam, disiciunt, easq; suo loco ita exponunt, vt rectius conformentur, & commodius adhibeantur. Inuentio enim Definitiones & Distributiones, vt orta argumenta, suis locis planè instituit, earumque vsum vberrime ostendit: Methodus docet propositam rem definiendo, distribuendo, & sic partibus explicandis tractandam esse. De part. Dialect.

PAED. Occurrit & eiusmodi Partitio: quæ cum plenior videatur, non ita facile repudiabitur. Dialecticæ partes sunt quatuor, Notio affectionum, Definitio, Diuisio, & Argumentatio. Oppug. 4. partes. Fra. Hot.

DISC.

Propug. DISC. Imo illa eadem ratione repudiatur: quod nomine Notionis affectionum, totam Inuentionem, cum duabus eius particulis, & vna Iudicij parte similiter conturbet. Inuentio tota est notionum illarū, hoc est, argumentorum doctrina, qua etiam Definitio & Diuisio comprehenduntur. Argumentatio autem est Syllogismus, prior Dianoëtici Iudicij species. Notio autem potius argumenti & iudicij fructus, quàm illius genus esse videtur; quod argumentis & eorum iudicio omnia cognoscantur, nempe res singulæ suis præcipue formis & nominibus; vniuersalia autem singulorū Inductione, & hinc constituta definitione.

Notio.

Oppug. 5. Part. Io. stur. PAED. Sed quid, quod in vim differentis, & in Disquisitionem diuiditur? vis autem illa vicißim in Inuentionem, Iudicium & collocationem.

Propug. DISC. Noui hanc partitionem Ciceronis imitatione factam esse; qua auctor non simpliciter artis essentiam spectauit, quemadmodum nec Cicero Rhetoricæ, sed Prudentiam in exercenda arte cum ipsius essentia coniunxit, vt vocabula ipsa ostendunt, cum artis essentiam per vim differentis, & prudentiam exercendi per Disquisitionem seu disceptationem significet: vbi præter cetera Collocationis methodicæ in Dialogis quædam præcepta exponuntur. Alioquin clarißimus ille auctor naturalem ordinem studiose consectatus est, &c.

6. Quæst. 6. Q. An Inuentio priore loco docenda sit?

Propug. DISC. Affirmatur ab vnicæ Methodi certißima lege. Na-

De ordine partium.

NAtura prius præcedet.

Inuentio est natura prior. Cic. in Top. Prius enim aliquid cogitatur, quàm iudicatur. Et simplicia, quæ Inuentioni proposita sunt, antecedunt coniuncta, quæ sunt Iudicij.

Ergo Inuentio præcedet.

Oppug. à notiorib. propug. Assum.

PAED. *Sumptiones quidem tuæ Ratiocinationis concedo, sed propositionem ita distinguendam puto, vt quæ nobis notiora sint & ad docendum commodiora, ea etiam in puerili institutione præcedãt. Nunc autem simplices Categorematum & Categoriarum voces nobis sunt notiores, vnde deinceps fiunt Enunciationes: ex his verò elementis porro Syllogismus cõficitur: in quo cum medium seu tertium argumentũ ad fidem faciendam adhibeatur: Inuentio rectè subiungitur, è qua media illa petuntur. Quorsum enim initio traderetur Inuentio, antequam, quo pertineret illa, intelligeretur? Et illum progressum etiam Methodus illa quæ συνθετικὴ dicitur, requirit.*

Compl. sent.

pre pug. à naturali ordine. compl.

DISC. *Et hic mihi arte mirum videtur, hæc ita præposterè contra auctoritatem antiquissimorũ philosophorum, imo contra perspicuum naturæ ordinem torqueri. Est profecto grauis ille error & præpostera cogitatio, quasi Categoremata & Categoriæ sint peculiaria Elementa, è quibus Enunciationes, & hinc Quæstiones atque Syllogismi exstruantur; Inuentio autem sit tantũ medij seu tertij argumenti, ad Quæstionem Syllogismo probandam, seu inueniendi seu agnoscendi ministra. An est, qui non intelligat vnicam* Assum.

gene-

generalem Inuentionem esse commune Instrumentū cuiuscunque materiæ inueniendæ: quæ ideo argumenta, tanquam prædicabilia, vt loquuntur, singula & sola sua affectione considerat, vt inde primi Iudicij legibus fiant Enunciationes, quæ si manifestæ sint, statim iudicentur: sin dubiæ, Quæstiones fiant, ad quas disputandas tertium argumentum vicissim ex generali Inuentione quæratur, & cum ijs Syllogismo disponatur? Quod cum ita sit, nulla caussa est tam præposterum ordinem affectandi: & tota Inuentio est simplicium elementorum, à quibus sit progressus ad coniuncta.

prop. sent.

7. Q. 7. Q. An Inuentio rectè definiatur, pars Logicæ de inueniendis argumentis?

Confirmatur à lege definiendi.

Prop. DEfinitiones legitimæ constant essentialibus caussis, quales genere & forma comprehenduntur.

Assum. At hæc constat genere & forma.

Genus est, pars Logicæ forma, de inueniendis argumentis: quæ verba etiam Finem Officiumq́; & Subiectū, quod Inuentio tractat & inuenit, simul exprimunt.

Compl. Ergo hæc definitio legitima est.

CONTENTIO.

Oppug. PAED. *Si Definitio perspicue explicabit, quid res sit: certè non per obscuriora & incertiora, quàm definitum sit, id efficiet.*

prop. *Hæc autem per Argumentum definiens Inuentionem, nomen multo incertius pro explicatione sumit, quàm sit ipsa Inuentio.*

Assum. *Vnde appa-*

apparet eam non satis perfectam aut accommodatam esse: misi antea nomen Argumenti vel definitione ipsa, vt, Dialectica est ars disserendi, argumentis, enunciatis, syllogismo & Methodo, vel alia ratione sit introductum. De Inuēti: definit. Compl.

DISC. Definitio hæc perfectissima est, cum genere & forma, quæ finem, officium & subiectam materiam complectitur, perficiatur: Officium scilicet Inuenire, vocabulo satis manifesto, subiecta vero materia, quam Inuentio & suis præceptis interpretatur & iisdem inuenit, proprio & vsitato artis nomine, quo & notæ præceptionum, & res inuentæ nominantur, apertè definitur. Prius autem Argumenti mentio facienda non est, quàm ea pars definiatur, quæ illas res tradit, quas Argumenta nominamus. Neque enim Dialectica immediate, sed per Inuentionem in argumentis versatur: vnde efficitur, in Inuentionis definitione primum Argumenti nomen fuisse collocandum. Quod vt quid sit, & in arte significet, intelligatur, statim eius generalis vis & significatio definitione euoluitur. Quod vero tu Definitione Logicæ Argumenta, Axiomata, Syllogismum & Methodū complecteris, id non video qua ratione commode fieri possit, vt partium subiecta seu particulæ, ipsis partibus prætexitis, Totius definitioni inculcentur. Definitiones sunt vniuersalia causarum, essentiam rerum constituentium symbola: eaq; symbolica comprehensio constat vna vniuersi status communione, quæ deinceps solet distributione in partes separari? Quare, si quæque res suis causis & subiectis definienda est, quæ ita nec propug. à lege defi. compl. Assum. propo.

nec toti alicui, vt eius parti, nec alij parti similiter proposita est: efficitur Inuentionem rectè, de inuenien dis argumentis definiri: quod nec tota Logica in Argumentis immediatè, nec Iudicium in ijsdem inueniendis versetur. Primum autē ita se habere, è definitionis legibus, & illustribus exemplis constat. Quare etiam postremum necessario sequitur.

Assum: & Compl.

PAED. Sed Inuentrix est, quæ monet, quomodo res inuestigandæ sint, aut, propositio rerum cumulo, docet eligere ea, quæ præsentem materiam illustrant. Aut etiam hæc plenior definitio fuerit: Inuentio seu Topice est inueniendorum argumentorum disciplina, qua Loci continentur, ex quibus illa depromuntur. Vel hæc: Inueniendi pars ea est, quā Topicen vocant, quam Boëtius (quod Cicero non est ausus) localem appellauit; quod locos, è quibus argumenta, veluti è thesauris depromuntur, ad disceptandum de re quauis in quæstionem vocata, demonstret. Vel talis: Inuentio est discernendæ quæstionis, & inueniendi argumēti scientia. Tum & aliæ complures, sed hæc præcipue excellere videtur. Ars inueniendi est, quæ quid quisq; affectus ad disputandum valeat, aut non valeat, ostendit. Non enim satis est locos affectuum digito commōstrasse, nisi quæ cuiusq; vis & facultas sit, quam in partem valeant, & qualis eorum sit vsus, demonstretur. Et sic Medij inueniendi ars est notatio, proprietatis cuiusq; loci atq; argumenti, quæ longo vsu & exercitatione percepta, certis regulis comprehensa est. Omitto iam reliquas à magnis viris non minus accuratè confectas definitiones, quæ vestræ illi tribus ver-

Oppug. ab alijs definitionibus. phil. Mel. Valerij. Gorscij.

Byrsæi.

Fr. Hoto.

bis

bis nimis obscure expressæ longissimè antecedunt.

DISC. Breuitas & perspicuitas in Definitionibus coniunctæ, maxima illarum lumina & summæ sunt virtutes. Definiuit Ramus Inuentionem Genere (quod est Pars Dialecticæ) & forma, fine, subiectoq; expressa, vel si ita placet, genere ac fine subiectoq;. An non hoc omnes faciendum esse docent? & perspicuam breuitatem in Definitionibus requirunt? Sed quid clarius dici, aut quo modo queat, quàm Inuentionem esse partem Dialecticæ? An non hoc ita est, & facilime intelligitur? Deinde quid planius, quàm, esse partem de inuemendis argumentis? Intelligisne eiusdem originis voce, finem officiumq;, quod est, Inuenire argumenta, perspicue definiri? Dic, si potes, tu clarius, quis sit Inuentioni finis propositus, & quod sit eius officium? Deinde additur subiecti artificiosum nomen, quod & Inuentio describat, & descripta arte inueniatur. Nam & inueniendi viæ seu notæ, quas sedes argumentorum, domicilia, atque locos appellant, & res seu materiæ inuentæ, Argumenta ab arguendo vt artificiose, ita & recte ac vsui conuenienter nominatæ sunt. Quare cum Inuentio tum vias inueniendi doceat, tum ipsam inquirendo materiam ad disserendum inueniat; atque cum vtræq; illæ Argumenta nominentur: certe ego breuitatem illam definiendi omnino perspicuam, quam tu accusare conaris, satis laudare non possum. Pueris incipientibus nihil facilius, nec hoc ipsum commodius inculcari potest, quàm Inuentionem, priorem Dialecticæ partem esse & docere de inueniendis argumentis. Inuenire eius esse proprium artificium:

De Inuen. definit. Propug. prop. Assum. Proposit. Assum. Comple. loco propa relatæ.

cium: argumenta autem dici, tum certas in arte inueniendi notas, tum materiam, quæ inueniatur & ad differendum adhibeatur. Et quidem eo apertius hoc ita docetur, quod statim argumenti definitio addatur, qua illud nuda mentis ratio esse intelligitur, vt est vocabulum nudum in Etymologia, quæ deinceps Axiomate cum altera, vt in Syntaxi vocabulum cum vocabulo disponatur, atque ita ad eandem illam, imo ad quoduis propositum arguendum affecta & apposita

Collatio. sit. Tu aliorum definitiones opponis: quas ego minimè repudio; sed eas, vel idem copiosius explicare, vel improprias esse ac nimis angustas, vel aliena complecti video. A quibusdam prior pars Iudicium, & altera Inuentio constituitur, sed certè contra naturæ ordinē,

Termini. & contra præstantissimorum Logicorum auctoritatem, vt alias demonstratum est. Idem Propositionum seu Enunciationum partes non argumenta, sed terminos nominant, quos Prædicabilia & Prædicamenta præbeant: Argumenta autem illis sunt illa media,

Argumen. quibus Propositio seu Quæstio confirmatur seu refutatur. Atque ideo prius è prædicabilibus & prædicamentis, propositionum conficiendarum rationem docent; deinde hinc exstruunt Syllogismos, tanquam ex postibus & trabibus præparatis domos, postremoque Inuentionem Medij Syllogistici tradunt, cum tamen Syllogismus iam ante exstructus suum medium inclusum teneat: quanquam excusant, se formam Syllogismi absq; materia tradere. Sed locum defensio illa haberet, si generali cuiusque materiæ Inuentione præmissa, postea inde Axiomata, Syllogismos, & Methodum

dum conficerent. Nec enim vel omnes res, vel omnes rerum affectiones, è quibus omnis generis Enunciationes sunt, è prædicabilibus peti possunt; nec Inuentio solum Media, id est, Quæstionum probationes suppeditat, sed communes vias omnem materiam, omnesque res & voces inueniendi, considerandi, & simpliciter ponderandi describit. Dispositio autem omnes iudicādi & sic differendi formas, rationes & modos, complectitur. Nunc pleræq; illæ, quas tu adducis definitiones, vel apertè medij tantum inueniendi artem profitentur, vel si maximè generatim sumi queant, eò tamen applicatæ sunt. Clarissimus totius Germaniæ præceptor D. Philippus ita quidem definit, vt generatim intelligi queat: sed vniuersam tamen Logicam, vt à suis præceptoribus accepit, ita illustrauit. Res inuestigare, vt loquitur, nihil aliud est, quàm inuenire: addit declarationem specialem, quod sic etiam, propositorum cumulo doceat eligere ea, quæ præsentem materiam illustrant. Hic delectus nullam nouam doctrinam habet, illaq; definitione, de inueniendis argumentis, satis explicatur. Singulorū enim argumentorum definitiones, distributiones, ac proprietatum explicationes omnino vniuersum cuiusq; rei & vocis considerandæ & distinguendæ, atq; ita ad arguendum accommodandæ artificium complectuntur. Sic Causſa arguit Effectū, Subiectū suum adiunctū, & viciſsim, atq; ita in ceteris: quæ arguendi, considerandique rationes perfectiſsimè inueniēdi arte describuntur. Sin vero delectus certorum ad quodq; genus Quæstionis argumentorum intelligatur: respon-

De Inuen. definit.

Ph. M.

Delectus arg. & prudentia accommodationis.

dev, nullum argumenti genus esse, quod non ad omne propositum arguendum accommodatum & aptum sit; ipsamq; differendi & applicandi rationem modumque Dispositionis generibus & sic artis progressu contineri. Prudentia autem quædam ex omnibus seligendi, non artis est, sed ingenij & mediocris exercitationis: quam nec ij, qui ita definiunt, certis legibus informant. Illa vero Definitio, Inuentio quę Topicè appellatur, est inueniendorum argumentorum disciplina, qua Loci continentur, ex quibus illa depromuntur, quid quæso melius, aut accommodatius definit? Topices fortasse vocabulum desideras: at ea Metaphora est omnium artium communis; argumentorum vim ac naturam nihil explicat. Nomen est nominum locus, pronomen pronominum, Metonymia metonymiarum, & ita deinceps. Et certè alienior est à Logica, quod Inuentio non res ipsas suppeditet, sed vias tantum certaq; indicia inueniendi tradat. Certius igitur hoc & apertius est, quod Inuentio sit artis Logicæ pars de inueniendis argumentis, hoc est, quæ certas argumentà inueniendi rationes ac vias tradat: vnde etiam ille auctor, inueniendorum argumentorum disciplinam nominat. Quare nec opus est addere, & superuacaneum est, ex quibus illa depromuntur: cum intelligatur esse artem inueniendi, scilicet argumenta, quorum viæ commonstrantur, non res ac facultates suggeruntur: hæ enim in suis distinctis sunt repositæ disciplinis. Idem respondeo ad illam definitionem, qua argumenta è locis ad disputandum de re quauis in quæ-

Valerij.

Loci.

Gorscij.

stionem

quæstionem vocata, similiter depromi dicuntur. Atq; etiam alienum illud est in Inuentionis definitione, de requauis in quæstionem vocata, imo etiam nimis angustum: quia tota ars in omni proposito versari intelligitur, nec argumenta ad quæstiones tantũ, sed ad nudas etiam res, & quaslibet sententias arguendum adhibentur. Illa vero (Inuentio est discernendæ Quæstionis & inueniendi argumenti scientia) definitio priore parte falsa, altera vera esse mihi videtur. Neque enim Quæstionum vllam doctrinam aut differentiam Inuentio docet, nisi quod ille auctor pro suo arbitratu id ita statuerit: sed recte argumentorum inueniendorũ scientia dicitur, quæ sunt omnis Sententiæ, Enunciationis & Quæstionis semina. Vsus igitur hic Iudex & Censor adhibeatur: non hominis alicuius Opinio spectetur. Postremo etiam eorum de Inuentione sententiam obiecisti; qui cum non vniuersam Logicam, sed Argumentationem in Inuentionem & Iudicium partiantur; primo Notionum, id est, omnium argumentorum genera, hoc est, Inuentionem ipsam reuera tamen docent, ac inde Definitiones porro, Diuisiones, & Argumentationem exstruunt; deinde hac in Inuentionem & Iudicium distributa, Inuentionem faciunt postremo Medij inuemendi, & sic Maximarum seu Firmamentorum artem, qua affectuum in locis vis & facultas, & quã impartem valeant, & qualis eorum sit vsus, demonstretur. Hic Iudicium legis Καθόλυ adhibeatur, quæ tautologiam vetat. Primo Notiones affectuum in rebus, tanquam prima Dialecticæ pars, id est, ipsius Inuen-

De Inuen. definit.

Fr. Byrsæi.

Fr. Hoto.

Prop.

Assum.

uentionis loci docentur; deinde affectiones dictionum traduntur, id est, Inuentio eadem iterata ad dictiones accommodatur. Secunda deinde ista partitione, Dialecticæ pars, nempe Diuisio, tum tertia nempe Definitio & hic Enunciatio; postremo quarta, nempe Argumentatio explicatur; atq; in hac Inuentio & Iudicium ponuntur. Inuentio autem eadem illa est, quæ supra fuit, primo Rerum Notio, deinde dictionum: ideoq; tertio iteratur eadem, nisi quod hic triplices Maximæ addantur & ad argumentationes accommodentur. At vero vna Inuentio & res vocesq; inuenit atque considerat, & media ad Syllogismos, imo omnem materiam ad quoduis iudicij genus commonstrat. Atq; in eadem veræ argumentorũ Maximæ ac Firmamenta, vt supra ostendi, exponuntur. Quod autem Dispositionis & Iudicij proprium est, id perfectè in secunda parte docetur, vt nihil ad perfectam differendi rationem desideretur. Quid igitur triplici illa eiusdem Inuentionis repetitione & tautologia opus est? Imo vero quid cogit eas soli Argumentationi partes atribuere, quibus vniuersæ artis essentia constat, & quarum prior nullam Argumentationis vim continet? Nam siue terminos Quæstionis, siue medium spectes: vtrobiq; rationes nudas ac separatas considerat, quod omnino Inuentionis proprium, & ad Argumentationem, cuius tota in Dispositione vis est, nihil attinet. Nam si maximè argumentationem definias Regulam, qua vera & falsa dijudicentur, vt illi definiunt, qui ita etiã partiuntur: tamen ipsa & Dispositione perficitur, & id quod disponitur, aliunde, nempe ex

Collatio Rami.

pe ex generali Inuentione, accipit. Sic enim ipsi manent, Argumentationem esse argumenti expositionẽ, tractationem, conclusionem & expolitionem. Quare si est argumenti expositio; non fuerit eius Inuentio: aut si Inuentio eius pars esset, altiorè genere definiretur, cuius communione & Inuentio argumenti & eiusdem iudicium contineretur. Quæ cum ita sint, intelligimus Inuentionem, quæ essentialis totius artis pars, & quidem qualicunque materiæ Inueniendæ communis est, contra legem καθόλ8 tum nimis angustè à multis ad Medium tantum inueniendum adstringi, tum præposterè & falso etiam argumentationis partem constitui, &c. De Arg. definit. Concl.

8. Q. An Argumentum rectè definiatur, Quod ad aliquid arguendum affectum est? 8. Q.

Affirmatur à definitionis Lege.

QVod Caussis essentialibus definitur, id rectè definitur.

At Argumentum caussis essentialibus definitur, nempe forma propria tum materiâ sibi cõuenientem complexa, tum suis proprietatibus conformata. Ergo Argumentum rectè definitur.

CONTENTIO.

PAED. *At vero essentiales caussæ genere & forma comprehenduntur: hic autem nullum genus expressum est.* Oppug. Genus.

DISC. *Argumentum ipsum hic summum genus est, nec alia res est, cũ qua illud communem essentiã* propug.

habeat: ideoque nec genere, essentiæ communio, quæ nulla est, definiri potest, sed sola hic Materia formaque, quæ & finem significant, essentiam argumenti satis definiunt.

Oppug. PAED. Sed cum Notatio quædam eaq; vt infra dicetur, aliena, hic tantum expressa sit: nec materiã, nec formam hic agnosco.

Propug. DISC. Materia rei incorporeæ ipsa forma comprehenditur: hæc autem generali relatione & notatione, ad duas eius proprietates significandas, exprimitur. Nam cuiuscunq; rei vel vocis, veræ vel fictæ, cogitatæ vel expressæ vis & facultas arguendi ad id quod arguitur, affecta, est argumenti essentialis, eaq; generalis proprietas, qua est, id quod est, & ab Enunciato, Syllogismo, Methodoq; distinguitur.

Oppug. PAED. Quæ vero sunt illæ essentiales proprietates? certè nimis mihi vaga & incerta omnia esse videntur in vocibus, Quod, Aliquid, Arguere, affectum est.

Propug. DISC. Imo omnino generalia & communia sunt, vt conuenit rem generalem omnino & communiter definiri. Nam vt Logica tota generalis est, tam latè patens, quàm naturalis rationis vsus: ita & argumentum suo loco æquè generale sit, necesse est, videlicet quæuis ratio & sententiæ pars, quocunq; modo etiam arguat, vt in artis explicatione demonstratum est. Itaque duæ illæ proprietates hic pro forma argumenti considerantur: quibus additur Appendix illustrationis de simplici argumenti natura & consideratione, qua à dispositione distinguitur.

Prior

Prior proprietas relatione significata, est mutua binorum affectio, seu affectio argumenti ad thema, id est, ad rem, quæ arguitur. Etenim semper duo inter se affecta sunt, eaq; sic generatim argumenta nominantur. Attamen in vsu & accommodatione, eorum alterum semper est id, quod arguitur : *thema simplex: alterum vero nominatim argumentum.* De Arg. defin.

Altera proprietas, notatione significata est generalis, & verè logica argumenti significatio, vis, facultas suis & officium: quod topica propriaq; suæ affectionis vi semper alterum affectum arguat, attingat, reficiat, & ostendat. Quod enim declarat, exponit, aut probat, & demonstrat seu fidem facit, id vi dispositionis axiomaticæ & syllogisticæ facit. Atque ex hac coniuncta argumenti & dispositionis vi ferè omnes alij auctores tum argumentum definiunt, tum de eodem loquuntur, non admodum topicam illam attendentes. Vide primam partem pag. 74. & sequent. 18

Appendix argumenti definitioni addita generalem argumenti significationem illustrat, & propriam Inuentionis considerationem à dispositione distinguit. Inuentio. n. suis legibus, absq; dispositionis artificio, singula argumenta, prædicabilia & themata simplicia suis affectionibus distinguit, inuenit, & cõsiderat. Iudicium autem ex ijs dispositis Themata coniuncta facit, eaq; vel Axiomatum legibus per se manifesta, vel si dubia sint, per tertium argumentum Syllogismo iudicat: Methodus omnia sic iudicata in ordinem redigit, &c. Vide prima partem. 2.

PAED. *Intelligo quam defendas argumenti com-*

munitatem, vt illud omnis Enunciationis & sententiæ partes, hoc est, terminos, minorem & maiorem, vel subiectum & prædicatum significet. Sed minus vaga & incerta est illa Argumenti definitio & significatio: quis ita vnquam Subiectum & Prædicatum, quæ sunt partes Enunciati, appellauit argumenta? Argumentum enim Syllogismi est, quo probatur Prædicatum inesse aut non inesse subiecto; nequaquam vero est Enunciati, nullum habentis argumentum, sed duntaxat Subiectum & Prædicatum, vt, Homo est Animal: Homo, est Subiectum, Animal, Prædicatum. Argumentum autem, quia Syllogismi proprium est, rectissimè Cicero in Topicis ita definiuit: Locus est argumenti sedes: Argumẽtum autem ratio, quæ rei dubiæ facit fidẽ. Atque hinc etiam intelligitur, Argumentum non esse simplex verbum vel copulatum, aut nudã rationem, sed esse totam Enunciationem & Assumtionem: vnde clarissimi quique viri vel illam Ciceronis definitionẽ retinuerunt, vel ita eadem sententia definiuerunt: Argumentum est Enunciatio, qua res dubia probatur. Quæ cum ita sint, P. Ramus illam definitionem summo clarissimorum hominum consensu constitutam temerè mutasse videtur.

Argumenta sunt singuli termini. Compl. Iac. Scer. Assum.

Cic. Top. Arg. defi.

Argumentum est Enunciatum. Alia defi. Perionij.

DISC. Sapienter sanè Ramus illam definitionem ex Platone, Aristotele & Cicerone haustam, sanctis Aristotelis, imo Naturæ legibus conformauit. Etsi enim plerique more quodam potius, quàm certa ratione definiendo ab Ramo discrepare videntur, reipsa tamen omnino conueniunt. An non separata omnis senten-

propug. a varijs argumenti appellationibus.

sententiæ partes varie à philosophis sunt nominatæ, vt Categoremata, & eorum doctrina Categoria, Principia, Elementa, Termini, Subiectum, prædicatum seu attributum, imo præcipuè in Syllogistico vsu, Media, Rationes, probationes, &c. Docuerunt igitur è Categorijs Categoremata & principia sumi, vnde Enunciata componantur, quorum illa sunt termini, vt, Homo & Animal, sunt duo Categoremata, principia & elementa, è quibus hoc Enunciatum, Homo est animal, conficitur; quæ ideo metaphoricos eius termini, minor & maior, itemque subiectum & prædicatum in Scholis nominantur. Et quoniam in Quæstione, quæ est Enunciatum dubium, sunt eiusmodi duo termini; Aristoteles eius probationem appellauit Medium terminum *in Syllogismo: quem in Scholis* Argumentum *tantũ appellant. Nunc autem quoniam illa vocabula græca, partim erant non satis propria & nimis communia, vt Categorema, etiamsi communiter ab Aristotele sæpe sumatur, tamen videtur, argumentum consentaneum alteri attributum magis significare; partim nimis aliena, & duriores metaphoræ erant cum etiam litteræ in Grammatica, & similia in alijs artibus, principia, elementaque dicantur, Termini autem agrorum proprij sint: ideo Cicero & qui latinè loquuti sunt, pro Categorematis, & ceteris vocabulis generatim* Argumenta *nominarunt. Quoties enim Topica interpretantur, toties* Argumentum *faciunt summum genus, Causſæ, Effecti,*

De Arg. defin.

Vide 1. Tomum pag 79. 80. &c, Scholasticæ appellationes.

Cicero Argumenta dicit.

fecti, Subiecti, Adiuncti, & reliquorum generum; & singulas species; imo etiam illas Rationes, quæ in Syllogismo Quæstionem probant, Argumenta nominant.

2. Demon. ex vsu. Quid? quod omnes illi clarissimi viri, qui argumentũ rationem definiunt, quæ rei dubiæ faciat fidem,

Assum. latius illud ipsum vsurpant, quam definiunt, cùm Argumentis non modo Quæstionem confirmari, sed quoduis etiam propositum quouis modo tractari, illustrari, exponi, & amplificari suis dictatis & commentarijs ostendunt? Thema simplex monent Definitione, Diuisione, Causis, & eiusmodi alijs rationibus doceri & exponi: quod fit Axiomatica dispositione: An vero illa argumenta aut non sint, aut nominari nõ debeant? Cur nomen illud amittant? An quia fiunt. Enunciatorum partes? at semper in vsu etiam Syllogistico, Argumentum est pars Enunciati. An distinctionis gratia, vt partes Quæstionis ab illo argumento, quo illa confirmatur, separentur? At Distinctio ab Aristotele metaphorica in termino Minore, Maiore & Medio, ab Ramo autem propria & perspicua in

Prop. sent. Argumento Antecedente, Consequente in Enunciati, & tertio in Syllogismi doctrina tradita est. Quod cũ ita sit: quid Ramus ab Aristotele aut Cicerone, imo ab vsu omnium magistro & Censore alienum commisit, si ea latine & proprie cum Cicerone nominauit, quæ nimis improprie, & dure, in Scholis expressa erant? Quanquam appellationes illas, & vulgatos Terminos P. Ramus ex arte, quæ proprie & pure doceri debet, tantum excludit; in Commentarijs autẽ confert, & sæpè etiam ipse vsurpat. Vulgata igitur

Argu-

Argumenti Definitio nimis angusta, & à Rhetoribus profecta ad forensem tantum vsum (vbi tamen etiam communiter argumenta vsurpantur) quodam institutionis more accommodata est: quæ ideo à Ramo Tertio tantum argumento, quod vi syllogisticæ dispositionis Quæstioni fidem facit, attribuitur. In Argumenti itaq; Definitionis forma nonnihil immutatum & accuratius conformatum est: res ipsa & vocabuli generalis significatio & vsus prorsus idem manet. De Arg: defin.

PAED. *Sed si Argumentum tertium dicitur, quod Quæstioni, in qua duo Argumenta sunt, fidem facit: non fuerit illud, vt quidam definiunt, integra Enunciatio & Assumtio.* Oppug.

DISC. *Recte quidem: neq; enim integra enunciatio erit, nec etiam ex Aristotelis sententia: qui tres terminos in Syllogismo facit, quæ nobis tria argumenta sunt: Argumentum integra Enunciatio & Assumtio esse poterit. Propositio seu Maior Syllogismi tum simplicis, ex consequente Quæstionis parte seu maiore termino, & tertio argumento; tum compositi ex tota Quæstione & tertio argumento; Assumtio ex Antecedente Quæstionis seu minore termino & tertio argumento constituitur: quanquam in composito etiam aliquando solum tertium argumentum assumitur. Quomodo igitur Tertium argumentum seu probatio, cum sit pars Enunciationis, nempe, Propositionis & Assumtionis, erit ipsa integra Enunciatio? aut cur potius Assumtio, quam Propositio, quæ tamen fundamentum est disputationis ex aliqua arte sumptum, erit argumentum: cum Assumtio sit argumenti* Propug.

è propositione ad institutum applicatio? Miror igitur cuiquam venire in mentem potuisse, Argumentum non esse simplex verbum aut copulatum, sed tantum Enunciationem & Assumptionem, vt ita propriam argumentorum naturam, quod ea sint singulæ rationes, sola & per se considerata, labe facta: cum tamen vulgo etiam doceatur, Categoremata, è quibus Enunciata fiunt, esse singulas voces vel coniunctas, vude etiam ipse Aristoteles tres terminos in Syllogismo, hoc est, tria argumenta constituit. Quamobrem hoc ratum & fixum manet, Argumenta esse singulas rationes, & simplicia mentis cogitata sola & per se considerata, quorum minimum duo faciunt Enunciationem & sententiam, siue ea singula, singulis vocibus, siue etiam quibusdam coniunctis, exprimantur: de qua in loquendo ratione, vide primum Tomum pag. 90. & sequ. Sed hæc nunc abrumpamus neque enim omnia, quæ à condiscipulis adferri solent, repetere operæ precium aut commodum est.

Comp.

9. Q. An Diuisio Argumenti in Artificiale & Inartificiale sit accurata?

Affirmatur à Lege distributionis.

Prop. SI Totum cum partibus conuertitur: certè legitima est hæc Diuisio.

Assum. At totum cum partibus conuertitur.

Nam hæc communis differentia, & quidem contraria, omni argumentorum generi conuenit, vt nullum argumentum sit, quod non sua vel aliena facultate arguat.

Ergo

Ergo hæc diuisio legitima & accurata, ideoque ab antiquissimis logicis, Aristotele, Cicerone, & Quinctiliano probata est. De Arg. diuision. Compl.

CONTENTIO.

PAED. *Diuisio quidem illa, & illis etiam vocabulis, sed non illis differentijs, quas vos affingitis, ab antiquissimis constituta est. Artificiale enim illis definitum fuit, quod per artem & nos ipsos comparari potest: Inartificiale vero, quod non comparatum est à nobis, sed antè exstitit, quodq; vltrò occurrit vel cum caussa adfertur. Itaque huius argumenti non tam inuemendi, quam tractandi certa ratio & ars fuerit. Quapropter Diuisio illa à vobis affectata & alio temerè contorta mihi videtur.* Oppug. à Differentijs Artif. & Inartifi. Conseq.

DISC. *Sed res spectentur, non testimonia: quanquam neque hæc nobis desunt. Quælibet res eadem qua definitur facultate, etiam distribuenda est, vt eius vires ac differentiæ rectè deductæ, legitime etiam distinguantur. Itaque cum definiatur Argumentū,* quod ad aliquid arguendum sit affectum; *ex illa etiam arguendi affectione & facultate ita distribuemr & exponetur, vt, & qua affectionis facultate, & quid seu quod thema arguat, apertè doceatur. Imo si maxime vulgatam definitionem retineremus* (Argumentum est, quod rei dubiæ fidem facit) *tamen ex illa fidem faciendi facultate etiam rectè distribueretur. Nunc autem cum argumentum in Artificiale & Inartificiale diuiditur: tum communis illa, qua definitur, arguendi & fidei faciendæ facultas in proximas arguendi & distinctas* Propug. Prop. Compl. Assum. affirmata

facul-

facultates distinguitur: quod illud ex sese, hoc est, sua arte, vi & facultate; hoc autem non sua natura, sed assumta argumenti alicuius Artificialis vi, arguat. Et sic porro omnia argumentorum genera gradatim ex diuersa origine, vi arguendi, & affectione distinguuntur, vt & omnes arguendi rationes ac differentiæ satis appareant, & facultas inueniendi sit promptissima.

Assum. negata.

Contra vero quando Artificiale ex quadam forensi consuetudine definitur, quod per artem & nos ipsos comparari possit, Inartificiale autem contra: tum non ex ea, qua definitum est facultate, sed ex adiuncta quadam inueniendi ratione diuiditur, vt sic eius vires & arguendi facultates quasi intercidant, & non explicentur. Quid? quod hæ Definitiones è forensi vsu, vbi sic aliquando Inartificialia ad Oratorem adferuntur, natæ, etiam falsæ sint: cum vtrunque genus & in Arte describatur, & per artem perq; nos ipsos, cogitari & comparari possit; atque tam Artificiale quàm Inartificiale ab alio etiam suppeditetur aliquando? Quemadmodum autem Logicus, siue Orator ille sit, siue Philosophus, notione Caussæ, effecti, vel alterius argumenti artificialis eius exempla è suis disciplinis cogitat & inuenit; ita etiam definitione Testimonij diuini vel humani, eius exempla è suis disciplinis, vel historijs, aut è vita communi cogitat & inuenit. Etsi igitur Aristoteles, Cicero, & Quinctilianus ex forensi magis consuetudine, quàm docendi accuratione, angustius vtrunque argumenti genus definiuerunt: tamen ydem generalem etiam

Illustratio à diuersis.

vim

vim & differentiam perſpexerunt, & expreſsè indicarunt. Sic Ariſtoteles in Rhetoricis ad Alexandrum, Inartificialia argumenta vocat probationes adiunctas ijs, quæ fiunt: *imò 8. cap. de Interpret, ait,* Non quia affirmatum aut negatum ſit, ideo eſſe, aut non eſſe, *ſignificans primus argumentis teſtimonia ponderanda eſſe. Cicero* vero ſecundo Oratorio apertius idem ſignificat, cum ait, Omne argumentum ſumi aut ex ſua vi atque natura, aut aſſumi foris, vt ea, quæ nõ ſua vi, ſed extranea ſubleuentur. *Quid? quod Plato in Protagora, & Gorgia, præcipue contra inertiam teſtimoniorum diſſerit, & veritatem rerum ex artificialibus argumentis exquirendam eſſe cenſet? Quare cum cauſſæ, effecta, & reliqua eiuſdem generis argumenta ſua vi & arte arguant, Teſtimonia autem per ſe inertia, & tenuiſſimam fidem habentia, illorum vi ſubleuentur: profecto argumentum legitimum illis primis artis & inertiæ differentijs diuiditur, generaq; illa rectius ex arguendi vi & facultate, propria ſcilicet & aliena, quàm ex fortuita ratione inueniendi & argumenta comparandi definiuntur. Vocabula vſu trita, & res reuera eadem manet: ſed eorum definitiones tum ex vſu ipſo, tum etiam ex ſententia veterum, paulò aliter diſtinguuntur, & ad generalem communemq; Inuentionis vim vſumq; rectius meliusq; accommodantur.*

De Arg. diuiſion. Ariſtot. Cicero. Plato. Concl. rel.

PAED. *Cur illa Ciceroniana Inſitum & Aſſumptum non retinentur: quæ, quoniam tum illud in partibus quæſtionis hæret, hoc autem ex totius Quæſtio-*

Oppug. Inſitum. Aſſum.

nis affirmatione vel negatione assumitur, tum vtraq; latina sunt, in Artis descriptione, & præsertim latina, accommodatiora esse videntur, cum inuemendi rationem apertius explicent?

Propug. ex lege κατὰ πρω τὸς.

DISC. Illa quidem vocabula P. Ramus aliquando in arte posuit, cum eam etiam, vulgato more, ad Quæstionem adstringeret: cuius respectu præcipuè illa definiuntur. Sed cum artis vim latius patere, vocabula autem illa potius angustiorem ad Quæstionem respectum, quàm communem arguendi vim, binorumq; argumentorum inter se affectionem significare perspiceret: tandem ex propria, & aliena arguendi vi, quæ binorum inter se affectione constat, Artificiale & Inartificiale cum Aristotele, Ciceroне etiam, Quinctiliano, & alijs præstantibus Logicis dicere maluit.

1. Arg.

2. Arg.

Præterea etiam pleraq; quæ Insita nominantur, non magis sunt rei vel Quæstioni propositæ insita, quàm ea quæ dicuntur assumpta. Forma & Materia insunt Effectui, Adiuncta pleraq; Subiecto quam coniunctionem illorum symbola, Totum & partes, Definitio & Definitum repræsentant: Cetera verò, vel (vt consentanea reliqua & comparata) extrinsecus quoquo modo attingunt, vel (vt dissentanea) absunt & pugnant; vt non minus Testimonium rei testatæ adiungatur, quàm aliud Adiunctum, aut Comparatum.

Oppug. Interni. Externi.

PAED. Sed Rodolphus Agricola, cuius viri industriam P. Ramus magnopere prædicat, non malè Locos in Internos & Externos, cum multis alijs distribuisse videtur: quod alia argumenta in Re ipsa insint, vt Definitio, Genus, Species, Proprium, Totum, Partes,

tes, Adiuncta quædam & Coniugata: alia extra rem sint, vt Efficiens, Finis, Effecta, Locus, adiuncta quædam, Oppositа, Comparata, & Testimonia. De Arg. diuision.

DISC. Et hæc Diuisio quidem aliquam argumentorum differentiam exprimit, sed nec ex arguendi vi & affectione deductam, nec ideo propriam & satis generalem; imo qua argumenta eiusdem affectionis, originis & facultatis pernitiosa separatione distrahuntur, dum quædam Caussa, vt Materia & forma Internis, quædam vt Efficiens & Finis Externis, similiterque Effecta externis, subiecta & adiuncta partim Internis, partim externis, satis dissertè attribuuntur, quod similiter in ceteris generibus accidit. Nunc quid durius, & ad naturalem Logicæ considerationem ineptius, quàm ea argumenta, quæ naturali inueniendi & arguendi affectione cõiuncta sunt, & cohærent, leui & speciali discrimine separare, distortoque ordine distrahere? Attamen illud qualecunque discrimen in Ramea Logica, tum accuratè continuata argumenti distributione, tum generum definitionibus & diuisionibus ad disserendi rationem accommodatè continetur. Propog. Assum. propo.

PAED. At verò Diuisionem illam vehementer probandam esse censeo, qua loci alij, Personarum, alij rerum esse dicuntur. Nam cum omnis disputatio, aut de Personis, aut de Rebus suscipiatur, aliaque argumenta personas, alia res propriè attingant: hæc Distributio à summis viris sapienter constituta repudiari nullo modo potest. Oppug. Loci personarum & Rerum.

Propug. DISC. *Nihil temere repudiamus, sed discendi grà tia scholarum more diuersa artis præcepta comparamus.*

Proposit. *Verum argumentorum genera essentialibus formis, non subiectis rebus distingui, atque ita in generali arte explicari debent, vt sint personis & rebus, atq; omnino omni Enti, & non Enti communia. Neque enim pro qualicunq; commoditate artes sunt congerendæ, sed constantibus perpetuisque legibus conformandæ.*

Assum. *Nunc autem à P. Ramo ita sunt argumentorum genera accuratè constituta, vt qui ea scrutatur, is in omnem materiàm, siue ea personas attingat, siue res facilius incidat, quàm qui speciales personarum & rerum locos ita, nescio ob quam commoditatem, dissectos, consectatur. Imò generalium locorum ductu omnia, quæ vel in personam, vel in rem cadunt, simul cogitantur & occurrunt, quæ in specialibus locis variè dispersa hinc inde conquirenda sunt. Exempli caussa,* Sexus, Mores, Vitæ genus, Aetas, *& si quæ sunt in Personarum locis eiusdem generis, separatim ex illis locis quærentur, deinde è Rerum locis nihilominus Adiuncta vel Adiacentia & Connexa sollicitabuntur, vt Scientiam, Inertiam, opes, paupertatem, & similia argumenta alia suppeditent. Atqui illa pariter omnia, sexus, mores, ceteraq; sola adiunctorum cogitatione & inquisitione offeruntur. Hic enim Locus omnia, quæ vel ad Animum, & Corpus, vel ad vniuersum hominem, vel ad tempus, vel ad rem occupatam attinent, apertissimè distingunt. Sic locus Caussarum* Parentes & Educatores, *Locus Subiectorũ* Patriam, *Locus Effectorũ* Studia,

Res

Res gestas, & Euentus excitusq; consiliorum, Locus Priuantium Mortem, vitæ oppositam, v a eademq; cogitatione ostendit. Cur igitur rationes illa natura coniunctæ separabuntur, & distractis operose cogitationibus in diuersis locis quærentur, quæ vna inquisitione pariter ex vno loco suppetunt? An quia in personas cadunt? At etiam pleræq; in res cadunt, quæ etiam suos parentes, suum progressum & tandem suum interitum habent. Nec illi loci personarum disputationi sufficiunt, sed generales etiam adhibendi sunt, qui præcipuam vim habent. An qui de personis disserit, ei non omnes efficiendi modi, omnesque adeo caussæ & effectus sint vsurpandi? An non qualiacunque subiecta & adiuncta, an non dissentanea ad distinguendum, Comparata ad illustrandum & quoquo modo arguendum profuerint? Quid? Nomen ad nominandum, & eius interpretatio ad illud ipsum explicandum; Integrum ad Membra, Genus ad Species ad vicissim arguendum, Definitio ad Personam vel rem, quæ in ipsam cadat, describendam, nihil hic valeant? Et denique Testimoniorum hic nulla vis sit? Dici sanè vix potest, quantam argumentorum, quæ in personas cadunt, vbertatem generales loci suppeditent, quam, qui Personarum locos sectatur, vel præterit, vel distractis cogitationibus difficulter aliunde reperit. Quod cum res ipsa & experientia conuincat; sapienti sane consilio speciales riuuli vel in Personas, vel in Caussas forenses deriuati, ad suos communes fontes à P. Ramo reducti sunt, vnde vt facilius ita & vberius eorum

De Arg: diuision.

Comple.

Prolepsis. 1.

2.

Conclus

rum vsus ad omne propositum redundet.

ppug. Locus Maxima, &c. compl.

PAED. Est autem & aliud Diuisionis locorum genus, quod omnino à P. Ramo præteritum, ad argumentorum & hinc argumentationum vim plurimum conducere videtur. Est enim vel Locus Maxima, seu Communis, vel Locus differentia Maxima. Nã duplicia è singulis locis argumenta sumuntur: Alia propria, quæ ex subiecto, vel attributo Thematis desumpta, ijsdem Quæstiombus probandis vel improbandis adhibentur: alia Communia, quæ in singulis locis pluribus possunt accommodari, vt sunt communes illæ sententiæ, quas in Scholis Maximas, vel communia Axiomata, & Firmamenta appellant. Itaque Locus Maxima, est generalis Regula de vi argumentorum: Locus differentia Maximæ est ipsum argumenti nomen & locus, nempe Causa, Effectus, & cetera, atque ita cuiusque Loci exemplum, hoc est, argumentum & terminus quilibet. Quare cum hoc discrimen sit omnibus argumentorum generibus commune: ex eo etiam rectè videntur distribui.

Assum.

Argumenta.

propria.

Communia.

prop. relat.

propug. compl.

DISC. Longissime certe petita & omnino aliena est eiusmodi Distributio: cum hoc omnium artium commune sit, Habere præcepta & eorum exempla; Præceptaq; de exemplis sibi subiectis iudicium facere. Nam veræ Maximæ sunt artis documenta, vt tum ipsæ Definitiones, & Distributiones, tum aliæ proprietatum Regulæ, quibus exempla, cum opus est, tanquã suis prosyllogismis, demonstrantur. Neque tamen hæc est nouæ argumenti adhibendi ratio, aut diuersa ab ea, quæ generali Inuentione præscribitur, sed omnino eadem,

eadem, & eadem via procedens. Etenim cum ad exemplum demonstrandum adhibes Definitionem, tum Argumentum à Definitione, cum Distributionem, à Distributione, cum aliam proprietatis regulam, ab alio genere, vt forma, Effecto, Adiuncto, aut Toto, argumentum, vt generalis Inuentio docet, vsurpas, cuius Relatum seu affectum, est ipsum exemplum de quo agitur, cum quo si iungas inuentã & adhibitam Definitionem, vel Distributionem, vel aliam proprietatem, fit tale artis præceptum, quod pro Maxima & firmamento adhibetur, estq; Syllogismi noui Propositio, vt solent Propositiones artium & Disciplinarũ, è quibus materia sumpta est, vel vera esse præcepta, vel saltem eorum Consectaria, vt alias dictum est, Quod si cui obscurum sit, exemplis manifestum euadet: Sit hæc Quæstio puerilis:

De Arg. diuision.

An Paullus exerceat Dialecticam?

Affirmatur à Definitione:

Qui exercet artem benè disserendi, is reciprocè Dialecticam exercet.

At Paullus illam exercet. Ergo & hanc.

Illam propositionem si quis neget: demonstretur communi Distributionis & Definitionis proprietate, id est, Maxima, quæ sit in arte ponitur:

In Definitione & Distributione affectio reciprocationis est, illic partium omnium cum toto, hic definitionis cum definito. lib. 1. cap. 25.

Maxima in arte posita.

Attamen non propriè tota eiusmodi regula pro

argumento adhibetur, sed communi inueniendi ratione, ex ipsa regula argumentum inuenitur, quod affectione partes propositæ sententiæ attingat: vt hic ex illa regula inuenitur genus, nempe, Definitio, cuius species est, ars bene differendi: vnde deinde hac prosyllogistica approbatio exstruitur, vt sic nihilominus propositio fiat illa ipsa regula: sic,

Definitio cum definito reciprocatur.

At, ars bene differendi, *est definitio, nempe Dialectica.*

Ergo ars bene differendi cum dialectica reciprocatur, vt qui illam, idem & hanc exerceat. Sic porro:

Omnis homo ridet.

Nanus est homo. Ergo nanus ridet.

Propositio est Axioma Physicum: quod si non concedatur; qualia argumenta enuncientur ostendetur, quorum affectio Definitione demonstratur: Est enim Ridere, adiunctum hominis proprium; quod omni & soli subiecto semper inest.

Ergo cum Maximæ sint ipsa Præcepta, vel saltem eorum fructus & consectaria: inscitum est, & à distributionis legibus alienum, diuidere locum logicum, in ipsius argumenti nomen, & eius præceptum, vel in Præceptum & exemplum. Nam omnia quarumlibet artium documenta a suorum exemplorum argumenta & iudicia sunt, vt:

Q. sit: Penna est feminini generis:
Quia desinit in A.
In A desinentia femminini generis sunt.

Penna

Penna desinit in A. De Arg. diuision.

Ergo penna est feminini generis.

Vides argumentum ex parte regulæ sumi, & ita in propositione cum Quæstionis cõsequente parte iungi, vt integra tamen regula existat. Idem de Maximis veris vel fortuitis, & omnium artum regulis iudicandum est. Quod cum ita sit, locus logicus melegantur & impropriè in suum nomen vel exemplum, & in Præceptum suipsius distribuitur. Prop. relat.

PAED. *Quid quod etiam Inuentio Logica diuiditur ab Aristotele in Locos & Instrumẽta. Loci sunt ipsa argumentorum genera: Instrumenta autem sunt quatuor, quibus copiosæ ratiocinationes & conclusiones efficiuntur, nempe, Propositiones, distinctiones ambigui, Differentiæ, Similitudines. In quibus cum summa ad disserendum vtilitas posita sit, non debebat eorum explicatio prætermitti. Nam in primo est delectus propositionum: at qui meliora delegit, is verè sumit: Alterum facultatem suppeditat explicandi verba, quæ multiplicem potestatem habent: Tertium earum rerum, quarum verba notæ & signa sunt, distinctionem, & differentiarum inuentionem: Quartum considerationem & animaduersionem similium continet. Itaque hæc quatuor mihi magna esse videntur, & exercitatum requirere, atq; eruditum ingenium.* Oppug. Loci, & instrumenta. Assum. Propos. 1. 2.

DISC. *Magna quidem illa sunt, sed miror, te primum à P. Ramo hæc prætermissa esse existimare; deinde tam confusa diuisione Inuentionem in locos seu argumenta, & in Iudicij particulam cum quibusdam argumentorũ generibus cõiunctam, quasi discerpere.* Propug. à Lege κατὰ παντὸς. Compl.

Num. *Nam generali Inuentione & Iudicio omnia & inueniendi & iudicandi instrumenta, quibus materia qualibet, quocunque adhibeatur modo, inuenitur, distinguitur, & iudicatur, comprehenduntur. In illa verò Inuentionis diuisione Loci sunt ipsa argumentorum genera; de Instrumentis autẽ illis quatuor, duo prima, Propositio & Distinctio ambigui, Inuentionis logicæ nihil omnino sunt: cum illa sit Iudicij; hæc verò totius ferè Inuentionis, itemq; Rhetoricæ & Grammaticæ fructus. Sed postrema duo sunt vera Argumentorum genera, generali Inuentione comprehensa, & hic sine caussa iterata. Quia* Differentia Forma *vel etiam* Dissimilitudo *est: imo omnibus Dissentaneorum generibus differentiæ patefiunt & dijudicantur. Similitudo autem suum in locis nomen obtinet. Atque omnes illorum Instrumentorum fructus generalis Inuentio pariter multo commodius & vberius*

Propos. *præstat. Nunc autem quid minus conueniens, quàm Inuentionem in eiusmodi duo genera partiri, quorum vnum ipsam totam complectatur, alterum tum ex duabus eiusdem partibus, vnaq; Iudicij, tum ex fructu quodam illius vniuersæ, & ceterarum etiam generalium artium confusum sit?*

Oppug. Delectus propositionum per 1 Inst. PAED. *Sed alia ratione, quam tu existimare videris, illa docentur. Neq; enim Axiomatis seu Propositionis conficiendæ iudicandæq; ars, sed Propositionum delectus, quem λῆψίν προτάσεων Aristoteles nominat, ad certam differendi facultatem & copiam hic traditur. Itaque hic, vt & certus sit delectus, &*

Antec. *suppetat copia, Propositionum, præsertim probabilium*

(quia

(quia in Necessarijs Demonstrator dicitur versari) quædam genera distinguuntur, in quibus & pondus & copia spectetur, atque tum de vniuersalibus inquirendis, deque aliorum scriptis, è quibus variarum rerum cognitio hauriatur, legendis, tum de Analyseos & Geneseos exercitatione, deq; variorum auctorum consentientibus & repugnantibus dogmatis conferendis admonitiones adduntur. Atque dum hæc de Propositionum delectu traduntur, etiam quædam argumentorum genera nominantur, è quibus illæ conficiantur. Deinde secundum Instrumentum ad verba explicanda accommodatur, quæ multiplicem potestatem, significationemq; habent. Et quoniam prouidendum maximopere est Dialectico, vt ne verbi ambiguitate in errorem deducatur, siue ipse secum commentetur, siue disceptet cum altero; hæc autem cautio & facultas argumentis perficitur: vtiliter hoc Instrumentum etiam tanquam Distinctionum Inuentio traditum est.

De Arg. diuision.

Verborum explicatio per 2. inst.

Consecq.

Porrò tertium Instrumentum non est simpliciter, vt tu dicis, Locus quo argumentum ad Quæstionem disputandam inuenitur, sed cautio atq; facultas Differentias scrutandi. Et quoniam præcipuè duplex genus est rerum illarum, quarum differentiæ necessariò sunt quærendæ, vnum earum, quæ vnius naturæ & eadem sunt: alterũ earum, quæ non remotam à se inuicem nimis naturam habent: certè, vt rectè præcipitur, quot modis aliquid cũ altero idem esse dicatur, tot etiam, quibus rationibus res illæ, quæ eædem vel vicinæ videntur, propriè differant, vtiliter docetur.

Differentiæ per 3. Instrumentum.

Postre-

Similium consid. per 4. Instru.

Postremo nec quartum Instrumentum, nempe Similium rerum contemplatio, est simpliciter argumentum Similitudinis, sed peculiaris consideratio earum rerū præcipuè, quæ remotæ sunt, & generibus atque naturis disiunctæ. Vt enim Tertium illud ea præcipuè quæ propinqua sunt, & valdè cognata, sub eodemque rerum genere posita, atque ita à natura proximè coniuncta, certis rationibus disiungit; ita hoc quartum ea quæ remota sunt, & à natura multum disiuncta, quibusdam affectionibus coniungit. Vtrumque maximas commoditates ad veras distributiones, Definitiones, Inductiones & Conclusiones conficiendas habet; nec illo communi Inuentionis actu ductuque, sed peculiari cogitatione ex certis argumentorum generibus perficitur. Quare non videatur tibi ita alienum, duplex illud Inuentionis officium, vnum commune, in argumentis per omnia genera cogitandis, alterum peculiare in singulari Dialectici Instructu, distinguere.

Conclu.

Propug. Compl. Assum.

DISC. Certe illa Distinctio iure mihi aliena, & sanctis artium legibus contraria videtur esse. Quomodocunque enim excusetur, tamen & heterogeniæ & tautologiæ vitio laborat: Heterogenia est Iudicium admiscere Inuentioni, & communem artium generalium fructum in ambiguis distinguendis peculiarem Inuentionis partem facere: Tautologia autem satis fœda est, Differentiam & similitudinem generalia Inuentionis argumenta noua diuisione ad peculiarem vsum adstringere, imo etiam ad Propositiones, quæ ex omni argumenti genere fiunt, & ad Differen-

ferentias ac Similitudinem certa quædam argumenta, eaq; sæpius iterata, reuocare. Ad propositionum delectum iterantur Testimonia, aduersa, similia, definitiones, distributiones. Sed quid tautologia eiusmodi opus erat: semel argumentorum genera explicata, paratum sui vsum omnibus præstant. Cur in legem κατὰ παντος quædam genera Propositioni attribuuntur, cum fiat ipsa ex omnibus? Cur denique in legem καθ' αὑτὸ Propositio in Inuentione docetur? Non doctrina, ais, sed delectus Propositionum est: At genera tamen Propositionum probabilium distinguuntur, & argumenta è quibus fiant indicantur, quod certè axiomaticæ doctrinæ & artis est. Adduntur quædam quasi consilia & admonitiones, quæ non Artis sunt, sed Commentarij & Institutoris. Ars enim sua sponte omnia præstat, & ad omnem vsum parata est, & accommodata: sed discipulus artis, & sic vsus capessendi ignarus, & Institutoris voce, & commentationis præsidio adiuuatur. Sic igitur ex omni Argumentorum genere Enunciationes seu Propositiones conficiuntur: quarum vna ex argumentis confecta, plures alias, & hæ vicissim progrediendo innumerabiles ita gignunt, si ad illarum partes affecta per omnes locos argumenta quærantur. Inde enim Propositionum in omnes partes mirabilis copia exiſlit. Nam vt primum Res aliqua nuda, vt est, Homo, proposita per Locos deducitur, vt argumenta ad eam affecta inueniantur, quæ singula cum illa coniuncta singulas Enunciationes pariunt: sic porro singularum eiusmodi Enunciationu singulæ etiam partes vicissim

De Arg. diuisica.

Propositionum copia

per

per locos deductæ, nouam aliarum Enunciationum turbam gignunt, & ita deinceps: vnde infinitæ rationes, declarationes, Enunciationes, Sillogismi, & prosyllogismi ad qualemcunq; vsum tanquam ex abundantissimo fonte scaturiunt. Atq; hæ sunt immensæ illæ Logicæ opes, quarum magnificentia in varia ac multiplici rerum explicatione ac disputatione, & in amplificatione seu copia rerum ac verborum, præsertim Rhetoricæ delitijs insignita, summa cum admiratione apparet, atq; lectorem seu auditorem mirabiliter docendo, mouendo & delectando afficit. Hinc est quod nulla fere Enunciatio seu pars Syllogismi ab excellenti aliquo auctore enuncietur, ad quam declarandam & exornandam non aliquod argumentum prosyllogisticum quasi sua sponte accurrat: vbi in primis dissentanea in Antithesi, & comparata in collatione valde prompta & parata sunt. Vides igitur cuiuslibet omnino argumenti, siue præcipuam in disputando vim obtineat, siue ad primaria stabilienda & exornanda copiæ & delectationis gratia accurrat, eosdem esse in generali Inuentione fontes, eademque cogitandi & inueniendi, si rerum cognitio accedat, satis expeditam ratonem? Hinc infinita Enunciationum & Syllogismorum copia: atque vt Enunciationes inter se in Oratione, seruato interim Methodi ordine, variè annectuntur; sic etiam Syllogismi inter se variè explicantur, & alij alijs subijciuntur: quæ ratio omnis & variatio vna generali arte continetur, & facilè adhibita exercitatione expeditur. Ars autem enunciandi, & Iudicium atque delectus Propo-

Copia.

prosyllog. copia.

sitio-

sitionum axiomatica doctrina perfectè explicatur, qua Necessaria à contingentibus, & vtrorumq; viciſim genera ac proprietates diſtinguuntur. Legenda aliorum ſcripta eſſe, etiam in Propoſitionum delectu monent, & nos diu multumq; exercitatos eſſe oportere, & conſentientia, & repugnantia aliorum dogmata eſſe conferenda. Quis hoc negat aut ignorat? Iota hæc ars, vt cetera omnes, vſum & exercitationem requirit: & tamen hæc peculiaris earundem præceptio non eſt: ſed communis omnium artium comparandarum cauſſa, imo proprius documentorũ fructus. Deinde legenda eſſe, & cognoſcenda aliorũ iudicia, generale Teſtimonij argumentum admonet: Argumentorum enim eſt indicare & monere. Dogmata autem aliorum, & iudicia inter ipſa comparanda eſſe, generali comparatorum artificio monemur. Quid igitur eiuſmodi conſilia præter generalem artem, in arte cumulantur, quæ ab ipſa ſua ſponte omnia ſuggerunt? Aut ſi rudiores hic ſimi magis informandi, arte ipſa inſtruantur, & admonitionibus exemplorumque imitatione iuuentur.

De Arg. diuiſion.

4 5 &6. præceptũ lib. 1. Dial. cap. 29. Ioan. ſtur.

De ambiguorum diſtinctione idem intelligendum, eam ex omnibus ferè Inuentionis argumentis ſumi poſſe, & Grammaticæ Rhetoricæq; artificio adiuuari. Et cum Ambiguũ ſit Inuentionis vel Diſpoſitionis vitium, vt Ariſtoteles ipſe inter Sophiſmata illud numerans indicat; certè eius diſtinctionem inter argumentorum genera numerari non decet. Vitium enim à virtute heterogeneum eſt: eius autem Diſtinctio

2. Inſt.

Ambigu.

cum

cum sit communis ferè omnium argumentorum fructus, non potest Inuentionis peculiare caput efficere. Itaq; eiusmodi quidem fructus ex generalibus artibus per se fluit, sed vt à rudioribus accuratius obseruetur, de eo extra artem, vbi de reliquis vitijs præcipitur, aliquid etiam admoneri solet.

3. & 4. Inst. De tertio & quarto Instrumento per mihi mirum videtur, duo illa communia Inuentionis genera ad specialem differentiæ & similitudinis vsum iam tautologia iterari. Error puerilis est, ex Inuentione tantum argumenta ad Syllogismos petere: cum ea sit generalissimum Instrumentum omnem materiam in rebus & verbis inueniendi, cogitandi, considerandi, & distinguendi. Tertio Instrumento quod est Differentia, docent ea, quæ natura proximè coniunxit, disiungi: quarto ea quæ disiunxit, coniungi, & vtriq; quosdam locos attribuunt. At vero generalis Inuentio accuratissimè ea præstat omnia, quæ illis admonitionibus imperfectius attinguntur. Consentanea argumenta simpliciter & distincte, quæ vero ab illis orta sunt, symbolicè vnitatem rerum & identitatem proprie arguunt: Paria eandem quantitatem, Similia qualitatem similem ostendunt. Atq; illis Instrumentis propriè rerum tum consensio vnitasq;, tum quantitates & qualitates coniunguntur, similitudines q; & quasi cognationes perspiciuntur. vt P. Ramus ad finem Consentaneorum admonuit. Dissentanea verò rerum varias differentias distinguunt, dum vel formas rerum, quibus ea sunt id quod sunt, & à cetera distinguuntur, vel alia etiã argumenta antithesi opponunt, vnde res

Differentia. Similitudo.

Identitas per consent. lib. 1. Dial. cap. 11

Differentiæ per dissentan. cap. 17.

res diuersæ vel disparatæ, aut Contrariæ relatæ, aduersæ, priuantes, aut contradicentes esse dicuntur. Sic enim Dissentanea rerum essentias, & quæ cum ijs cõiuncta sunt, simpliciter opponunt & distinguunt. Comparata autem Imparia quantitatem, Dissimilia qualitatem earundem comparatè discernunt. Hic plenos vides & Differentiarum, & rursus similitudinum, hoc est, identitatis & cognationis fontes, vt nihil necesse, imo superuacaneum sit, eorundem aridos, & inutiles riuulos repetere. Quapropter omnia argumentorum genera sunt Dialectici Instrumenta, quibus nõ modo simpliciter ad argumenta cogitandum, sed ad omnem omnino materiam, ad res & verba perpendendum & distinguendum vtitur. Sed hactenus de quatuor Dialectici Instrumentis. De Arg. diuision.

PAED. Postremo mihi duplex alia Inuentionis seu Locorum distributio occurrit, à viris clarissimis constituta. Primum enim sunt Loci προβληματικοὶ, Quæstionum argumenta complectentes, nempe, Genus, Proprium, Definitio, Accidens. Nam res omnis, qua ad disputandum docendumúe à Dialectico proposita est, aut Generis disceptationem habet, aut Proprij, aut Definitionis, aut externæ fortuitæq; rei: vnde Aristoteles quatuor problematum seu Propositionum & Quæstionum genera Dialectico proponit. Deinde sunt loci τοπικοὶ decem rerũ summa genera; in quibus præcedentium res facultatesq; continentur, certis ordinibus distributæ, & definitis distinctæ gradibus, decem rerum attributa, summa omnium, quæ in re atq; natura posita sunt genera, quæ à Dialecticis Oppug. ab alia Locorum diuisione. Ioan. stur. Dial. lib. 1. cap. 2. 1.

κατηγορίαι nominantur, & à nostris Prædicamenta in Scholis sunt vocata. Tertiò sunt Loci ἐργαστικοὶ, ijq; vtilissimi, qui ad illa quatuor superiora Quæstionum genera tractandum, illustrandum, & confirmandum accersuntur: vt, Totum, Partes, Notatio, & reliqua omnia argumentorum genera. His postremo adduntur Dialectici illa quatuor Instrumenta, de quibus paulò ante disseruimus, vt Dialecticus sit copiosus Inuentor propositionum, & verborum ambiguorum explicator, & rerum diuisor, earumq; cum opus est, consociator. Atq; ex illis Locis, qui ἐργαστικοὶ nominantur, & propositiones sumi, & verborum multiplices potestates, & rerum distinctas naturas cognosci & dislinguires inter se differẽtes, & quæ differunt, quasi inter se rursum consociari monent.

Fran. Byrsæus.

Ab alijs verò paulò aliter illa Diuisio traditur: quòd cum Inuentionem discernendæ Quæstionis & inueniendi Argumenti scientiam, definiant: eius partes, seu locorum genera quatuor faciunt, vt sit Inuentio vocum, Rerum, Quæstionum, & Argumentorum.

Propug.

DISC. Vtraque illa Diuisio ad vulgatam præcipiendi rationem, & ad Inuentionis fragmenta dissipata colligendum accommodatissima; sed à generali Ramea institutione veraque diuidendi ratione alienissima est. Nam vide quæso quàm sit illa distorta diuisio, in quædam argumenta, rursus in alia quædam cum rebus permista, in axiomata quæstionum, in omnia argumenta, in quosdam argumentorum fructus, cum Iudicij particula confusos, quæ sunt Instrumenta illa quatuor. Certè Cicero quæcunque ab Aristotele

tele in varijs libris dißipata fuerunt, breuiter in Topicis vno Inuentionis genere complexus est: quanquam nec Aristoteles, sed post cum amplius quingentis annis Porphyrius apostata voces seu Prædicabilia à generali Inuentione separauit. Categorias autem, seu Prædicamenta, quæ Rerum genera plerique nominant, ab Archita Tarentino tanquam τὰ πρῶτα τῆς φιλοσοφίας aliquando vtcunque constituta, Aristoteles vna cum reliquis Philosophorum inuentis adsumpsit, & ad Logicam, vel vt particulam eius, vel vt Isagogen ad Philosophiam, in qua generum, specierumque, & earundem differentiarum distributionibus expositarum exempla ostenderentur. Sed de Quæstionibus & Instrumentis separata fuit disputatio: quare & Categoremata atq; Categorias separatim comparemus.

DE PRAEDICABILIBVS.

10. Q. Prædicabilium separata doctrina non est legitima.

Confirmatur à negata præceptorum forma.

LEgitima præcepta ex lege tum veritatis vera, tum iustitiæ essentialia, tum prudentiæ propriè enunciata, & denique ex lege Methodi naturali ordine collocata esse debent.

At prædicabilium doctrina nec est tota vera & perfecta, nec propriè enunciata, nec Methodicè disposita.

Ergo eius præcepta non sunt legitima.

Oppug. PAED. Mihi verò diligentius in rerum naturam inquienti. Categorematum doctrina legitima, & primum vera ac perfecta esse videtur: quod hac duplici demonstratione efficio: 1. In omni Prædicatione regulari monstrat Prædicatum seu attributum, aut quid sit Subiectum, aut quale sit: nec plures sunt modi prædicationis regularis. Nunc verò Prædicatum monstrans quid sit Subiectum, est aut Genus, aut Species: Prædicatum autem ostendens, quale sit, aut necessario tribuitur ei, vt Differentia & Proprium, aut contingenter, vt Accidens. Vnde efficitur, Prædicabilium doctrinam & Distributionem legitimam esse & perfectam: quod similiter etiam hac ratione demonstratur.

1. Demonstratio.

Altera demonstratio. Propo. Assum. Compl. Tot sunt Prædicabilia, quot sunt modi, quibus vocabula iuxta communem naturæ ordinem ita possunt coniungi, vt vel superiora de inferioribus, vel æqualia de æqualibus prædicentur. Nunc quinq; tantum modis vocabula iuxta communem naturæ ordinem possunt coniungi. Ergo tantum sunt quinq; Prædicabilia & Voces simplices, quæ cum alijs angustioribus tribuuntur; prædicantur de ijs aut essentialiter, aut accidentaliter. Si verò essentialiter, necesse est congruere aut multis notione & natura diuersis, aut vni tantum naturæ, quam vnica imagine & communi notione possimus agnoscere. Itaque si congruunt multis ratione & natura diuersis, tum vel prædicatur in Quæstione, quid est? & constituunt Genus, vel in Quæstione, quale est? & constituunt differentiam generalem.

rale m. Sin vni tantum congruunt naturæ: tum similiter prædicantur vel in Quæstione, Quid est? & constituunt Speciem: vel in Quæstione, Quale est? & constituunt Differentiam Specificam, aut Proprium. Si verò accidentaliter, monstrãt quinctum Prædicabile, nimirum Accidens. Atque ita hinc apparet, esse tantum quinque Prædicabilia. De Prædicabil.

DISC. Videtur quidem illa speciosa esse Categorematum Demonstratio, sed ea tam logica & legitima est, quàm ipsa Categorematum doctrina. Vtramque enim primum à naturali disserendi cogitandique vsu & ordine alienam, atq; ideo etiam mancam, deinde improprie enunciatam, & ordine confusam esse, facile ostendi potest. Etenim naturalis in cogitando rationis vsus & ordo huc incidit, non, vt primum & solum Quæratur Quid sit, & Quale sit? sed quæ sint Consentanea rei argumenta, vt quæ Causſæ, Efficiens, Materia, Forma, Finis, quæ Effecta, quæ Subiecta & Adiuncta? quibus Rerum propositaram vnitas & identitas, hoc est, quatenus eædem sint & consentiant, inquiritur. Deinde proximum est, vt rerum differentiæ & diuersitates spectentur: cuius considerationis Instrumentum est Dissentaneorum Categoria, qua explicatur quæ Diuersa, Disparata, Relata, Aduersa, Priuantia, & Contradicentia. Sic enim Consentaneorum Categoriæ essentia & res eædem, Dissentaneorum diuersæ & differentes considerantur. Et quæ per Consentanea dicuntur, rerum materiæ, formæ, fines, &c. ea per dissentanea opposita, dicuntur disparatæ vel cõtrariæ materiæ, formæ, &c. Tum Propug. Ordo in cogitando naturalis.

porro incidunt Quantitatis aut Qualitatis in rebus comparationes, vnde ea Tanta vel non tanta, Tales vel non tales esse dicuntur. Hinc symbolica considerantur argumenta, quæ vel rerum illarum nomina propius attingunt, vel naturam vniuersam tum in partes distribuunt, tum communione & collectione proprietatum comprehendunt & definiunt. Postremo etiam Testimoniorum auctoritas spectatur. Atq; hic naturalis est in cogitando & considerando singulas rationes ordo & progressus: quanquam in Methodica rei tractatione ille ordo quibusdam partibus inuertitur, vt generalissima definitionum & distributionum lumina, quibus prima simplicia comprehenduntur, præcedant, & hæc inde explicentur. Imo etiã non negamus in simplici rerum Inuentione & cogitatione quædam Orta, nempe Genus & Speciem, cum primis coniungi, & ex his quædam sua significatione (vt Genus materiam & formam specierum communem) complecti & significare, ex qua consideratione Prædicabilia constituta sunt. Sed tamen naturalis in quærendo & cogitando vsus non consectatur semper, solumúe quinq; illa Prædicabilia seu cognatas voces, sed potius omnia Consentanea; nec his contentus est, sed statim in Dissentaneis differentias quærit, & ita deinceps quantitates & qualitates comparat. Itaq; non primum quæritur, nec solum, Quid sit? hoc est Genus & Species (quanquam etiam illa expositio Definitionis propria est) aut Quale sit? hoc est, Differentia formæ vel Dissimilitudinis, Proprium adiunctum, & Accidens aliquod: sed etiam,

Methodi ordo.

& mul-

& multò magis, quæ Causſæ ſeparatim, Efficiens, Materia, forma, & finis, quæ Effecta, ſubiecta, & Adiuncta omnium generum (quæ inconuenienter & impropriè Accidentis nomine confunduntur) item quæ Diſſentanea, Comparata, Nomina, Integra, Membra, Genera, Species, Definitiones, & deniq; Teſtimonia. Atq; illa argumentorum genera omnes naturales, veras, propriasq; prædicandi rationes, hoc eſt argumentorum affectiones complectuntur: quæ ſanè, ſi maximè conſentanea & cognata ſpectes, impropriè & vero vſui incōuementer ad Quid & Quale adſtringuntur. Nam Quid, tantum Symbola, Genus et Definitionem, Quale Qualitatem aliquam vel ſimpliciter adiunctam vel comparatam, non eſſentialem formam, aut Proprium adiunctum, aut Effecta, propriè indicat, etiamſi ad illa omnia, hominum arbitratu, contra naturalem rationis vſum, illud Quale torqueatur. Singula enim argumentorum genera ſuam habent propriam affectionem, qua vt conſiderantur, & arguunt, ita etiā quæſtionis forma ad illā accommodata, et ab vſu nō abhorrente, quæruntur, vt Quæ efficiens, quis auctor & effector? Quæ Materia? vnde res facta eſt? Quæ forma, vel eſſentia? quis finis et vſus? &c. Quapropter cum & alia argumenta omnia, & aliter aliaq; ratione & affectione quærantur & arguant: ſatis apparet Prædicabiliū ſeparatam tractationem ab excellenti benè diſſerendi vſu alienam eſſe, & propterea nec κατα παντὸς. Nam cum non modo Diſſentanea & reliqua argumenta, ſed quedā etiam conſentanea & cognata hic deſiderentur:

De Prædicabil.

Veræ prædicationes.

propoſitio relata ad concludendum adhibita.

negari non potest, hanc doctrinam mutilam esse & imperfectam.

Oppug. PAED. Tu mihi naturalem in cogitando inuenien doque ordinem obijcis, à quo Categorematum hac Inuentio tum cogitandi progressu, tum argumentorũ defectu discrepet: sed velim hic consideres, Categoremata eo consilio non esse instituta, vt naturalem in cogitando ordinem omnino exprimerent, omniaq; argumentorum genera, quæ vniuersæ Inuentionis sunt, complecterentur. Alium enim vsum, quàm qui omnũ argumentorum communis est, hic Porphyrius spectauit: quem, cum quædam argumenta cognata, quorũ & prædicatio singularis, & cogitatio coniuncta est, complecterentur: ea ex Inuentione generali propterea selecta: & pro differendi Elementis sepositа sunt. Nam cum tria sint præcipua Dialecticæ officia, nempe obscura definire, vniuersa diuidere, & vera argumentis confirmare, falsaq; refutare: Philosophi primum tanquam principia Philosophiæ, Categorias constituerunt, è quibus materia definiendi, diuidendi, & sic etiam argumentandi, hoc est, Res ipsæ suis vocabulis expressæ sumerentur, donec ad vberiorem rerũ è tota Philosophia cognitionem peruenireturr: Hinc tam considera Prædicabilium vsum. Primum ad Categorias illas intelligendas & logicè explicandas accommodata sunt. Nam cum Categoriæ sint decem omnium Rerum classes, in quarum vnaquaque res, suis vocabulis expressa, à summo suo genere, per media, differentijs & proprietatibus illustrata, ad infimas vsque & individuas species distribuuntur: necessarium erat inuen-

Prædicabilia ad Dialecticæ officia accõmodata.

1. Vtilitas Prædicab.

De Prædicabil. Constitutio. Categoriarum.

nuentuti, vt res illas cognatas logicè nominare & distinguere posset, nempe Substantiam, Quantitatē, Qualitatē &c. summa ac generalissima rerū sibi subiectarū Genera: reliqua in vnaquoq; gradatim inter media, subalterna genera, aut species, & earū Differentias vel Propria nominando. Et quoniam Substantia per se subsistit; reliquæ autem nouem Categoriæ illi innituntur: hanc distinctionem Accidens ostendit. Hic primus separatorum Categorematum vsus est, vt sint voces logicæ. 1. argumentorum nomina, quibus res in Categorijs suis vocabulis expressæ explicantur & distinguuntur.

2. Vtil. Deinde quoniam Definitiones propriæ fiunt ex Genere & Differentia, reliquæ etiam ex Proprio & Accidentibus: ideo ad Definitiones etiam & Diuisiones conficiendas Categorematæ constituta sunt, vt logicè intelligeretur: quænam res è Categorijs vel suis disciplinis essent ad illas adhibendæ, & qua illæ res logica voce essent nominandæ.

3. Vtilit. Tertio etiam Prædicationum & Enunciationum affectiones distinguunt, vt aliæ sint necessariæ, ex Genere, Specie, Differentia, & Proprio: aliæ Contingentes ex Accidente.

4. Vtilit. Quarto ad demonstrationes conducunt: quæ sunt, ad Aristotelis legem, propriæ affectionis ex caussa prima & summa, qualis est differentia.

Concl. Vides igitur aliū finem esse & vsum Categorematum, quàm sit generalis Inuentionis, vt mirari non debeas, si & cogitandi ordine, & quorundam argumentorum defectu hæc elementaris doctrina ab Inuentione, quæ argu-

menta ad confirmandum, & refutandum suppeditat, nonnihil discrepet.

propug. ex lege tertia. DISC. Vtilitates hæ magnæ quidem sunt; at non omnes, nec catholicè propositæ: cum generalis Inuentio omnes pariter & coniunctim, ac multò etiã cõmodius exhibeat: vt hæc, quæ magno cõpendio esset, doctrina maximum in discerpendis argumentorũ fructibus, animisq; discentium distrahendis attulerit dispendium. Itaq; sic, quod secundo loco paulò ante proposueram, ex lege καθόλου πρῶτον, colligo:

propos. Generalia generaliter & semel, ait Aristoteles, & specialia specialiter docenda sunt. Itaq; generalia cũ generalibus, & specialia cum specialibus enunciari et coniungi debent: qui secus docuerit, is sophisticè docet, & coniuncta distrahendo pernicioſam tautologiam inducit. Assum. Nunc autem Prædicabilia sunt argumenta generalia, vsumq; omnino logicum & generalem habent: quæ ideo, vt naturalis rationis vsus docuerat, Aristoteles & Cicero in generali etiam Inuentione collocarunt. Prosyll. Habent enim pariter summum illum finem Assum. propositum, vt pertineant ad benè disserendum, & ad propositum, quocunque modo arguendum, siue axiomatica dispositione simpliciter aliquid exponendo, declarando, illustrandoue, siue in Syllogismo ad Quæstionem concludendam adhibeantur; & quidẽ vtroque modo vel singula separata, vel in Definitione aut Compl. Distributione coniuncta. Vnde efficitur, in generali Inuentione suo loco illorum Categorematum, tum doctrinam legitime & quidem perfectius tradi, tum vsum vniuersum commodius & vberius cõmonstrari, sepa-

separatim autem & doctrinam & vsum vitiose di- De prædicabil.
strahi ac mutilari. Vtrunque autem ita clarius de-
monstro.

Quod primum ad doctrinam attinet, negare ne- Doctrina
mo potest, Prædicabilia ista esse sua natura generalia prædicabi-
& communia argumenta, quæ ideo etiam in generali lium.
Inuentione, tum ab Aristotele & Cicerone solum tra-
dumtur, tum vulgo etiam iterantur. In generali igitur
Inuentione cum propriam sedem habeant, etiam pro-
pria affectione, & respectus collatione ab Ramo
docentur, nempe Genus & Species sua naturali, eaq;
orta & symbolica affectione in loco distributionis,
quòd hæc in Totius & Partium consideratione consi-
stat: vbi ex illa affectione legitime definiuntur, nempe
Genus, totum suis partibus essentiale; Species pars Genus
generis. Genus enim communes specierũ causas, ma- quid.
teriam & formam, vnde earum essentia est, signifi-
cat: quare vicissim species sunt eiusmodi partes gene-
ris, hoc est, effecta, quæ essentiam ex illis causis com-
munem habent. Sic igitur in Primis argumentis caus-
sæ distinctæ considerantur; in ortis communione con-
unctæ in voce symbolica, ad eiusmodi communionem
significandam excogitata. Atq; hæc Simplicium &
Coniunctorum distincta consideratio ad rerum na-
turam, & vocum significationem scrutandam plu-
rimum momenti habet. Hinc deinde Generis &
Speciei distributio illius in Generalissimum &
Subalternum, huius in Subalternam & Specialissi-
mam commodè traditur, & accuratè explicatur:
vt genus generalissimum paucissimis proprietati-
bus,

bus, reliqua media pluribus, infimæ autem species plurimis vel omnibus, adstrictæ esse, ideoq; illud latissimè, reliqua mediæ non ita latè patere, infimæ autem species angustissimæ esse intelligantur. Quæ distinctio & explicatio sanè inde pendet, quod sint orta argumenta, sed ea in separata Prædicabilium doctrina tradi aut intelligi nequit. Sequitur Differentia, quo nomine duo argumentorum genera confunduntur, nempe Forma eius q; fructus, & Dissimilitudo: illa Propria differentia, hæc cõmunis & impropria est. Nunc autem Formæ, quia caussa est, propria affectio & respectus est ad effectum formatum; ideoq; ea in caussis legitimè collocata, illius essentiam informare, & à ceteris rebus dissentaneæ formæ oppositione distinguere docetur. Dissentaneorum enim formarum antithesi differentiæ arguuntur & elucens, lib. 1. cap. 17. Dissimilitudo autem dissimiles qualitates spectat; ideoq; in Qualitatis comparatione rectè ponitur. At verò in separatis Prædicabilibus propriæ illæ affectiones distrahuntur, & alieno nomine, quod formæ fructum significat, confunduntur: cum Differentia, id est, fructus formæ, vel in quibusdam exemplis Dissimilitudo, Speciei attribuatur: cuius tamen propria est ad Genus affectio. Quapropter Differentiæ confusio tollatur, & essentiæ proprietas ad formam, discrimen autem ad dissentanea; & dissimilis differentia, ad Dissimilitudinem, qua dissimiles qualitates distinguantur, remittatur.

Differentia.

Proprium deinde in Adiunctis legitimè explicatur: quia est, teste Aristotele, modo quodam essentiale;

proprium.

riale, seu consentaneum, non omnino & absolute. Atque ita eius propria est ad Subiectum affectio, quæ in Prædicabilibus etiam ad Speciem impropriè distorquetur. Si quid autem sit in hac doctrina non omnino Proprium, id ad reliqua Adiuncta, vel ad effecta pertinet. Imo si de Proprio esset separatim præcipiendū, esset idem de communi etiam faciendum, nempe quid esset commune, & quot modis diceretur: quod à Porphyrio prætermissum est: ab Ramo autem in Adiunctis proprijs & communibus ea distinctio logicè adhibetur. Huc accedit, quod nec Proprium, vt neq; commune, sit peculiare Argumenti nomen aut genus, sed vtrunq; alijs etiam argumentis sit commune, vt dicamus communes vel proprias caussas, effecta, subiecta & adiuncta. Imo proprium etiam in communi & populari vsu, est Indiuiduum, quod Grammaticis nomen Proprium dicitur, & opponitur appellatiuo: deinde etiam Axioma Speciale in Particulare, & Proprium distinguitur, vt inde etiam magis huius Prædicabilis confusio appareat. In Adiunctis autem vt ab illis omnibus commode distinguatur, appellatur Propria qualitas, non simpliciter Proprium.

De prædicabil.

Aliud argumen.

Postremo Accidens, popularis græca & latinæ Linguæ vsus, vt & Aristoteles ipse, facit id, quod est fortuitum, infinitum, & inordinatum: quod neq; necessitate, neq; frequenter euenit, sed fortuna & casu, vt sit latens modus caussæ per accidens efficientis. Itaque etiam illud nomen in modis Efficientis logicè collocatur, cum per se genus aut nomen Argumenti peculiare nullum faciat. Deinde ex Argumentis inter se di-

Accidens.

se dispositis, etiam sententia seu Enunciatio dicitur Contingens, probabilis, fortuita, seu accidens, quæ aliter euenire & se habere potest.

Quæ Porphyrio accidentia.

At verò Porphyrius Accidentis nomine eas res confudit, quæ in populari vsu, & ab Aristotele ipso distincta, aliaque affectione considerantur, vt quædam Effecta, Adiuncta, & comparata; quatenus scilicet ea adesse vel abesse absq; Subiecti interitu queant, siue reipsa, siue cogitatione tantum separentur. Verũ qua sic Accidentis alieno nomine confunduntur, ea rectius distincte traduntur, quod effecta ad caussas, Adiuncta ad Subiecta, Comparata inter se affecta sint. Atque affectionis seu prædicationis ille modus quod adesse queant, vel abesse, illorum Argumentorum definitionibus continetur, & aliter etiam atque accuratius explicatur, vt Effecta è caußis existere, non essentialia esse; adiuncta autem modo quodam consentanea præter essentias accedere, Comparata quantitate vel qualitate conferri intelligantur: qui veri & distincti affectionis modi sunt. Quæ cum ita sint, ambiguitas illa nominis tollatur, & argumenta distinctis generibus, ac proprijs, & ad communem vsum accommodatis nominibus sedibusq; doceantur.

Conclusio.

Oppug. à peculiari vsu & prædicationis modo.

PAED. Non negamus quidem Categoremata etiam suis paßim in Inuentione locis contineri, sed propter peculiarem vsum tanquã prima elementa, quibus pueri primum ad vniuersam disserendi rationem introducantur, recte ea separari affirmamus. Atque vt ad illum vsum essent accommodata, ea, inquam;

sunt

sint ex Inuentione argumenta selecta, quæ, quod cognata sint, in considerando concurrant: cum quædam essentiam, quædam attributas proprietates & qualitates concernant. Itaque in his etiam duplex Prædicatio spectatur, vna, qua superiora de inferioribus; altera, qua æqualia de æqualibus dicuntur.

DISC. Respondi iam antea, legem καθόλυ, & ipsius naturæ vetare, ne, quod generatim per pauciora commodius effici possit, id speciatim per plura inani tautologia efficiatur. Nunc autem quia paulò antè etiam ostendi, in generali Inuentione illa Categoremata & breuius, & tum ad rerum naturam, tum ad verborum significationem cognoscendam, multo commodius primorum & ortorum distinctione doceri: sequitur vt peculiarem etiam illum vsum ex generali Inuentione commodius peti ostendam, vbi pariter ex Elementari doctrina & prædicationibus respondeo. Propug. propria.

Propter Vsum, ais, peculiarem, hanc Elementarii doctrinam separatam esse. Quis vero ille vsus, qui à generali Inuentione separari possit, & quem illa non abundantissime præstet: Nescio quid de Inuentione somniare mihi, & in quas illam angustias contrudere videaris, quasi tanquam sedes ac domicilia complectatur è quibus illa argumenta tantum deprompantur, quibus Quæstiones confirmentur aut refutentur. Mirum est in tam crasso erroris luto quenquam hærere. Inuentio enim est omnino generalissimum & res & verba, hoc est, singulas rationes solas & per se considerandi, suisq; affectionibus & proprietatibus Assum. Inuentio generalis & illos fructus, & reliquos omnes præstat. Assum.

bus distinguendi, instrumentum, siue ea inter se dispositæ sententiam efficiant, siue ad sententiam explicandam, aut ad Quæstionem disputandam adhibeantur. Nam sic Consentanea argumenta Rerum & vocum vnitatem seu identitatem & consensionem; Dissentanea earundem diuersitatẽ & differentias; Comparata quantitatis parem vel imparem rationem, aut qualitatis similem vel dissimilem affectionẽ ostendunt, arguunt & explicant. Hinc argumenta Orta, vicissim eandem primorum vim & affectionem nouis nominibus, aliaq; via inueniendi referunt, vel in Nominum ipsorum Notatione aut Conuagatione, vel in Toto integro, aut vniuerso in suas partes distributo, vel in vniuersa rei natura Definitione comprehendenda. Huc postremo Testimonij & Testati distinctio accedit. Hoc, inquam, communissimum & generalissimum Instrumentum est, cuiuslibet rei aut materiæ cogitandæ, inueniendæ, & logicè distinguendæ, nõ Ergastulum eius tantum argumenti reperiendi, quo fides Quæstioni syllogismi iudicio fiat. Quod cum ita sit: tota Inuentio simplicissima prædicabilia, voces, rationes, & elementa exponit, quibus in differendo nihil est prius aut simplicius: quæq; inter se disposita omne Enunciatum, omnemq; sententiam & Quæstionem efficiunt; ac vicissim ad quamlibet vel sententiam explicandam, vel Quæstionem probandam adhibentur. Ergo Inuentio generalis, tanquam diuina Rationis Regula, omnia illa pariter, & quidem promptissimè præstat, quæ & Categorematum vocibus & Categoriarum generibus, & denique nominatim

Propositio sententia.

In-

Inuentioni, distractis cogitationibus, vulgo tribuuntur: nisi quod res illæ, quarum Categoriæ quasdam complectuntur, è suis disciplinis, ipsius Inuentionis ductu artificioq; petendæ sint. Atq; ita tota Inuentio Elementaris est, ac prima, simplicissimaq; elementa disserendi continet: qua nihil Iuuentuti rudius, & simplicius, nisi fortasse eius Epitoma, proponi poterit. Huius autem doctrina ita est & conformata, & exemplis illustrata, vt tum vniuersa, tum quæuis eius particula ad qualemcunque rerum vsum & tractationem sit accommodatissima, siue aliquid simpliciter exponas definitione, distributione, alioue argumenti genere, siue quæstioni per tertium argumentum syllogistico iudicio fidem facias. Quid igitur magis præposterum & meptum esse possit, quàm naturali Inuentionis & ordine, proprietateq; in argumentorum affectionibus turbata, & vsu diminuto fractoq;, argumenta quædam propter peculiarem vsum ab ea separare, quorũ vniuersus vsus multò vberius & facilius ex illa ipsa petatur? Quod vt appareat, & cuiuis sit in promptu, tandem Categorematum vtilitates, conferamus. De Prædicabil. Compl.

Primum, ais, initio logici studij, pueri simplices voces docendi sunt, è quibus Definitiones, Diuisiones, & sic Enunciationes seu Propositiones fiant: quarum omnium ratio & ars præcognoscenda est, antequam ad Syllogismum, qui ex illis Elementis componitur, atq; ad Inuentionem, quæ Syllogismo argumentum confirmationis suppeditat, perueniatur. Et quoniam materia illa prima est in Categorijs, scilicet res nudæ suis vocabulis expressæ: præmittũtur commodè voces 1. Vtilitas. Prædicab.

logicæ, hoc est, artificiosa Inuentionis seu argumentorum quorundam genera, quibus res Categoryis comprehensæ logicè nominentur, & tota Categoriarum Informatio explicetur. Hæc prima simplicium vocum & sic Categorematum ad Categorias intelligendas vtilitas magnopere prædicatur.

Assum. *Sed quæso per Deum immortalem, quid nam ex Inuentione facis? An hæc tibi integras sententias suppeditat, quibus Quæstiones probentur? Sic enim mihi somniare quidam videntur. At tota Inuentio, in nudis & singulis rationibus, solis & per se consideratis, sua affectione docendis & distinguendis versatur; tota logicas voces simplices, è quarum minimum duabus fit Enunciatio, docet: tota, inquam, Elementaris est & prædicabilia prima, ortaque, consentanea, & dissentanea, reliquaq; omnium generum explicat. Hoc qui non videt, is Inuentionis vim ac naturam non intelligit. Singulæ autem rationes seu voces logicæ, generatim & ad vsum accommodatè argumenta nominantur, & tertium argumentum nominatim distinguitur, quod duo Quæstionis argumenta inter se disposita per syllogismum disputat: quemadmodum Aristoteles duos Quæstionis terminos, & deinde tertium seu medium in Syllogismo, satis dura metaphora, distinxit, vt supra dictum est. Vnde etiam apparet Inuentionem non integras sententias pro argumentis suggere, cum in Syllogismo tantum tres termini constituantur.*

Prop. rel. *Cum igitur tota Inuentio singula argumentorum gene-*

genera rudè distinguat, quorum ductu singulæ rationes, generum illorum nominibus appellatæ, è suis disciplinis quærantur & distinguantur, eæque ad quodlibet propositum quocunque modo explicandum & tractandum adhiberi possint & valeant: ex ea simplices omnium generum voces non tantum quinque illæ prædicabiles, promptissime depromuntur, vt Causse, nempe Efficiens, Materia, forma, finis, & Effecta, subiecta & adiuncta, Diuersa, Disparata, Relata, Aduersa, Contradicentia, Priuantia, Patria, Maiora, Minora, Similia, Dissimilia, Notationes, Coniugata, Integrum, Membra, Genus, Species, Definitio & Testimonium: in quibus omnis, vt prædicandi naturalis affectio, ita & materia differendi prima inuentione inest, per quam ad res ipsas secunda Inuentione è suis disciplinis quærendas, inueniendas, agnoscendas & distinguendas ducimur. Atque omnis materia suppetit, vnde quiduis tum componitur, tum adhibita dispositione Axiomatica vel syllogistica disputatur. De Prædicabil.

Quod igitur nominatim ad primum Prædicabilium fructum in Prædicamentis explicandis attinet, si hæc maximè sine eiusmodi rerum classes, in quibus res omnes lateant (: qua de re, infra:) certè eorum explicatio multò ex naturali argumentorum affectione accuratior multoque expeditior è generali Inuentione sumi possit. Primo, quia Substantiæ reliquæ nouem Categoriæ inhærent, quæ ab illa sustinentur & fulciuntur: hæ illius Accidentia sunt: quæ cog- 1. Vtilitas è Locis cõmodior.

natio & affectio Categoremate Accidentis explicatur. At, inquam, illud accidens, dissimiles & discrepantes diuersorum argumentorum affectiones hic confundit, nempe Effecta in Actione, Subiecta in Vbi, Adiuncta in Quantitate & Qualitate (quæ tamen etiam comparantur) in Passione, Quando, & Habitu: mutuas caussas & dissentanea in Relatione: quorum respectu Substantia vel Caussa, vel Subiectum, vel ipsa etiam Adiunctum, vel mutua caussa effectum qúe aut dissentaneum dici potest. Ergo hoc Accidens valde hic confusum, & à naturali rerum distinctione vsquequaque alienum est: nec tamen in Prædicabilibus Subiecti, quod hic esset Substantia, & Accidentis affectio satis distincta est, cum Subiectum inter Categoremata non numeretur.

Categoriæ accidentis

Itaque è generali Inuentione clarior hæc distinctio esset, si Categoria Substantiæ, reliquarū vel caussa, vel subiectum esse, vel vnus etiam adiunctum diceretur.

Categoriarum è Locis explicatio.

Deinde, ais, quia singulæ Categoriæ dicuntur esse Rerum à summo genere, per media, earumque differentias & proprietates, ad infimas species distributarum classes: huc Generis, Speciei, Differentiæ & Proprij doctrina adhibenda est, vt res illæ sic nominari & distingui logicè possint: quo etiam Diuisiones, quæ postea docentur, accommodantur.

At, inquam, si sunt rerum ita Distributarum classes, cur rerum doctrina logicæ commiscetur? Attamen huc vniuersa Distributionis Categoria commodissime adhibetur: quæ non mutilata & dissipata, sed

sed perfectam & naturali ratione coniunctam, tum Totius partiumq; doctrinam omnem, tum Distributionis leges vsumq; complectitur. Genus & Species ab alijs & in Prædicabilibus, & in Locis: Diuisio autem post prædicamenta ac rursus in Locis traditur. At, Ramus ea omnia naturali affectione coniuncta Distributionis Categoriæ includit, & omnino propriè explicuit. Genus definit, non incerta illa ratione, quod prædicetur in Quid? sed naturali significatione, quod sit suis partibus, id est, speciebus essentiale, hoc est, quod symbolica sua significatione communem materiam & formam complectatur, qua singularum specierum essentiæ pariter constent; has autem præterea propriis formis ijsq; oppositis ita distingui vt cũ Genere Specierum vnitas seu identitas significetur, formis oppositis diuersitatis differentia constituatur. Itaque quo in Distributione aliqua altiora sunt genera, eo paucioribus, quo inferiora, eo pluribus proprietatibus sua significatione adstricta sunt. Hæc accurata Generum ac specierum orta & symbolica significatio certe è Rami Logica ad Categoriarum diuisiones accommodata, omnem rerum vim, ac vocum significationem penitus explanat: cum illa definitio per Quid, omnia prima argumenta præcurrens, nihil eiusmodi, sed nescio quid obscure doceat. Itaque ad Prædicamenta explicanda, tum è Distributionis doctrina Genus & Species, eorumq; orta significatio, atq; omnis diuidendi ratio, tum e Causis formę, & è Dissentaneis earum Differentiæ, ex Adiunctis Propria & Accidentia, imo etiam Subiecti Adiunctiq;,

De Prædicabil. Distributio. Genus. Species.

iunctique, & aliorum etiam Argumentorum affectiones adhibeantur, vt tum in vnoquoque Generum diuisiones gradatim distinguantur, tum reliquorum ad Substantiam, similiterq; inter se aut ad sua propria affecta respectus & accommodatio ostendatur.

Oppug. PAED. Sed ita Categoriæ Inuentioni essent postponendæ, quæ alioquin præponi solent.

Propug. DISC. Imo verò Categoriæ per se Logicæ nullam partem faciunt, vt infra demonstrabitur: sed si qua est earū vtilitas, vt sint τὰ πρῶτα τῆς φιλοσοφίας, & Introductio quædam, rerum genera, quamuis cum argumentorum generibus confusa, complectens, separatim in Scholis, vtcunque iam prægustata logica, explicentur, atque in ijs vsus Distributionis, Generum ac Specierum demonstretur. Sic enim Categoriæ in Scholis retineri, & Dialecticæ prælectioni cum aliquo fructu adiungi poterunt, vt quoniam qualemcunque vniuersitatis rerum, in certas classes distinctionem complectuntur, quæ res ipsæ, quibusdam Logicis generibus, quanquam confusius, vtcunque tamen includuntur: accurato iudicio, quod logicum sit, id ad Logicam, res autem ipsæ ad suas disciplinas distinctè referantur. Quanquam præstaret omnia è suis fontibus separatim hauriri, ideoque iuuentuti logicis studijs occupatæ, Physicæ, Ethicæ, ceterarumq; artium saltem Epitomas primum proponi.

Categoriæ quomodo in Scholis explicandæ.

2. Vtilitas Antecc. Secundo ad Definitiones & Diuisiones Prædicabilia conducere dicebas, & illas separatim propter simplicis thematis Methodum doceri. At, bone Deus,

Deus, cur tanta in vtrisque tautologia affectatur? Tam Definitiones ipsæ & Diuisiones quàm Categoremata sunt generalia Inuentionis argumenta: nec vlla idonea caussa fuit, cur separatim traderentur. Definire & diuidere, dicuntur duo esse Dialecticæ officia in Themate simplici sua Methodo tractando. Sed Definitio, inquam, & Diuisio generalia argumenta sunt, ad omne propositum, omneq; Thema quoquo modo arguendum accommodata. Methodus autem cuiuscunque Thematis vnica est, quæ à generalissimis progrediens Definitiones primo loco, & inde distributiones statuit. Præterea nimis præposterè ante Inuentionem Methodus illa docetur: cum non modo ex Definitione & Diuisione, verum ex alijs etiam argumentis, vt ex Caussis, Effectis, Cognatis, Contrarijs, &c. vulgo constituatur. Ergo inutilis, imo perniciosa tautologia est, Categoremata propter Definitiones & Diuisiones; has autem propter Methodum Thematis simplicis, quæ nulla peculiaris est, separare.

De Prædicabil. Definitiones. Diuisiones. Methodus ante Inuē. præpostere.

PAED. Attamen Definitiones & Diuisiones ex illis vocibus conficiuntur?

Oppug.

DISC. Rectè quidem, sed nec ex illis solis conficiuntur, nec extra Inuentionem ratio eas conficiendi rectè tradi potest. Definitio propria fit ex caussis essentialibus, quales Genere & forma (quæ in Prædicabilibus, Differentia,) cõprehenduntur. At in Prædicabilibus, non præcognitis caussis, illa Definitionis essentialis proprietas ita doceri nequit: Genere & Differentia quidē cõfici dicitur: sed ita eius propria ortaque vis non satis intelligitur; cum etiam sola forma

Propug.

materiam conuenientem complexa, in summis generibus conficiatur. Descriptio vero ex omnibus etiam argumentorũ generibus illustrior componitur, quemadmodum illi etiam ipsi, quanquam non satis perfectè, distinctèq; docent, qui hæc officia post Categoremata & Categorias tradunt. Aliam enim ex Effectis & signis, aliam ex plurium accidentium & adiunctorum congerie, aliam ex similitudine per Metaphoram, aliam etiam ex similibus, aliam per euersionem contrarij, aliam per declarationem, aliam per exempla, aliam per defectum integri seu pleni, aliam per laudem, aliam per proportionem, aliam per ea, quæ cum aliquo conferuntur, fieri monent. Vide quæso quam multa ante Inuentionem ad Descriptionem, quemadmodum ad Methodum etiam Thematis simplicis, requirantur, quæ ex Inuentione tamen omnia depromantur necesse est.

Descriptio multiplex.

Diuisio.

Ad Diuisionem deinde Categorematum doctrina similiter manca est; Inuentio autem perfectè eam suo loco distinctis generibus informat. Nam cum Distributio sit vel ex Caussis, & sic Integri in membra; vel ex Effectis, & sic Generis in species, vel ex Subiectis, vel ex adiunctis, vt in Inuentione inter orta argumenta perspicue docetur: hæc Genera ex Prædicabilius (vbi nihil de caussis & effectis, nihil de integro & membris, nihil de subiectis præcipuè & adiunctis occupatis) exstrui nullo modo possunt, vt mirum sit eadem tamen ante Inuentionem à quibusdam doceri. Ergo Distributionis genera in generali Inuentione suo loco conuenienter è suis primis argumentis & fontibus

tibus diriuantur: è Prædicabilibus autem manca, & tamen ex consequente Inuentione vtcunque corrasa & completa sunt. De prædicabil.

Tertio ad Prædicationum & Enunciationum differentias Categoremata valere dicuntur. Et hinc prædicationum separata doctrina instituitur, & Enunciationum similiter. Prædicatio enim est vis & modus, quo prædicabile alterum attribuitur alteri: estq; aut Regularis, aut figurata, aut inusitata. Deinde alia est essentialis, alia causalis, alia accidentalis: Tertio alia vera, aut necessaria aut cõtingens, alia falsa. Hæc Prædicationum genera, eorumq; differentiæ è Prædicabilibus sumuntur: cuius doctrinæ nulla à P. Ramo vsquam mentio fieri putatur. 3. Vtilitas in prædicationibus. prædicatio quid? Quottuplex.

Certè P. Ramus nullam separatam eiusmodi Prædicationum doctrinam confudit, sed tamen nihil veræ prædicationis prætermittit. Prædicationum enim doctrina est ipsa Axiomatum doctrina: cuius fundamenta sunt in distinctis argumentorum affectionibus, vnde Enunciationum, id est, prædicationum distinctio & analysis petitur, vt Enunciatio vel prædicatio efficientis, materiæ, formæ, finis de effecto, & viciſim, itemq; Adiuncti de subiecto, Dissentaneorum, Comparatorum, &c. distinguitur. Deinde Axioma seu Enunciatio propriè affirmata vel negata, vera vel falsa, necessaria vel contingens: & illa affirmata κατὰ παντὸς vniuersaliter vera, καθ' αὐτὸ essentialis seu homogenea, & Catholica, id est reciproca dicitur. Distinctio autem, qua vulgo additur, proprij & figurati sermonis, à logica aliena est: itemq; prædicatio Comparatio. Assum. prædicationes.

seu modus enunciandi de filio Dei, Theologiæ proprius, & quidem singularis ac vnicus est, ideoq; in generali arte non κατὰ παντος. Cum igitur sola Axiomatum doctrina sit vera & perfecta prædicationum doctrina: pernicioſa tautologia de his ſeparatim præcipitur, vt inuentutis cogitationes variè diſtracta, aliud in Prædicationibus, aliud in Enunciationibus ſcientiæ genus quærant, quod reipſa idem & vnicum eſt, ex Inuentionis quidem affectibus pendens, ſed Axiomatum legibus perfecte conformatum. Atque ideo Argumentorum à ſummo genere, quod eſt ipſum Argumentum, per media, eorumque differentias, ad infimas ſpecies Diſtributio ita accurate à P. Ramo continuata eſt, vt omnes illorum affectiones, vires, ac differentiæ, in quibus primi Iudicij, id eſt, Prædicationum fundamenta ſunt, penitus cognoſcantur. Eſt ergo ipſa Prædicatio nihil aliud quam Enunciatio ſeu eius modus: cuius affectiones & genera ſunt ipſarum Prædicationum affectiones, genera ſeu modi, vt loquuntur. Et quemadmodum quælibet argumenta inter ſe affecta prædicentur, id eſt, mutuo enuncientur, id ex eorum affectibus, Axiomatum legibus docetur, nempe vt Conſentanea affirmatè, Diſſentanea negatè, & quidem ad eorum in Inuentione deſinitam affectionem accommodatè enuncientur. Quemadmodum autem Enunciata è ſuis partibus, hoc eſt, ex argumentis, quæ enunciantur, eorumque affectionibus diſtinguuntur & iudicantur, vt dicas eſſe Enunciatum ex cauſsis & effectis, ſubiectis & adiunctis, vel Effecti de cauſſa, Adiuncti de ſubiecto, &c. ſic vulgo ex

Prop. rela.

Nota.

Prædicatio eſt Enunciatio.

Modi prædicationũ.

ex quorundam argumentorum, seu Prædicabilium affectione dixerunt, prædicatio essentialis, caussalis, & accidentalis; sed nimis anguste & improprie: quod illa Prædicationum, hoc est, Enunciationum distinctio ex omnibus argumenti generibus ac differentijs sumi debeat, vt in Enunciatorum doctrina explicatur. Sic enim tum generatim Prædicatio seu Enunciatio, aut enunciandi affectio, Artificialis vel Inartificialis, prima vel orta, simplex vel comparata, consentanea, eaque absoluta seu essentialis, aut modo quodam, vel Dissentanea; tum speciatim enunciatio prædicatioque caussalis, vel caussæ & Effecti; item formalis, seu formæ & formati effecti, item Adiuncti seu Accidentis & circunstantiæ, aut Subiecti & Adiuncti; item Dissentanea, Comparata, Nominalis, Integralis, seu Integri & Membri, Generis & speciei, Definitionis, & denique Testimonij, ex argumentorum affectionibus, & porrò è Iudicio Axiomatico, affirmata vel negata, vera vel falsa, &c. vt antè dictum est, dici potest. Quamobrem, vt ex confusa Prædicationum doctrina quæque ad suos fontes tandem remittamus, sic comparemus:

De prædicabil. prædicationes ex omnibus argumentum generibus.

Prædicatio omnis, aiunt, est vera vel falsa.

Comparatio prædicat. ad suos fontes. 1.

Hæc est secunda communium Axiomatis affectionis diuisio.

Deinde vera Prædicatio primo est regularis, aut figurata, aut inusitata.

Hæc à Logica aliena est, nimirum ex distinctione Pre-

Proprij & figurati sermonis, qua Grammatica & Rhetorica distinguuntur, derivata: ad quam ex Theologia humanæ rationi non subjecta, singularis loquendi & enunciandi forma, additur. Itaque illa distinctio tum è generali artium distributione, tum è Grammaticæ & Rhetoricæ definitionibus, finibus & subiectis petenda est, & nominatim etiam in Rhetorica ponitur: postremum membrum prorsus theologicum & singulare est: de quo nihil in generali arte, quæ ex similium Inductione constat, præcipi potest.

Prædicatio regularis esse dicitur, quæ congruat ad aliquem modum de quinque Prædicabilibus.

At vero etiam essentialis ex definitione, & caussalis ex caussis, ijsdem auctoribus dicitur fieri. Itemque figuratæ cum regularibus in interpretatione dicuntur congruere, vt Tyrannus est lupus, id est, similis lupo. Nunc autem illæ prædicationes etiam regulares sunt, quæ ex Definitione, caussis, & simili dicuntur fieri; cum tamen hæc argumenta Prædicabilibus non contineantur, nisi quod Simile accidentis nomine etiã confundatur, &c.

Ergo logice dicamus, Prædicationem regularem, hoc est, Enunciationem ex omnibus argumentorum generibus confici. Figurata prædicatio est Enunciatio modificata & ornata: quæ detracto ornatu clarioris Iudicij caussa enunciabitur simplici & proprio sermone.

2. Secundo, vera Prædicatio est essentialis, caussalis, aut accidentalis.

Dixi

De prædicabil.

Dixi paulo ante, *ex omnibus argumentorum generibus, vtpote Enunciatorum partibus in quorum affectionibus vis cohærentiæ vel discrepantiæ inest. Enunciationes distingui posse, vt aliæ sint caussales, aliæ modo quodam consentaneæ, seu (vt ita cum Scholastic*is *loquamur) accidentales &c: vnde deinde Enunciationum distinctiones pendent, vt aliæ sint veræ, aliæ falsæ, aliæ contingentes, aliæ necessariæ. Sed vulgata illa distinctio & ad Prædicabilia accomodata, ratione argumentorum nimis angusta est: quia non est ex omnium generum affectionibus perfecta: deinde confusionis & tautologiæ vitio laborat. Nam quod essentialis dicitur, id ex quorundam argumentorum affectione, & axiomatis* κατ' αὐτὸ *natura coniunctum est. Tautologia in eo est, quod essentiales etiam sint caussales, & quædam caussales sint essentiales.*

Caussalis ex Inuentione à caussis dicta, Enunciati propria affectio non est; nisi quatenus omne Enunciatum à partibus, id est argumentis, quæ enunciantur, vt supra dixi, nominari potest.

Accidentalis prædicatio contingens Enunciatum, quanquam nimis anguste, significat: quod hoc ex alijs etiam fiat.

3 Tertio, vera Prædicatio alia est necessaria, alia contingens.

Hæc veri Axiomatis propria diuisio est: ideoq; etiam & Prædicationi & propositionibus in Scholis tribuitur.

Quæ cum ita sint, satis apparet, Prædicationum doctrinam peculiarem nullam esse; omnemq; materiam

teriam

riam (excepta theologica:) earū nomine confusam, tum artium generalium distinctione, tum Logicæ partibus distincta & perfectè, imo ad intelligendum & differendum conuenientissimè contineri.

4. Vtilitas prædicab.

PAED. Postremo ad Demonstrationes Prædicabilia plurimum vtilitatis adferre dicuntur. Nam cū ea sint ad Aristotelis legem propriæ affectionis causa prima & summa, qualis est Differentia: ideo distincta Prædicabilium doctrina necessaria est.

Propug.

DISC. De Demonstratione illa Aristotelica infra ad Syllogismum conferemus: sed cum nullum vnquā legitimum eius exemplum repertum sit: frustra huc Categoremata separantur. Attamen esto, sit eiusmodi Syllogismus Demonstratio, cuius & partes antecedentes sint omnino necessariæ, & consequens necessario ex Syllogistica dispositione efficiatur: at illa partium præmissarum necessitas est primi nempe Axiomatici iudicij, quod è quibus Argumentorum generibus efficiatur, ipsa Axiomatum doctrina perspicuè explicatur: atq; illa ipsa argumenta huc etiā accommodatè in Inuentione definiuntur. Ergo & hic Prædicabilium finis vanus est, atq; è tota Inuentione quicunque hic fructus spectatur, multò commodius dedu-

Conclusio per propo. relatam.

citur. Quamobrem, vt hanc comparationem concludamus, cum Prædicabilia natura generalia argumenta sint, ideoq; ab antiquissimis Logicis Socrate, Platone, Aristotele ac Cicerone in generali Inuentione collocata; cumq; Inuentio tota simplices voces seu singulas rationes, solas & per se consideratas, è quibus non modo Definitiones & Diuisiones, quæ & ipsa argumenta

menta sunt, sed & omnium generum Enunciationes, & hinc Syllogismi conficiantur, omnisq; quoquo modo differendi materia petatur, cum tota, inquam, Inuentio eiusmodi nudas voces, quæ generatim Argumenta nominat, consideret, suisq; generibus primis ortisq; accuratissimè distinguat, omnesq; adeo fructus illos, qui Prædicabilibus affinguntur, pariter & multò facilius præstet: perniciosam tautologiam Porphyrius in Scholas induxit, ac discentium animos variè distraxit, multisq; difficultatibus implicauit, categorematis è generali Inuentione separatis. Imo ita Inuentionem præstantissimis suis laudibus spoliauit, vt ea non amplius generale omnium rerum & verborū considerandorum, suisq; affectionibus distinguendorum Instrumentum, sed tertij tantum ad Syllogismū argumenti (quod inde etiam temerè integra sententia esse putatur) sedes & latebra habeatur. Taceo iam pœnè infinitas ex hac distractione conflictas esse admonitiones & obseruationes, itemq; vocum, categoriarum, & Argumentorum differentias ac distinctiones, vtilitates, fructus, & nescio quæ alia commenta, ad iuuentutem potius inuoluendam, multisq; annis torquendam, quàm facile perspicueq; erudiendam comparata. De prædicatio.

Sed vt omnia sint luculentiora, breuiter Prædicabilia in Tabula comparabimus, & ad suos fontes reuocabimus.

TABVLA

TABVLA PRAEDICABILIVM, AD LOCOS INVENTIONIS relatorum.

EX ALIIS DIAL. AD RAMVM COLLATIO.

Differentiæ, proprij & Accidentis nominibus, diuersarum affectionũ argumenta confunduntur.

PRAEDICALIA seu κατηγορούμενα sunt communes voces, quæ dicuntur de alijs, rebusque cognatis tituli vice tribuuntur.

(*Principes Logici, Socrates, Plato, Aristoteles, Cicero, &c. hanc Inuentionis particulam non separarunt, sed generali & naturali Inuentione omnes inueniendi vias, simpliciaque considerandi rationes complexi fuerunt.*)

PRAEDICABILIA ista sunt omnino quædam generalia Inuentionis argumenta, & præcipuè consentanea, partim prima, partim orta; sed & temere à generali Inuentione separata, & vsuiam affectionibus confusa, vsuq; mutilata. Omnia autem argumentorum genera rebus ipsis in vsu & tractatione, quasi tituli vice, & quidem rectis distinctisque affectionibus, attribuuntur. Itaque, vt omnia alia argumenta, ita & quinque illa in generali Inuentione, tum proprijs affectionibus distincta, tum vniuerso vsu illustrata, coniunctim multò commodius, quàm separatim extra Inuentionem, distractis affectionibus, vsuque mutilato docentur.)

2. (Ve-

EX ALIIS

2. Voces illæ aut de vno, aut de pluribus dicuntur.

De vno Indiuidua nominantur, & rem duntaxat vnam significant, vt Moses, Paulꝰ, Cerberꝰ, &c.

(: Appellantur in Scholis termini singulares, suntq; res vocesque singulæ, siue pro-

AD RAMVM COL.

2. (Vocum *illa in* Proprias & Communes *distinctio ex specialissimæ, hoc est, indiuiduæ speciei, & Generis affectione deducta* (.*Illic enim essentiali affectione aliquid propriè singulare & vnius, vel generale & inferiorum commune est.*) *vt in omnes res & voces, ita etiam in omnia argumentorum genera, eorumque singularia exempla, quæ sunt indiuiduæ suorum generum species, consideratione accommodari debet. Sed ea hic impropriè, quippe distortis tum essentialibus, tum aduentitijs affectionibus, Prædicabilibus attribuitur, & quidem perinde, ac si in Inuentione ita præciperes: Omnia argumenta vel sunt vnius, vt Indiuidua species, vel sunt plurium, vt reliqua omnia ad sua affecta applicata: quæ nimis distorta esset & impropria diuisio.*

De Prædicabil.

Indiuiduum Ramo est specialissima species in Loco Distributionis, lib. 1. ca. 27.

EX ALIIS.

proprio nomine exprimantur, siue aliter, vt pronomine, Hic, vt hic lapis, hęc penna, &c designentur.

Voces autem pluribus cõmunes appellantur termini vniuersales: de quibus deinceps.

3. Vo-

AD RAMVM COL.

Vnumquodque enim argumenti genus suarum inferiorum specierum, quarum infimæ sunt exempla, genus est: sed reliqua omnia argumentorum genera ad Indiuiduam speciem diuidendo accommodata, nullam cum ea communionem habent.

Adiunctæ qualitates etiam logicè in Proprias & Communes *distinguuntur, sed longè secus, seruata Adiuncti affectione, non ex generis & speciei respectu: vnde etiam Axioma speciale rectè in Particulare & Proprium diuiditur. Itaque talis vocum distinctio indiuiduæ speciei & Generis propria, in ceteris vocibus & argumentis aliena est.*

3. (Om-

EX ALIIS.	AD RAMVM COL.	De Prædicabil.
3. Voces communes de pluribus dicuntur: quæ vulgus vniuersalia, & Prædicabilia præcipuè nominat, vt sunt,	*3. (Omnia argumentorum genera sic de pluribus affirmantur vel negantur: eorum autem exempla sunt de vno, quippe indiuiduæ species. At non tali ratione, sed naturalibus, proprijs & ad vniuersum vsum accommodatis affectionibus ea distinguuntur.)*	
Genus, Species,	Genus & Species *symbola sunt, simplicia prima comprehendentia, ideoq; in Distributione recte docentur, lib. 1. cap. 27.*	
Differentia,	Differentia *formæ fructus est atq; apparet, quando formæ dissentaneæ opponuntur.*	
Proprium.	proprium *Adiuncta qualitas est.*	
Acci-		

	EX ALIIS.	AD RAMVM COL.
	Accidens.	Accidens *certum argumenti genus non est, sed quædã effecta, adiuncta & similia confundit.*
1. Species	*Nos à specie ordiri malumus.*	*(At Generis natura, quia causſas complectitur, prior est.)*
2. Genus.	4. Species seu Forma, est id, de quo genus dicitur in quæstione, q̃d sit? vt de homine Animal. de candore color. &c.	4. Genus est totũ partibus essentiale. Species est pars generis: vt, Animal genus est hominis & bestiæ, &c. Homo genus Petri & Pauli.
	(Nota species hic & statim etiam genus non essentiali significatione, sed externa,	*(Nota Genus hic ab Ramo communi, quam significat, specierum essentia accuratè definiri, vt eius essentialis ad species affectio, & ita orta ac symbolica significatio intelligatur: vnde*

EX ALIIS	AD RAMVM COL.	De prædication.
terna, eaq; nõ in totum propria quæstione definiri. Itaque excellens ad rerum naturam & vocum significationem explicandam fructus hic desideratur.)	*vnde tum rerum natura, vocumque significatio inquiritur, omninoque Distributionis ac definitionis vis intelligitur, tum axiomatis affirmati necessarij iudicium homogeneum distinguitur:)*	
Species est specialissima vel subalterna.	Genus est generalissimum aut subalternum.	Sic Ramũ naturali ordine progreditur.
Specialissima (latine vltima seu infima) est quæ de individuis tantum, seu numero differentib⁹ in naturæ	Species subalterna aut specialissima.	
	Generalissimum, cuius nullum est genus, vt in logica Inuentione Argumentum, genus est ge-	

EX ALIIS.	AD RAMVM COL-
turæ quæstione dicitur: quæ semper est species, nunquam genus, vt homo de Catone, canis de Cerbero dicitur.	neralissimum omnium deinceps argumentorú. (*Ramus Generis & Speciei Definitiones, Diuisiones q3 ad vitandam tautologiam coniungit.*)
5. Subalterna, (latine interiecta) quæ diuersa ratione & species, & genus esse potest; species quidem cum superiore cõllata, genus cũ inferiore. Talia sunt, Animal, Piscis, &c.	5. Subalternum genus, vt Subalterna item species, quod species huius, illius autem genus est: vt Causſa species est argumenti absolute consentanei; genus autem materiæ & finis, &c.
Genus quid? Genus est vox communis, seu notio, quę de multis specie differen-	(*Ramus logicè Subalterna genera & species facit, quæcunque inter generalissimum genus & Individuum interiecta sunt: alij plerique eam speciem*

EX ALIIS.	AD RAMMM. COL.	De prædicabil.
rentibus dicitur, in quæstione, quid sit? vt, Animal de homine & bestia: ars de Grammatica & Rhetorica, &c.	*ciem seu genus, quæ Individuis proxima est, nimis anguste speciem specialissimam faciunt, quod illis Individuum species non esse videatur: vide compa. ad Locum Distributio.)*	
Genus est duplex, generalissimum et subalternum.	*(Sic & Ramus, sed naturali progressu supra.)*	Quottuplex.
Generalissimum (latine summũ) est, quod cum supremum sit, nullique subiectum, species esse non potest, vt sũt, Substantia, Quantitas, & reliqua categoriarũ capita,	*(Ramus breuissimè, Generalissimum, cuius nullum est, genus.)*	
	(Imo quæque res summa, cuiq; arti proposita, generalissimũ genus est ceterarum specialium omnium sub illa comprehensarum, vt Vox *in Etymologia, omnium vocum:* Argumentum *in Dialectica*	

EX ALIIS	AD RAMVM COL.
ta, seu genera summa.	*omnium argumentorum, &c. Et sic* Substantia *seu Essentia in Physica est omnium naturarum summum genus &c: sed certè pleræque aliæ categoriæ vt Relatio, Actio, passio, vbi, Situs, Quando, Habitus, potius sunt subalterna Argumenti Logici genera.*
†Subalternum (latine interiectum seu medium) quod est inter summum genus & speciem vltimã interiectum, & species esse potest, vt corpus, animal, &c. (*Illa,*	†(*Tautologia est, quod cum subalterna specie rectè coniungeretur. Nimis autem auguste etiam definitur, quasi sit tertiũ & ita deinceps ab Individuo sursum.*) (Genus

EX ALIIS	AD RAMVM COL.	De Prædicabil.
(*Illa, de orta Generis & specierum affectione, physiosophia, ad rerum naturam, vorborumque significationē declarandam, accommodatißima & summè necessaria, ab alijs ita non cōsideratur.*)	Genus & species notæ sunt causſarum & Effectorum, vt in animali est essentia corporea (: quæ materia est ad species communiter attinens:) tum facultas vitę & sensus, quę forma item communiter ad species spectat. &c.	
3. Differentia dicitur, qua res inter se differunt.	(*Differentia est fructus formæ, vt in loco Formæ docetur: sed Dissentanea sunt instrumenta formas opponendi, vt differentiarum discrimina appareant: quemadmodum consentanea eorumque symbola sunt vnitatis, identitatis seu conuenientiæ instrumenta: Sed & comparatio aliquid discriminis facit.*)	3. Differentia.

EX ALIIS

Ea triplex est: communis, propria, & Specifica.

Gorscius. &c.

Communis, est accidens separabile, & qualecunque discrimen, veluti quo tristis ab hilari, agilis à remisso differt.

Propria, accidens inseparabile, quo Cygnus à coruo cãdore differt, &c.

Vtra-

AD RAMVM COL.

(Falsa hæc Diuisio est: quod autem Dissentaneorum genera, tot etiam differentiarum modi sunt, vt mirum sit, quosdã etiam ex omnibus argumentorum locis differentias sumere; qua si non quæq; argumentorũ genera illis dissentaneis formis differant.)

(Eiusmodi exempla eius, in quo sunt, adiuncta, inter se autem spectata, opposita sunt. Itaque si alterum ex eodem subiecto pellat alterum: ea oppositorum est ex sua lege cessio. Si in diuersis spectentur subiectis: dissimilis qualitas est, vt hic peculiare Differentiæ genus nullum sit.)

(Adiunctum hoc sui subiecti est, vt candor cygni, nigror corui: quæ cum Dissentaneorum legibus considerantur, sunt aduersa adiuncta, quibus sic cygnus & coruus distinguuntur.)

(Rectè;

EX ALIIS

Vtraque fortuita discrimina notat; quæ ad hunc locum non pertinent.

Maximè propria seu specifica est, qua species vnaquæque à ceteris differt, quæque cum genere coniuncta constituit speciem, vt Animal rationale, id est Homo.

AD RAMVM COL.

(*Rectè; quia adiuncta sunt; quæ inter se considerata, aliquo Oppositorum genere dissentiũt, ad diuersa autem subiecta accommodata, etiamsi dissimilia fuerint. Atque ea est naturalis eiusmodi rerum affectio; quæ ad differentiam eo modo impropriè cognitur.*

(*Hæc logica forma est, per quam vnaquæq; res est, id quod est, & à ceteris differt. Ea quidem ad communem Specierum essentiam, genere comprehensam, accedens, eas propria essentiæ vi informat, & inter se distinguit; sed non satis logicè eius affectio ad Speciem nominatim accommodatur, quæ, vtpote causſa, omnium rerum est communis. Sæpe res spectantur non vt species, & tamen per causſas. Cum autem Generũ ac Specierũ significatio & natura cõsideratur & distinguitur; huc Forma etiã adhibetur, vt in Generis doctrina traditũ est. Itaque Forma in causſis, affectione Effecti logicè docetur.*

De Prædicabil.

†Hac

EX ALIIS.

† Hac ſpecies definiuntur & diuiduntur: vt Homo eſt animal rationale: Animal eſt Homo vel Beſtia: vel, animalium aliud rationale, aliud irrationale: cum Differentiæ pro Speciebꝰ ponuntur.

Lib.1.cap.7 Huius igitur Differentiæ duplex officium eſt, conſtituere ſpeciem, eamque diſtinguere ab alijs diuidendo.

† Po-

AD RAMVM COL.

† *Rectè: ſed prior vtilitas formæ in Definitionis, altera in Diſtributionis doctrina locum habet: at in ſeparata formæ doctrina illa admonitio aliena eſt: quod omni enti & non enti quoquo modo arguendo illa ſit communis.*)

(*Prius Formæ definitione, alterum Proprietatis conſectario illi addito explicatur. Quod autem Genus in Species diuidatur, id in loco Diſtributionis commodè docetur.*)

† (Hac

EX ALIIS

†Postremo differentiarũ aliæ generales sunt & latius patent, aliæ specificæ & vltimæ, quę angustius contrahuntur, vtpote vltimæ speciei procreatices: *Sic* Animatũ generalis forma *multis speciebus conuenit, Homini, bestiæ, arboribus: sed* Rationale, *soli homini.*

AD RAMVM COL.

De prædicabil.

Lib 1. cap. 27.

†(*Hæc distinctio Generum & Specierum propria, ad formam per se nihil attinet. Genus generalissimum, & sic proxima subalterna ordine omnibus inferioribus Speciebus conueniũt. Species etiam indiuiduis proxima, illis omnibus conuenit. Logicum autem præceptũ est, quamqúe rem & vocum, siue omne ens & non ens, suam veram vel fictam habere formã: vnde & quæq; genera ac species sibi conuenientes, latas vel angustas formas habere intelliguntur, quæ sic in singulas inferiores species cum tota videlicet Generum essentia cadunt. Itaque,* Animatum, *est forma generis cuiusdam physici, nempe concreti corporis, ideoq; eius speciebus proximis, vt* Animali ac Plantæ, *& hinc omnibus inferioribus, cum tota Generis natura communis est. Atq; inferiores species suas etiam formas habent, quæ non adscen-*

EX ALIIS

4. Proprium est inclinatio aut quiddam adjacens, quod vni soli speciei semper, et omnibus eius indiuiduis ineſt, & quod retro etiam vicissim cũ specie † potest commeare, vt loqui & ridere soli homini conuenit.

4. Proprium. 1. Ergo ad iunctum est.

Illud in iudicio Axiomatico docetur.

AD RAMVM COL.

adscendũt ad superiores. Ergo, cum & singulorum generum gradatim suæ essentiæ ac formæ, eaq; totæ speciebus inferioribus communes, sint, & Indiuiduæ etiã species propriis præterea formis constituantur; illud formæ generale documentũ est, Omnibus rebus suam formam esse; hoc vero Generis. Eius essentiam pariter omnibus speciebus esse communem.

Proprium est qualitas subiecto præter causſas adiuncta, quæ omni, soliq; subiecto conuenit, vt homini risus, &c. (Sic P. Ramus rectè in Adiunctis qualitatibus proprium ponit, idq; ad subiectum, non ad speciem (quæ ad genus affecta est) logicè refert. Et certè proprium est qualitas modo quodam, non omnino essentialis: ideoq; eius ad Subiectum affectio est, non ad speciem, cuius cum genere affectio est essentialis.

Ra-

EX ALIIS

Recitatur hic admonitio de abusu vocabuli: & quatuor modis sumitur.

Primo propriũ dicitur, quod vni speciei tantum, sed non omnibus indiuiduis cõuenit, vt fieri Heroicum bellatorẽ, seu Herculis similem, soli homini, sed non omnibus Indiuiduis cõtingit.

Secun-

AD RAMVM COL.

De prædicabil.

tialis. Qualitas igitur adiuncta est accidens ad essentiam caussis constitutam accedens: eaq; in Propriam & cõmunem rectè in adiunctis distinguitur: illa est verè Proprium; hæc continet exempla pleraq; Accidentis: hoc enim & Proprij nomine etiam multa effecta confunduntur.

(At vno modo verè Propriũ aliquid dicitur: qui illius definitione exprimitur & distinguitur. Cetera exempla ad alia adiuncta vel Effecta pertinẽt.)

(Hoc ita quidem Hominis proprium Adiunctum est, vt Bestiæ non conueniat; quemadmodum ex omnibus argumentis quædam magis alicuius propria dici possunt: sed non est logica modo quodam essentialis propria qualitas; ideoque hic alienum est.)

(Hæc

EX ALIIS

(Secundo, quod omnibus Indiuiduis conuenit, sed non soli speciei, vt esse bipedem.

(Tertio, q̃ soli speciei, & omnibus indiuiduis conuenit, sed non semper, vt canescere.

(Quarto verè proprium est, quod toti speciei, soli & semper, omnibusque eius indiuiduis, conuenit, & dicitur de Specie in Quæstione, Qualis est, vt Risꝰ de homine. &c.

Discri-

AD RAMVM COL.

(Hæc particula quædam formæ in corpore, quia homini cũ quibusdam bestijs communis est, Proprium logicum non facit.)

(Hoc quia corporis ad certum tempus adiunctum est, satis etiam generali adiunctorũ definitione intelligitur.)

(Propriæ adiunctæ qualitatis definitio ab Ramo in adiunctis posita, huic respondet: Sed hoc & distorta affectione ad Speciẽ, & impropriè ad Quale vulgo refertur. Nam & propria qualitas ad subiectã caussarum essentiam accedit, & ad Quale etiam cetera adiuncta pleraq;, & alia quædam argumenta respõderi possunt.)

(Discri-

EX ALIIS.

Discrimen Diff. & Pro.

Differentia significat partem constituentem, vt rationale significat mentem, quæ est pars hominis.

Proprium significat quiddam sequens rem constitutam, vt posse loqui, & ridere non constituunt hominem, sed sequuntur constitutionem.

5. Ac-

AD RAMVM COL.

(*Discrimina eiusmodi separata in artibus rectè traditis non requiruntur: quod ea definitionibus ac legitimis præceptis satis explicentur.*)

(*Recte: Differentia enim est structus formæ; quæ ipsa essentia seu eius potissima pars est: ideoque extra Inuentionem tradi etiam non debet.*)

(*Recte: & ea causa est cur in Adiunctis ponatur, quod ad essentiam formatam accedat: atque ita formæ & Adiuncti definitionibus, imo consentaneorum distinctione, absoluta & modo quodam, ipsis q; vocabulis multò melius illud discrimen exprimitur. Et certè variæ illæ tum conuenientiæ, tum differentiæ ac discrimina, quæ vulgò in artibus accumulantur, multò clarius & rectius rerum artibus propositarum definitionibus, ac diuisionibus,*

cc quàm

De Prædicabil.

Proprium quid sit, vt & reliqua argumenta, generatim in Logica traditur: sed quodnam illud cuius que entis proprium sit, itemq; quatenus alia etiam Adiuncta, ceteraque argumẽta,

aliarum rerum magis vel propria vel cõmunia; id nominatim in rerum disciplinis explicatur. Arist. Phisic. lib. 5. ca 30. & 6. a. & 11. 7.

EX ALIIS

5. Accidens, (συμβεβηκὸς, fortuitum, quod est adiunctum Substantiæ) est vox, quæ res naturis, seu subiectis inhærentes notat: seu, quod sine rei, in qua inhæret, interitu, vel adesse, vel abesse dici potest. Non enim per sese subsistit, nec est pars essentiæ, sed in alio est mutabiliter.

AD RAMVM COL.

quàm separatis illis præceptiunculis explicantur.)

(Accidens *est vocabulum ambiguum: Aristoteli & sic Græcis omnibus significat fortuitum, infinitum, inordinatum, quod neque ex necessitate, neque frequenter euenit, vt sit fortuitus efficientis modus. Porphyrius & ceteri in Prædicabilibus Accidentis nomine exempla quædam Effectorum, adiunctorum, & comparatorum, propria eorum affectione ad Speciem incommodè distorta, confundunt: quæ multò commodius in generali Inuentione distinctè, nempe Effecta ad causas, adiuncta ad Subiecta, comparata, ad ea cum quibus comparantur, relata, tradantur.*

Ac-

(Hæc

EX ALIIS.

Accidens aut separabile est aut inseparabile.

AD RAMVM COL-

De prædicabil.

(Hæc distinctio, vt & exempla ipsa, ex diuersorum argumentorum affectione confusa, ideoq; minus logica est. Generalibus enim caussarum & Effectorum Subiectorumq; & adiunctorum definitionibus docetur, quatenus ea argumenta cum rebus coniuncta sint: & nominatim adiunctorum nomen etiam significat, ipsa non esse essentialia; distinctioque Proprij & Communis adiuncti huc etiam pertinet.

Ergò quælibet argumentorum affectio satis & propriè docet, quatenus quæq; res consentiant & coniunctæ sint, vel quatenus dissentiant, & discrepent, idq; tum simpliciter, tum comparatè. Sed & rerum disciplinæ nominatim docent, quæ cuique essentialia, vel aduentitia sint: quod generatim argumentorum definitionibus distinguitur.

Sepa-

EX ALIIS	AD RAMVM COL.
Separabile, vt frigus ab aqua, notitia à mente, lætitia à corde.	*(Adiuncta generatim definiuntur, quibus aliquid subjiciatur, & quæ præter essentiam accedant, quod exemplis declaratur: quæ in suis artibus distinguuntur. Sic Scientia seu notitia & ignorantia, virtus & vitium animæ adiuncta nominantur; quia præter essentiam accedunt: à qua etiam abesse intelliguntur posse. Et quia contraria sunt; hinc constat, ea se mutuò expellere, &c.*
Sic, Socrates disputat, ambulat, scribit, &c.	*(Ex Efficientis modis constat, naturales causas habere naturalia effecta, voluntarias voluntaria, necessarias necessaria, fortuitas fortuita: vnde etiam quatenus ea separari queant commodius intelligitur.)*
In-	(An

EX ALIIS

Inseparabile, vt magnitudo à Substantia corporea, calor ab igni, humiditas ab aqua, &c.

Vtilitas Prædicabil.

1. Discernunt gradus vocabulorũ in Prædicamentis.

2. Pro-

AD RAMVM COL.

(*An actu req; ipsa separentur, an potestate solaq; cogitatione, ad rerum disciplinas attinet. Logicæ proprium est essentialia ab aduentitijs, & in his propria à communibus distinguere. Sed videndum quæ Inseperabilium exempla ad Formam, vel ad Proprium adiunctum, quorum arctissima est affectio, pertineant.*)

(*Imo nulla est separatorum.*)

(*Omnia argumentorũ genera discernunt quaslibet rerũ & verborum affectiones: sed illos Prædicamentorum gradus multò commodius caussarum & effectorum, subiectorum & adiunctorum, ac denique Distributionis, & in ea Generis ac Speciei doctrina distinguit.*)

EX ALIIS.	AD RAMVM COL.
2. Prosunt ad Definitiones, & Diuisiones.	(*At illæ non ex Prædicabilibus solis, sed etiam ex alijs argumentis, ideoq; in generali Inuentione multò rectius conformantur.*)
3. Prosunt ad iudicandas connexiones vocum: Nam eruditè omnes propositiones in communi naturæ ordine in hos paucos modos inclusæ sunt, Et ita hinc sumitur discrimen Prædicationũ.	(*Imò quot sunt argumentorum affectiones, tot sunt fundamenta & modi connexionũ seu prædicationum, id est, argumentorum inter se enunciandorum, quorum formæ Axiomatum legibus continentur, vt consentanea affirmatè, Dissentanea negatè enuncientur. Atque hi perfecti & ad vsum accommodati sunt; illi non item; vt supra comparatum est.*)

4. Pro-

(At

EX ALIIS.

4. Prosunt ad dijudicandas necessarias & Contingentes Propositiones, Necessariæ enim sunt ex specie, Genere, Differentia, & Proprio: Cõtingentes ex accidente.

AD RAMVM COL.

(At iudicium primum illas differentias Enunciationum distinguit, & quidem ea ex omnium argumentorum affectionibus, non ex illis quinque tantum pendent. Nam etiam ex Dissentaneis tum necessariæ tum contingentes sunt Enunciationes: Et nimis impropriũ, contortum, coactumq; est, nomine accidentis, reliquas caussarum & Effectorum, Subiectorum & adiunctorum, Comparatorum, Notationis & Coniugationis, Distributionis, ac in ea Integri Membriq;, Definitionis, & deniq; Testimoniorũ affectiones complecti, quæ videlicet, Genere, Specie, Differentia, & Proprio non continentur.

De Praedicabil.

EX ALIIS	AD RAMVM COL.
Prædicationes igitur hinc distinguuntur.	(*Prædicatio est Enunciatio seu Axioma, eiusq; affectio: quatum affirmata vel negata, tum vera vel falsa, & quidem, quatenus ex arte facta, semper regularis est; sed eius sermo seu oratio, alia est regularis, alia figurata. Inusitata autem affectio, quia vnica, singularis, & filij Dei eiusque regni propria est, non constituit Logicæ præceptum κατὰ παντος, sed habet peculiarem in Theologia obseruationem.*)
I. Prædicatio alia est vera, alia falsa.	
II. Vera est Regularis, Figurata, vel Inusitata.	
1. Regularis, quæ congruit ad aliquē ex quinq; Prædicabilib⁹ modum.	(*Imo logica & artificiosa prædicatio, id est, Enunciatio congruit ad aliquem ex omnib⁹ argumentorum generibus affectionem.*)
2. Figu-	(*Ergo*

EX ALIIS	AD RAMVM COL.	De Prædicabil.
2. Figurata est in sermone improprio per Metaphoram, Synecdochen, &c.	(*Ergo hæc orationis in Rhetorica, non Enunciationis in logica distinctio est: vide cap. 14. De figura.*)	
3. Inusitata, cuius nō sunt alia exempla in tota rerum vniuersitate, vt, Deus est Homo.	(*Ergo Theologiæ propria, & quidem in regno Christi singularis, in arte generali non constituit præceptum* κατὰ παντος.)	
III. Prædicatio alia est essentialis, alia causalis, alia accidentalis.	(*Hæc superuacanea est: quia deinceps veræ Necessariæ, & contingentis distinctione cōtinetur. Nam Necessaria Enunciatio his notis.* De omni per se (*quæ Essentialis*) & Reciprocè, *distinguitur. Causalis pro sua affectione Necessaria vel Contingens est, ideoq; propriam differentiam non habet. Accidentalis est Contingens.*)	

EX ALIIS	AD RAMVM COL.
IIII. Prædicationum verarum aliæ sunt necessariæ, aliæ contingentes.	(*Axiomatis seu Enunciationis veræ hæc apertè propria diuisio est.*) Nota in his *Prædicationibus etiam Definitionum, Diuisionum, & aliorum Locorum mentionem fieri, quorum doctrina tamen etiam distracta, tandem sequetur, vt hinc etiam defectus & confusionis argumentum manifestum sit.*

Quæ cum ita sint, Prædicabilia ad generales Inuentionis locos, vnde à Porphyrio friuolo argumento separata erant, prudentissimè ab Rodolpho Agricola, & P. Ramo reuocata sunt: vbi eadem etiam Socrates, Plato, Aristoteles & Cicero, duce natura, collocauerant. Cætera, quæ iudicij & cæterarum artium propria sunt, etiam è iudicio & distinctis artibus multò commodius & paratius petuntur.

DI

DE PRAEDICAMENTIS.

De Categorijs.

II. Q. An Categoriæ vel peculiarem artem, vel seperatam Logicę partem faciant?

Negatur à forma & fine:

SI Categoriæ nec ad artium leges sunt conformatæ, nec verum Logicæ aut alterius artis vsum habent: certè neque peculiarem artem, nec seperatam Logicæ partem faciunt.

At priora.

Quia tum contra leges mutilatæ, heterogeneis permistæ, ac impropriè enunciatæ, itemque præposterè vspiam collocatæ sunt, tum verum Logicæ aut alterius artis vsum minimè exhibent.

Ergo & posteriora.

CONTENTIO.

Ingressus.

PAED. *Quoniam nobis Categoricæ disputationis repetitio in hanc horam proposita est: ego ex ijs, vt hactenus feci, quæ in Schola copiosè disputata sunt, pauca in memoriam reuocabo.*

Ego igitur, cum artium leges requirant, vt præcepta sint κατὰ παντὸς, Categorias legitimè conformatas esse, ita à subiectis confirmo.

Si tota rerum vniuersitas, & quicquid in ea constat

Profyll. constat atq; mouetur, decem his tabellis siue classibus commodè includitur: nõ video cur categorica doctrina non sit κατὰ παντὸς, & omnino perfecta. Nam cum omnia complectatur, satis de omni perfecta fuerit, vt nulla parte manca & mutilata sit. Et vt de omnibus rebus, ita etiam semper vera fuerit: neq; enim

Assum. hæc vniuersitatis machina & rerum natura ante suũ finem mutatur, vt alijs temporibus alia & diuersa sit. Nunc autem tota rerum vniuersitas, & quicquid in ea constat atq; mouetur, categoricis classibus perfectè inclusum est. Nam quemadmodum Geographi

Vict. totius terræ situm ac metas, &
Stri. Oceani ambitum in suis tabulis artificiosè pingunt, vt sciamus quo in loco præcipuè Ecclesia Dei fuerit: ita & sapiens antiquitas totam rerum vniuersitatem in decem Classes,

Iac. tanquam in vrbes decem distribuit, &
Gorsc. in ijs omnia distinctè spectanda proposuit, vt quasi ciues suis istis in vrbibus, suis legibus, suis moribus, & suo instituto viuerent: ac ne quicquam sua Categoria, suaq; vrbe, in qua ei sedes datæ sunt, velicta, in alienam commigraret, sedulo cautum est. Cum enim prudentes illi viri vellent penitus vim & naturam omnium eorum, quibus machina mundi confecta est, sigillatim inspicere, penitusq; introspectas cognoscere: viderent q; id se consequi non posse, si ita confusas, atq; inter se permistas sinerent esse: hoc consilij ceperunt, vt seiunctas à se mutuò, & ex ea permistione euolutas in classes eas digererent, nec amplius paterentur, vnum genus cum alio permisceri, ne ea rerum, quæ generis esset diuersi admistio, cognitionem eorum moraretur atq; impe-

impediret. Ac principio animaduerterunt, duo rerum genera esse, quæ plurimum à se distarent. Nam alterũ viderunt ea potestate à natura præditum esse, vt per se, & suis viribus, absque cuiusquam subsidio posset subsistere, quod genus Substantiam appellarũt: Alterum, quod ipsum vi sua, nullo modo consistere; ac nisi ab eo genere, quod sua vt subsistere dixi, sustineretur, ne momento quidẽ in rerum natura permanere posset: cui generi Accidentis appellationem tribuerunt: quod tale est, vt semper substantiæ, à qua sustinetur, & fulcitur, inhæreat. Ita enim natura comparatum est, vt Substantia suam nuditatem accidentibus, tanquam vestitu quopiam, contegeret, ac veluti coloribus exornaret, pro eoq; beneficio ea sustinendo ab interitu vindicaret. Quæ consociatio Substantiæ cum Accidentibus, quoniam cognitioni perfectæ, & Substantiarum, & ipsorum accidentiũ obstaret: prudentes viri hoc naturæ vinculum dissoluerunt. Substantiam omni illo vestitu accidentiũ, atq; fuco illi detracto, nudam, simplicem, & quæ nihil alterius generis admistum haberet, in eam Categoriam, quæ Substantiæ appellatur coniecerunt. Et quoniam plura genera sunt eius pluresq; formæ: non vtcunq; & absq; vllo discrimine, sed distinctas à se mutuò, & in ordinem redactas, gradibusq; quibusdam constitutis, collocarunt: infimo gradu, & quasi ad pedes suarum formarum, quibus subijciantur, eas Substantias, quæ singulæ sunt & indiuiduæ, reposuerunt: secundum gradum species infimas tenere iusserunt: tertius, quartus & qui deinceps vsq; ad summũ sequun-

De Categorijs.

Diuisio Categoriarum.

Substãtia.

Accidens.

Substantiæ nudæ.

Substantiæ gradus.

ſequuntur, illis, quæ iam generum ſubalternorũ, iam formarum vim induunt, gradus ceſſit: ſupremum illi tradiderunt, quod genus ſummum appellatur. Quod quidem exemplo clarius erit: Alexander, Philippus, Darius *infimo loco, & ad pedes hominis conſederũt: ſupra eos ipſe* Homo: *cui ſuccedit* Animal: *hinc rurſum* Corpus animæ particeps: *inde* corpus ex elementis miſtum: *ſupra quod* corpus ipſum eſt: *qui quidem gradus ſummo vicinus eſt; quem ipſa* Subſtantia, *tanquam princeps, & quaſi parens omnium, quæ in ea Categoria collocata ſunt, occupauit. Et quoniam diuerſæ formæ, & diuerſa genera Subſtantiarum ſæpe eundem teneant gradum;* Differentijs. *ne inter ſe rixentur, interpoſuerunt inter eas differentias, veluti parietes quoſdam, quibus à ſe ſeiungerentur. veluti cum,* Homo, Bos, Leo, Equus, Lupus, Ouis, *& multæ præterea animalium formæ aliæ, eundem teneant gradum: placuit cuiq; certum ſpacium loci in eo gradu deſignari, ac veluti parietibus interpoſitis, vt quiete viuerent, eas diſiungere. Itaque* Hominem *à cæteris omnibus primum ſeiunxerunt, interpoſitis inter ea* Rationali, &, Irrationali, *differentijs: vt* Rationale *omnia bruta ab* homine *excluderet, nec pateretur hominem ſuo deturbari loco:* Irrationale *viciſſim hominem brutis commiſceri non permitteret. Et quoniam* belluarum, *quas ab* homine *ſeiunctas diximus, variæ ſunt & plurimæ ſpecies: eas quoque à ſe mutuò ſeiungi placuit, interiectis inter eas differentijs, ne inter ſe permiſcerentur, ne altera in alteram impetum faceret, ne lupus*

ouem

ouem dilaniaret, ne gryphes equis iungerentur, cambusque timidæ miscerentur damæ: Cuique igitur suus & certus locus, differentijs tanquam parietibus circumseptus, datus est. Assignarunt præterea cuique Speciei, quod & sola, & perpetuò obiret munus certum, quod Proprium appellarunt: vt Homini, ridere, loqui, artes discere, numerare. quorum nihil vllam in speciem aliam, præter ipsum hominem cadit. Ea autem quæ ab omnibus præstari possent, & quæ aliquando adessent, aliquando verò remouerentur ab ipsis, Accidentia & aduentitium quiddam dixerunt. Hoc instituto Substantiarum ordine, atque ita à se distinctis, vt simplices & absq; alterius cuiusquã admistione spectari possent: naturas earum & ipsi perspexerunt, & eos, quorum ingenia excoleront, spectatum admiserunt, vt vim naturamque nudarum rerum introspectã penitus cognoscerent: quam penitus cognitam ac perspectam litteris mandarunt, ad posteros q; transmiserunt. Itaque nobis primum quid Substantia esset, quæ eius vis, quid illi conueniat, quid ab ea alienum sit, quæ eius genera, quæ formæ essent, quo cõuenirent, quo item dissiderent: quid cuiq; formæ proprium esset, quid cum alijs commune haberet, tradiderunt: quæ qualia sint in descriptione Substantiæ aperiuntur.

De prædicamen.

Proprium.

Accidens.

Substantiæ proprietates.

Perspecta & depicta natura Substantiarum, ad alterũ genus, quod Accidentis esse dictum est, animum flexerunt, vt itidè vimeius atq; naturã prorsus perspicerent atq; depingerent. Cuius cum nouem genera esse deprehendissent, nouem Categorias confecerunt,

Accidens.
2. Diuisio.

cerunt, quibus ea genera diuersa includerentur, & vt à Substantia, ita à se quoque mutuò secernerent: ne si confusa esse sinerent, cognosci ea & perspici, altero alterius cognitionem impediente, non possent. Primũ itaque locum à Substantia Quantitati dederũt: quæ ea contineret Accidentia, quæ magnitudinem, extensionem, contractionem, multitudinem, paucitatem signarent. Secundum Qualitati: quæ affectiones tam corporis, quam animorum complecteretur. Tertium ijs, quæ ad aliquid dicuntur, quæ officia & mutuos respectus ad se rerum recipiunt. Quartum sortitum est ipsum Agere: cui omnia verba, quæ agere quidpiam significarent, subijcerentur. Quintus ipsi Pati datus: quod ea verba complectitur, quibus Passio designatur. Sexto loco consedit ipsum Vbi: cui locorum circunstantias subijci voluerunt. Septimo ipsum Quando: quod temporum differentias & adiuncta notat. Octauo Situm esse: quod rationes collocandi corporis indicat. Postremo Habere: cui omnis ratio vestiendi & ornandi corporis subiecta est. Facta igitur distinctione Accidentis in nouem Categorias: in singulis Categorijs eadem cura suscepta est, vt, quemadmodum Substantiæ, certo ordine in sua Categoria collocatæ essent, gradibusq; distinguerentur: idem in singulis Accidentium Categorijs seruaretur, vt alia infimum, alia medium, alia supremũ locum tenerent: & quæ dissidentia, eodem collocata essent gradu, differentijs interpositis seiungerentur: vtq; singula genera, & formæ eorum, sua propria, quæ obirent, officia, haberent: quæ item aduentitia

Quantitas.

Qualitas.

Relatio.

Agere.

Pati.

Vbi.

Quando.

Situs.

Habitus.

Gradus in singulis reliquis Categorijs.

Differentiæ.

Propria.

Accidentia.

illis essent, notarunt. Hac distinctione facta singulorũ, naturã rerum descripta est, ac quæ cuiusq; generis vis esset, quæ illi consentanea, quæ repugnantia viderentur, notatum est. Ita industria doctissimorum virorũ, decem Capitibus, vniuersam rerum naturam distinxit, atque vim earum, tenebris inuolutam, in lucem protulit, oculisq; discentium proprius spectandam admouit; vt ex ea breui rerum descriptione scirent, quid cuique generi rerum competat, quid ab eo alienum sit. Sic Grammatici suam orationem in partes octo distinctam explicant, singularum partium naturam & proprietates describentes. Sic Medici Anatomiam corporis humani faciunt: vt carne detracta, ossa & neruos omnes perspiciant, nihilq; in corpore humano non perspectum habeant. Est autem hæc rerum, quæ in Categorijs traditur, descriptio generalis, & quæ prima principia rerum cognitionis tradat, in genere earum vim depingens. Nam illa exactior, & quæ à generalibus exorsa, ad minima descendat, ommaq; ad viuum vsq; resecet, in alijs scientijs traditur.

De prædicamen. Proprietates. Conclusio Assumptionis illustrata exẽplis.

Admonitio de distimine Categoriarum à reliquis artibus.

Itaq; vt tota hæc ratio & rerum distinctio melius intelligatur, discrimen etiam Categoriarum à Prædicabilibus diligenter notandum est. Magna siquidem est cognatio vocum Prædicabilium cum ipsis Prædicamentis. Neque enim earum rerum vis, quæ categorijs includuntur, absq; Prædicabilibus explicari potest: & Prædicabilia sine Prædicamentis neq; cognosci, neq; conseruari queunt. Itaq; illa in Categorias irrepunt, rebusq; ibi locatis hærent. Sunt enim appellationes & nomina earum, quibus tanquam titulis consignan-

Discrimen Prædicabilium & Prædicamentorũ.

signantur. Cum etenim res in singulis Categorijs in ordinem redactæ essent, ac veluti in vrbibus, certis in locis, & gradibus collocatæ: placuit eis nomina dari, quibus appellatæ à se mutuò secernerentur: ac veluti titulis certis consignarentur. Itaq; ea, quæ singula sub sensum quempiam cadunt: quæque sola diximus, & nasci & interire, indiuidua vocarunt: vt hoc nomen, atq; hunc titulum perpetuò retinerent. Quæ autem proximè indiuidua consequerentur; ex eisq;, mente & intellectu cõficerentur, infimas species & formas: quemadmodum illa, quæ supremum in Categoria insedissent locum, summa genera appellarunt. Quæ verò inter infimas species, atq; genera summa consedissent, partim genera subalterna, partim species vocari placuit. Ea porrò quibus à se mutuò secernerentur, differentiæ dictæ: quemadmodum ea officia, quæ vni tantum speciei attributa, alijs nunquã competerent, propria. Nam illa quæ passim omnibus communia essent, quæq; possent & inesse eis, & abesse, nullo earũ incommodo, accidentia. Atq; ita ijs sex vocibus, quasi titulis rerum, illa multitudo in classibus categoriarũ conclusa, consignata & distincta est. Quicquid enim in serie Prædicamentorum repertum fuerit: id necesse est vno ex his sex nominibus, quæ Prædicabilia dicta sunt, appelletur. Atq; equidem inde facilè est videre, inter decem Prædicamenta, & Prædicabilia quod discrimen sit. Prædicamenta sunt rerum receptacula, siue res in ordinem digestæ: Prædicabilia verò, rerum earum nomina, & appellationes: quæ dissolutis illis, manere non possunt. Neq; enim quicquam

Indiuidua.

Infimæ Species.

Summa genera.

Subalterna.

Differentiæ.

Propria.

Accidentia.

Affectio

speciei

De Prædicamen. Prædicabilium ad res ipsas & inter se.

Speciei appellationem retinere potest: nisi habeat genus, cui subjiciatur: neque genus id rectè dixerimus, cui desunt species, in quas distribuatur, & de quibus prædicetur. Sunt enim voces Prædicabiles ex eo genere, quod earum rerum est, quæ ad se mutuò referuntur, & in comparando sunt: quæ relatiua vulgò dici solent. Neque enim simpliciter species, sed generis species dicitur: & vicissim genus, speciei genus, vt Pater, filij pater: & filius, patris filius. Sic & differentiæ propriaq; cum suis comparantur formis: sic accidentia subiectis rebus. Nam accidens est rei subiectæ accidens: & res subiecta, accidentis subiectū. Quæ quidem comparatio, quoniam ex ordine rerum, qui in Categorijs est, oritur: dissoluto eo ordine rerum, comparationem quoque hanc, atq; hunc mutuum Prædicabilium ad se respectum dissolui necesse esset, quo dissoluto, ea interire oporteret. Ea enim vis eorum est, quæ ad aliquid dicuntur: vt vno sublato, alterum quoque tollatur. Quare cum tota rerum vniuersitas, & quidem distinctis ex naturarum rerumq; discrimine generibus, partitè certis Categoriarum gradibus ita, vt dictum est, comprehendatur: non video cur ea doctrina non sit κατὰ παντὸς, & ad reliquas leges legitima.

Compl. per Relatū axioma repetito argumento.

DIS. *Pulchrè quidē ista dici, & Categoriæ sic bellè demōstrari videntur: sed age videamus quibꝰ legibus illa perfectio metiēda sit. Ego verò, vt propositæ Quæstionis confirmationē persequar, Categorias generatim vera alicuius artis forma constitutas*

Propug.

non esse, ideoque nec logicam primariamque argumentorum, nec secundariam rerum ipsarum Inuentionem legitimam cõplecti, & sic à vero vsu multum discrepare ostendam. Tu si quid incidat, contrà comparato.

1. Non esse artem. propositum. de Definitione & partitione.

Primum igitur Categorias veræ artis legibus conformatas non esse sic efficio:

Quæ tractatio à Definitione summo Methodi capite non proficiscitur, nec per Partitionem progreditur: ea legitima artis conformatio non est, nec ideo scientiam, sed ignorationem parit. Omnis enim scientia Definitione paratur, ait Aristoteles 17. cap. 2. Posteriorum. Et hinc Methodus ac artificiosa doctrinæ dispositio, primo loco Definitionem expetit: qua vt totum propositum quasi vno essentiæ fasciculo comprehenditur, sic propositus finis, ad quem tota explicatio dirigatur, tanquam scopus præfigitur. Partitio autem deinde, si res partibus constet, requiritur, ne confusione rerum fluctuet, sed certa ordinis ratione tota procedat tractatio. Nec vaga hic, inconstans & incerta Definitio, Partitioúe admittitur, sed quæ legibus de singulis artium præceptis conformis sit & consentanea. Testis Aristoteles, qui sic artium præcepta indubitatis Philosophiæ principijs ac legibus examinari iubet.

Nunc autem & Definitio, & legitima Partitio in Categoriarũ tractatu desideratur: cum nec quid Categoria sit explicetur, nec vera eius genera & species distribuantur. Imò non solum quid hic definiatur aut

aut doceatur, nescitur, sed ne titulus quidem operi præpositus intelligitur. Et cum in hoc libro nec Categoria in vniuersum, nec in partibus sigillatim, quid sit explicatur aut definitur, tum aliter vsurpatur, quàm necesse sit ad libri titulum intelligendum. Nam in capite de Substantia categoriæ nomen bis vsurpatur, sic: Omnes autem ab his Categoriæ, id est, attributiones aut indiuiduis attribuũtur, aut speciebus: à prima autem Substantia, nulla Categoria vel attributio est. *Duobus autem locis in capite de Qualitate, in sententiam libri titulo congruentem legitur, sic:* Id autem manifestum sigillatim subducenti alias categorias: vt si est iustitia iniustitiæ contraria; qualitas verò iustitia: Qualitas vtique etiá iniustitia: nulla enim aliarum categoriarũ iniustitiæ congruit: *Nullo præterea loco nomen Categoriæ in hoc libro legitur. Definitio igitur Categoriæ hic requiritur, nec in toto libro animaduertitur.* De Prædicamen.

Quapropter efficitur Categorias legitima artis forma minimè constitutas esse. Ad ea vero, quæ tu pro Categorijs attulisti, deinceps respondendi locus erit. Compl.

PAED. *Multa sunt, quæ commodè ad tuam illam argumentationem responderi possunt. Primum Methodus, qua in suo Organo explicando vtitur Aristoteles, συνθετικὴ est: quæ à simplicissimis progrediens ad composita, initio definitionem non requirit. Itaque Propositio tui Syllogismi hic aliena est, quod ea ad ἀναλυτικὴν & ὁριστικὴν Methodum pertineat.* Oppug. Antec. Conseq.

Propug. Antec.

DISC. Imò verò illa excusatio aliena est: quia de Methodo supra dixi, eam reuera vnicam esse, omniumque artium & rerum, quæ perspicuè docendæ sint, communem. Et ea certè in artibus à simplicissimis ad composita, vt in Grammatica à simplicibus vocibus ad coniunctas, in Dialectica à simplicibus nudeque cogitatis argumentis ac terminis, ad axiomata ex argumentis composita, & hinc ad Syllogismos ex axiomate dubio & tertio argumento factos, & inde denique ad Methodum ex axiomatum, suo vel Syllogistico iudicio manifestorum, multitudine ordinatâ, progreditur. Attamen simplicia illa non sunt singularia exempla, nisi quatenus ea illustrandi caussa adhibentur, sed vniuersalia præcepta de minimis artipositis rebus: ideoq; vniuersalis etiam Definitio, qua, quid sit quod explicatur, & quo omnia referantur, apertè constituatur necesse est. Ea enim prætermissa, simplicia quidem vt cunq; traduntur, sed tamen quæ illorum communio sit, & quorsum tendant, ignoratur: qua obscuritate quid in artibus, quæ perspicuitatis luce commendatæ esse debent, fœdius esse potest?

Consеq.

Quare nec quenquam hoc tempore tam inquum esse spero, qui non velit in legitima doctrina initio definitionem adhibendam esse.

Oppug. à voce ipsa.

PAED. Sed & Categoriarum vox satis perspicua erat, vt nullam requireret definitionem: quia aperte significat, attributa, vt Cicero appellat, quod sit eorum quæ aliis attribuuntur doctrina: qua Aristoteles res simul & voces ingeniosè complectitur. Itaque decem omnium rerum summa genera, tanquam classes,

Assum. prior pars.

ses, constituit, quorum primum essentias seu naturas, quæ sua vi subsistant complectatur; reliqua vero nouem accidentia, quæ essentijs inhærent adiunctaúe sunt, ita significent. Deinde vnumquodque ex summis illis decem generibus, res vocesq; inferiores eiusdem essentiæ seu naturæ, distributione gradatim à summo quoque genere, per subalterna horumq; differentias, ad individua vsq; deducta comprehendit. Sic Substantia prima Categoria, est omnium substantiarum generalissimum genus, à quo fit per media gradatim omnia, ad infimas & singulares essentias, vt ad Petrum, Paulum, Bucephalum, hanc arborem, gemmam, aliam ve rem individuam, propriam, & singularem, descensus. Sic quantitas quantitatum, Qualitas qualitatum omnium ad singulares quasq; classis & distributa comprehensio est. Summum itaq; quodq; genus, quia proprie de proximis medijs, & communius de reliquis omnibus κατηγορεῖται, id est, attributione dicitur, &, vt loquuntur, prædicatur: ideo Categoriæ nomen satis perspicuè talem generū, quæ alijs attribuuntur, doctrinam significabat, vt operosa definitione opus nihil esset. Atque hinc Aristoteles obiter aliquoties alijs in locis, oblata ex proposito occasione, ad illam apertam Categoriæ significationem respiciens, ita loquitur, quasi definiat, & vocem interpretetur. Imo nominatim in ipso Categoriarum libro explicationem & certas regulas ad illã significationẽ quasi omnibus satis notã accõmodat; vt capite tertio ad Categorematũ, id est argumentorũ, quæ alijs attribuũtur, ordinationẽ, duæ Regulæ statuuntur, sic.

De Prædicamen.

Propos. sent.

Arist. interpretatur Categ.

1. Quando alterum de altero dicitur, vt de ſubiecto: quæcunq; dicuntur de dicto, totidem etiam de ſubiecto dicentur.

2. Heterogeneorum nec in vicem ſibi ſubiectorum differentes ſpecie etiam differentiæ ſunt. *Item cap. quarto:* Eorum quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, vnum quodque ſignificat vel Subſtantiam, vel Quantitatem, vel Qualitatem, &c. *Sic enim Categoremata, quæ de alijs dicuntur, diuiduntur in decem Categorias, id eſt, attributionum claſſes. Ergo loquitur Ariſtoteles de doctrina, quæ ipſa voce ſatis nota, & tum in Scholis fuerit, & deinceps eſſe potuerit: nempe quod* Categoria ſit Categorematũ homogeneorum ordinatio & deſcriptio per generaliſſimum, ſubalterna & ſpecialiſſima. *Et ſic Porphyrius Ariſtotelis interpres, ipſe definiuit, atq; exemplo Subſtantiæ per genera & ſpecies diuiſæ id demonſtrauit, vt Subſtantia ſummum ſit genus, à quo per intermedia & ſubalterna genera, ad ſpecialiſſima deſcendatur. Atque Ariſtoteles ipſe, vt antè cœpi dicere, alijs etiam in libris obiter in hanc explicationem incidit: vt primi Analytici capite viceſimo octauo, cum à copia propoſitionum deſcribenda ad Categoriæ deſcriptionem recurrit, ſummo genere imiſq; & indiuiduis omiſſis, admonet media ſumenda eſſe. Itaq; apertè etiam illam Categoriarum ſignificationem expreſsit.*

Quid Categoria.

Porphyrij teſtimo.

Ariſtotelis ipſius.

2. *Similiter primi poſteriorum capitibus quinque, decimo-*

decimoquincto, decimosexto, septimo, octauo & nono, dum hanc quæstionem, De prædicamen.

An Indiuiduis summoque genere positis & finitis, media sint infinita? *disputat, apertè illam Categoriæ significationem & ordinationem ad illam Quæstionem applicat.*

Postremo primi Topici capite septimo, cum decem Categoriarum genera, ad Quæstionum doctrinam, enumerasset, addidit, Semper enim accidens & Genus; & Proprium, & Definitio, in vna harum Categoriarum erit. Omnes enim ab his enunciationes, aut quid est, aut quale, aut quantum, aut aliam quandam Categoriam significant. *Hic locus etiã loquitur Categorias comprehensiones esse categorematum, nec rei cuiusquam categorema esse, quod in aliqua Categoria non comprehendatur. Quamobrem licet Categoria definita non sit initio disputationis & institutionis de Categorijs susceptæ: attamen sententia & intelligentia, cum ex ipsa voce satis manifesta esset, etiam ex illis Aristotelis locis declarari potuit, vt postea à Porphyrio factum est. Atq; ideo illud, quod tu exaggeras, omissæ definitionis vitium, vel nullum, vel* Compl. ptior. *ommno leuissimum est, vt in tanto Philosopho reprehendi non debeat.*

Quod verò ad nostras Scholas attinet, ne conqueri aliquis possit, Categoriæ perspicuè etiam à nostris Philosophis definitæ sunt: Prædicamentum est ordo generum & specierum sub vno genere generalissimo, quod aut Substantiã, Assum. ptionis altera pars.

aut Accidens aliquod significat. Item, Prædicamenta seu Categoriæ sunt rerum omnium summa quædam capita, quibus res simplices verbis expressæ continentur: siue ordines, in quibus res vnius generis digestæ collocantur; qui duplici discrimine distinguuntur, Substantia & Accidente. Ac Substantiæ quidem primus locus iure datus est; accidentium vero multiplex varietas nouem classibus distincta continetur. Substantiæ velut Subiecto inhærent accidentia: quæ sine illo constare per se ipsa nequeant: quandoquidem nullum reperiri potest accidens à substantia sejunctũ, nec vlla vacans adhærentibus substantia, &c. Item sic, Categoriæ sunt decem summa genera rerum, seu classes, quibus res Vniuersæ certo ac naturali ordine distribuuntur, *&c. Vides quod Categoriarum voce aperte significabatur, id perspicuis etiam definitionibus explanari, vt si ab Aristotele hic aliquid præteritum dici queat, ab alijs id abundè compensatum negari non*

Compl. altera. Propositio connexa ad conclu. applicata.

possit. Quare si & vox Categoriarum satis aperte sententiam & intelligentiam huius doctrinæ significabat, vt etiam alijs in locis aliter ab ipso Aristotele explicata erat; & à nostris logicis perspicua etiam definitio suo loco adhibita est: vitia hic & incommoda Aristoteli vel nulla, vel perparua omninò, alijs verò omninò nulla exprobrari debent.

propug.

DISC. Sæpè hoc mihi cauendum esse video, nos

nihil

nihil ad ignominiam cuiquã exprobrare, sed de philosophicis rebus scholastico more in vtramque partem disputare. De voce igitur ipsa primum respondeo, nomen huius doctrinæ, non minus incertum fuisse, quàm rem ipsam. Nam cum Aristotelis libri auctore Sylla publicati essent: liber hic videtur sine titulo & nomine fuisse. Itaq; Adrastus, vetus interpres, τὰ πρὸ τοῦτι κῶν nominabat: alij aliter. Quare cum sine titulo fuerit: vocis excusatione nulla vti possis. At verò in ipso Organo συστοιχίας καὶ συγγενείας nomine nonnunquam significatur: Sed in Philosophia prima varium est hoc nomen: Primo capite decimi, Categoriæ entis dicuntur: primo & quarto septimi vocantur κατηγορούμενα: item κατηγορήματα primo septimi, vt capite primo tertij physici: sæpissimè verò σχήματα κατηγοριῶν, formæ Categoriarum, vt sexto & septimo quincti, secundo sexti, primo septimi, decimo noni, tertio decimi, nominantur, vt P. Ramus ostendit. Nunc quã tu doctrinæ rationẽ ex illis vocabulis colligas, si maximè præfixa ea fuissent? Certè συστοιχία translatè seriem & ordinem rerũ significauerit: sed ex nuda voce non intellexeris, esse homogeneorum descriptionem per genera alissimum, subalterna, infima, & quidem non vnius alicuius artis, sed variarum. Philoponus in 1. Post. interpretatur Συστοιχίαν τὴν ἀφ' ἑκάστου γένους καταγομένην σειρὰν, ἐιονόυσια, σῶμα, ἔμψυχον ζῶον, λογικὸν. Talis interpretatio certi aliquid ostendat, sed tamen id vnius artis sit, an plurium non satis explanat. Συγγένια similiter translatè cognatorum seu consentaneorum explicationem

De Categorijs.

Nomẽ incertum.

Assum. propos.

Nomina Categoriarum.

Συστοιχία.

Συγγένεια

nem significauerit: sed an vnius artis, an verò diuersarum, & an rerum ipsarum, an verò argumentorũ, non satis etiam intelligitur, nisi dilucida accedat definitio. Κατηγορία in foro significat accusationem, vt κατηγορέω accuso & arguo; vt videantur hæc vocabula primum ex forensibus contentionibus ad Dialecticen translata esse; sitq; κατηγορία, commemoratio, κατηγορέω aliquid de alio commemoro: & sic κατηγόρημα argumentum, id quod de alio commemoratur & dicitur; κατηγορούμενον prædicatum, vt vertit Boetius, quiddam commemoratum de aliquo. Sed Categoria etiam, id est, accusatio vel commemoratio, non satis huius doctrinæ vim & rationem exprimit, nisi explanatius definiatur: cum etiam longè secus, tum simpliciter per consentanea & dissentanea, tum comparatè, per paria, imparia, similia, & dissimilia, tum deniq; per nomina, distributiones ac definitiones, itemq; per testimonia aliquid de aliquo commemoretur. Verum quia κατηγόρημα generatim & logicè argumentum significat: certè & Categoriæ nomen, logicam argumentorũ doctrinam complectatur necesse est. At rerum aut verborum etiam doctrina esse dicitur: aut certè res cum argumentis confunduntur. Quomodo igitur κατηγορία illam cõfusionem absq; definitione significabit? Ergo titulus & vox hic minime satis fecerit. At verò, ais, tum Aristoteles ipse satis alijs in locis explicuit, tum Porphyrius alijq; interpretes, & nostro seculo clarissimi Logici perspicuè omninò definiuerunt. Sed, inquam ego, quomodo obscura & intricata cõfusio satis perspicuè de-

κατηγορία.

Argumenta.

Res.

Verba.

Compl.

definiri queat? Legitima doctrina recipit legitimam & perspicuam definitionem: confusio & permistio obscura non item. Si perspicuè definita fuisset, fortasse iam mirabiles Nominalium & Realium motus, qui Regum auctoritate essent componendi, non excitasset. Alij primariam argumentorum, alij secundariam rerum, alij verborum Inuentionem & genera esse cõtendebant: nec desunt nostra memoria, qui Categorias ad Dictiones pertinere affirmant. Sic enim scribunt: Categoriarum disciplina, neque ad res, neque ad rerum ordinem describendũ pertinet, quemadmodum vulgò in Scholis traditur: sed ad Dictiones tantum, & attributiones & vocabula: vt eorum summa genera illis tanquam certis notis cognosci possint, &c. Sed maior pars, summa rerum genera seu classes esse statuit: quidam tamen etiam ita ambiguè, ordinem generum & specierum sub vno generalissimo, definiunt, vt & de Argumentis, & de rebus vel de verbis intelligi possit. Nam & argumentorum in Inuentione doctrina est ordo à summo genere (quod est Argumentum) per media ac subalterna, ad infimas species; & in Physicis Ethicisque talis etiam rerum suis vocabulis expressarum tractatio est; & in Grammatica denique similis est Dictionum per adsignificationes ac fines methodus. Et quidam affirmant, veterem libri titulum fuisse περὶ τῶν καθόλου λόγον, id est de vniuersalibus seu generalibus capitibus: qui titulus potius de argumentorum, quàm de rerum verborumq; doctrina intelligi potest.

De Categorijs.

Ramus Sch. Dialect. lib. 4. cap. 1. & Sch. Metaphy lib. 1. cap. 5.

Fra. Hoto. Dial. lib. 1. cap. 29.

Artes omnes sunt Categoriç.

potest. Nam argumenta omninò sunt vniuersalia capita, quibus omnes res in vsu appellantur & distinguuntur. Quanquam etiam sua rerum ac verborum in suis disciplinis sunt generalia capita, à quibus per media ad infima descenditur: sed hæc sunt logicorum illorum exempla, perq; illa ordinantur & distinguuntur, vt horum alia Definitiones, alia Distributiones, alia aliarum proprietatum explicationes nominentur. Ergo nec vox seu titulus, nec definitiones illæ legitimè, quod Categorijs cõprehenditur, exprimunt.

Comple.

Connexiones è Categoriarum Subiectis.

Si dicimus Rerum ipsarum classes esse: cur non etiam verborum sint? Nam verba sunt rerum notæ, nec res sine verbis, nec hæc ab illis seiuncta rectè doceri possunt. Verborum significationes ex rebus, quibus imponuntur, obseruantur & distinguũtur: & res per verba notantur & significantur. Atq; tota Logica dicitur esse omnium seu rerum seu nominum. Sin autem

2. *verborum Categorias esse dicimus, cõuincimur, verba à rebus separari nõ posse, nec posse, nisi ratione adsignificationum in Grammatica, illorum distributionem talem, qualis est in Categorijs, sine subiectis rebus (quæ potius, quàm verba distribuuntur:) instituri. Cum ergo definis rerum genera, dubitandi occasionẽ præbes, sint ne etiam verborum: cum autem vocabulorum & verborũ attributiones ordinesq; facis: mirabilem inanium verborum à rebus separationem instituis, verbisq; tribuis, quod rerum omninò proprium*

3. *est. Si verò vtrorumq; partitiones nominas: non tamẽ omne genus rerum verborumq; complecteris, & nihilominus alienа, nempe argumentorũ altiora genera*

cum

cum inferioribus rerum generibus, permisces. Sin denique primariæ Inuentionis genera definis: ea nec omnia, nec vsitatis appellationibus, nec naturali affectionum ordine hic tradūtur, & tamen cū quibusdā rerū partitionibus permiscētur. Vnde efficitur, Categoricā doctrinam, quoquo modo sumatur, & in legem κατὰ παντος esse inconstantem ac imperfectā, & in legem καθ' αὐτὸ alienis permistam; ideoq; legitima definitione nec explicatam, nec commodè explicari posse. De prædicamen. Conclusio.

PAED. Ne longiores hic simus, de verbis hoc vnū obiiciam, quod, cum sola indiuidua verè existant, ceteri rursus generum gradus videantur esse verborū, non ipsarum rerum. Nam quomodo rerū esse queant, si res, extra indiuidua, nullæ sunt? Oppug.

DISC. Nos an Categoriæ rerum vel verborum sint, iam non disputamus præcipuè, sed Definitionem aut omnino desiderari, aut commodam non haberi asserimus, vt eas artis forma corformatas non esse ostendamus. Attamē de speciebus & generibus supra Indiuidua collocatis respondeo, ea nō esse inania symbola (nam quo illa pertinerent) sed esse indiuiduorū communes essentias, verbis eò accommodatis expressas. Et quoniam quædam viciniora indiuidua plures, quædam verò remotiora, pauciores essentiales proprietates communes habent: hinc ordines Generū & specierum distincti sunt, vt ab inferioribus plures proprietates cōplexis, ideoq; angustioribus, ad superiora pauciores significantia, ideoq; latius patentia adscendatur. Sic Petrus & Paulus cōmunes essentiales proprietates habent, Corporeā essentiā, animatā, sensi- propug. Compl. Exgo non vera ars. Origo ordinū generis & specici.

sensibus & ratione præditam; *ideoq; proximũ genus habent*, Homo, *qua voce talis essentia significatur. Porrò cum singuli homines, singulæq; bestiæ corporea, animata ac sensibus prædita essentia constent; sed homines etiam ratione præditi sint, qua bestiæ carent: ideo singulorum hominum & bestiarum genera, nempe* Homo *&* Bestia *habent vnum genus, nempe* Animal, *quo cõmunis illa essentia, nempe, corporea, animata, sentiens significatur: & ita deinceps. Vnde intelligitur, vocabula in illis gradibus nõ poni inania (nec enim sine significationibus gradus distingui possunt) sed quæ essentias minus vel magis communes, & quidem quæ reipsa in individuis existant, significent.*

Cõclusio.

Oppug. De Distributione. Categoriarum.

PAED. De secundo artificiosæ Methodi capite deinceps videamus: nam Categoriarum etiam Partitionem ad artis formam accuratam non esse asserebas. Mihi vero in vniuersalem rerum, quæ omnia continentur, & in hanc Categoriarum partitionem, qua omnia decem classibus includuntur, intuenti, Distributio illa accurata esse videtur: præsertim cum ab eo vocabulo, quod inter omnia in rerum natura primum est, videlicet ENS, per Dichotomiam ea deducatur, hoc modo:

Compl. cum Ass. juncta.

Methodus in categorijs. 1.

ENS aut est Substantia *aut* Accidens.

Substantia *est ens, quod reuera proprium esse habet, nec est in alio, vt habens esse à subiecto, &c.*

Atq; hæc Categoria vnica est.

2.

Accidens *est quod Substantiæ velut subiecto inhæret, sine qua per se consistere nequit: Eius sunt*

nouem

nouem genera, Quantitas, Qualitas, Relatio, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situm esse, Habere. Certè ego nihil in rerum vniuersitate video, quod illis generibus non commodè includatur. Quod cum ita sit, cur non sit legitima partitio equidem non video. De prædicamen. prop. rel.

DISC. Intelligo sic priscos Philosophos res vniuersitatis, vt in suis Scholis disputabantur, contemplatos, eas ita distinxisse, vt primum Res & naturas per se consistentes, tanquam subiectum seu caussam; deinde res vel illis inhærentes, & attributas, vel ab ijsdem profectas considerarent; & has tum à primarijs illis, tum inter se generibus ac nominibus distinguerent: vt ita Substantia res & naturas, quæ per se constant, tanquam Domina & Regina complecteretur: ceteræ res aduentitiæ, vel illius vt effectæ, tanquam ministræ communi Accidentis nomine significarentur. Neque illis classibus vtcunq; res plerasq;, quæ deinceps, vel etiam antè, in diuersas artes distinctæ sunt, includi nego: sed eam Distributionis accurationem, quam legitima ars requirit, hic desidero. Quod dum ostendo, eadem opera hic legitimam nec argumentorum primariam, nec rerum secundariam Inuentionem esse demonstrabo, & quidem hac à Categoriarum subiectis ratiocinatione: propug.

Si Categoriæ legitima artis Distributione constant, ea est, vel omnium summa altissimaq;, nempe logicorum argumentorum, vt sit primaria per logicas vias Inuentio, vel proxima omnium rerum, vnde propos. connexa trimembris.

omnes artes constitutæ sunt, vt sit secundaria rerum, tanquam ex ipsarum thesauris Inuentio; vel deniq; vtrorumq;, hoc est argumentorum cum rebus coniunctorũ.

Nam rerum vnius artis non esse, inde satis manifestum est, quod Physicæ res in Substantia, Mathematicæ in Quantitate, Ethicæ rursumq; physica in Qualitate comprehendantur, &c.

Assum. 1. Non argumentorũ doctri. perfe. 1. Vitium in L. κατὰ παντὸς. Desiderantur. Caussæ.

Nunc autem si primaria altissimaq; Argumentorum erit Inuentio, qua ad rerum verborumque secundariam inuestigationem descenditur: in tres de artium materia leges hic grauiter offensum est.

Primum pro argumentorum Inuentione non est κατὰ παντὸς, quod meliorem argumentorum partem prætereat. Caussarum *genus inter prima argumenta omnium præstantissimum est, vtpote natura ordine primum, & efficacia scientificum. At verò eius nulla est in Categorijs mentio, nedum definitio. Substantia fortasse ad Actionem relata, caussam significauerit. At verò Substantia reliquarum subiectum, non caussa nominatur, nec vt caussa explicatur. Et hi ita maximè sumatur: vbi tum caussarum per genera & species in omnibus disputationibus frequentissima, logica explicatio: vbi* Efficiens, *eiusq; vary modi,* Materia, Formaq; & Finis: Effectum *in Actione sit, sed hæc motum tantum, non etiam rem motu factam significat. Verum vbi logica Effecti per generales & speciales modos distinctio?* Siue gignatur, siue corrumpatur, siue modo quolibet mo-

Efficiens
Materia
Formà.
Finis.
Effectum.

moueatur quidlibet: hic motus, & res motu facta generatim Effectum dicitur: *Deinde speciatim sunt* Facta, Dicta scriptaq́;, Consilia & deliberationes, *atq; etiam* virtutum & vitiorum *effecta, qui & motus & rei motu factæ distincti quidam modi sunt.* Subiecti *deinde &* Adiuncti *logica ac generalis vis vbi in Categorijs comprehenditur?* Vbi *primum logicæ illæ Definitiones ac generales significationes, quod* subiectum *logicè* significet, *cui aliquid adiungitur; &* Adiunctum, *cui aliquid subijcitur? Hic quæq; res, siue physica essentia sit, siue quidvis aliud, subiectum eius dicitur, quod præter causas accedit & adiungitur: & adiunctum* quicquid ad caussarum essentiam affectionemq; accedit. *Sic motus & factum, subiectum alicuius adiuncti est: Sic qualitas, virtus, vitiumq;, alij qualitati, vel alij adiunctæ rei, generali & logica significatione, subijcitur. Essentia dicitur reliquarum Categoriarum subiectum esse: sed confusius: quia eadem & Actionis caussa est, & loci, adiunctum, &c. de qua confusione infra: sed remis angustè, quia & essentia essentiæ adiungi potest; & qualitates etiã essentijs alijsúe qualitatibus subijciũtur, vt per modos deinceps apparebit. Itaq; Essentia physica tantũ Subiecti aliquod exemplũ, nõ Logicæ nota fuerit. Et ex reliquis Categorijs quædam sunt Adiuncti exempla, quanquã obscuriora & confusiora, nõ logicæ inuemendi notæ ac viæ. Sed per modos exemplorum id apertius demonstretur: Primo modo* Animus & Corpus *subiecta sunt eorum, quæ ijs inhærent, & ijs firmius insita infixaqúe*

De Prædicamen.

Subiectũ. Adiunctũ.

1. Modus.

qúe sunt, vt Animo virtutes & vitia, Corpori sanitas, & morbus, &c. Vbi quæso huius Subiecti modi in Categorijs dinstinctionẽ nusquam. Animus & corpus in Substantia, *vt eius species ponuntur; sed illa ad Adiuncta qualitatesq; insitas affectio non demonstrari potest. In* Quantitate, Qualitate, & Passione *insita illis Subiectis adiũncta, dispersa & confusa sunt; ideoque ita commodè ad sua subiecta non possunt accommodari.*

2. Modus. *Secundo totus Homo, vel eius etiam pars aliqua, subiectum dicitur, diuitiarum, paupertatis, honoris, infamiæ, vestitus, comitatus. Imo eodem modo virtus vel eruditio laudabilis, honoribus, gloria & præmijs digna dicitur. Substantia rursus huius subiecti exemplum aliquod fuerit, &* Relatio, Habitusq; *quædam exempla eiusmodi adiunctorum complectantur; sed imperfectè, & confuse. Et virtus categorica doctrina semper adiuncta qualitas, nunquam etiam subiectum fuerit.*

3. Modus. *Tertio* Locus *subiectum est rei* Locatæ, *& ita hæc eius adiunctum est; similiterq;* Tempus *omnibus rebus & actionibus adiungitur. Hic* Vbi, & Situs *subiectum locum eiusque affectionem dispersè repræsentant: Res locata fuerit ea affectione Substantia, at non modo Physicis essentijs, sed etiam quantitatibus, qualitatibus, omnibusqúe rebus veris vel fictis suus locus attribuitur.* Tempus *per,* Quando, *vocem non satis logicam significatur.*

4. Modus. *Quarto sensilia Sensuũ, ac res virtutibus vitijsqúe & ar-*

& artibus propositæ, subiecta virtutum, vitiorum, artumque nominantur: quod eiusmodi adiuncta in illa vim suam exerentia incumbant, inque ijs occupentur & exerceantur. Huius affectionis nulla ad Substantiam accommodatio docetur, sed ea angustius ad sensus tantum relata in patibili Qualitate attingitur. De Categorijs.

Dissentaneorum verò nulla in Categorijs doctrina est, nisi Relationis tantum particula: quorum tamen vsus est amplissimus. Dissentan.

Ad hunc defectum complendum, Categorijs Oppositæ ad finem appositæ sunt, sed quæ illa distractio? Si argumentorum doctrina erit: cur non integra Inuentio traditur, & quid opus est eiusmodi separatione? Tota, eaque vberrima Comparatorum Categoria in his Categorijs desideratur: & tamen in illa ipsa etiam Substantia Quantitates & Qualitates, non modo simpliciter, sed sæpius etiam comparatè spectantur. Cõparata.

Coniugationis & Notationis hic nulla mentio est: Distributionis, & sic Totius Integri, Membrorumque, Generis & Speciei, Definitionis & denique Testimonij nulla. Orta argumenta.

At illa non modo argumenta, sed pleraque omnium argumentorum præstantissima sunt, vtpote symbolica sua vi plura prima, vnde orta sunt, complectentia. Inartific. Compl.

Quare si in Categorijs illis prima erit Argumentorum, è quibus omnis Enunciatio Propositioq; & ita omnis Syllogismus conficitur, Inuentio: contra Legem κατὰ παντὸς valde manca & imperfecta est, in qua tum maximæ argumentorum opes desiderantur; tum eæ quas complectuntur, imperfectè ac distortis affectionibus

traditæ sunt. Omitto iam multa falsa & friuola, vt sunt proprietates, quæ in singulis Categoriis sine vsu cumulantur: quæ ideo etiam à quibusdam alijs Dialecticis, vel rident vel saltem omittuntur: de ijs vide Scholas Rami in singulis Categoriis.

Deinde, si argumentorum doctrina est, etiam in legem καθ' αὐτὸ heterogenea est, & alienis permista. Argumenta enim verè logica omnium notionum generalissima & altissima sunt, vt omni Enti & non enti cõueniant. At è Categoriis tres priores tantũ sunt entium, nempe rerum certarum artium, vt physica, Arithmeticæ, Geometricæ, Ethicæ propriarum: quæ ideo etiam suis, non logicis argumentorum, nominibus hic exprimuntur, vt sunt Οὐσία, essentia seu substantia, quæ omninò physica, Quantitas, quæ mathematica, hac significatione, & Qualitas, quæ partim physica, partim ethica, appellatio est. Quanquam enim reipsa Quantitas & Qualitas latissimè sumtæ, sint Logicæ appellationes, tamen in Categoriis ad res geometricas, arithmeticas, Physicas & ethicas adstringuntur. Sed porro in illarum Categoriarum partitis descriptionibus, vt res ipsæ non logicæ sunt, sed aliarum artium propriæ, ita nec earundẽ logicæ sunt appellationes, vt Corporea, Incorporea, Deus, Homo, Ignis, aqua, &c. Quantitas cõtinua, discreta, linea, superficies, numerus, &c. Qualitas, habitus, dispositio, naturalis potentia, Colores, soni, odores, &c. Illæ, inquam, & res, & appellationes, aliarum artiũ propriæ nihil ad logicam doctrinam attinent, sed has illæ, vt omnis omninò proposita materia, tractari & dissin-

distingui possunt. Et certè multa in ijs vera sunt, sed propterea non logica sunt. Logica generalissima argumentorum & iudicij genera omnibus rebus communia, non res ipsas, quæ aliarum sunt artium, tradit. Reliquæ autem septem Categoriæ, non res seu certa entia, sed vel generalia potius argumẽta (quanquã non satis tamen logicè) vel eorum exempla significant. Relatio sola commune argumenti genus, nempe Contrariorum affirmantium species est: itaq; ad illam generalem Oppositorum in Inuentione Categoriam remittatur. Et notetur, Relationem non esse reuera talem Categoriam, quales sunt vtcunq; præcedentes, quia hic subalterna & specialissima, per quæ à summo genere deducatur partitio, haberi nequeunt. Actio, etiam logicum genus, idem videlicet, quod Effectum est: quanquam nimis anguste motum potius, quam rem motu factam significat. Passio ab actione profecta, eoq; relata, eius Effectum, sed patientis adiunctum est: vnde nec argumenti, nec rei certum genus facit, sed alicuius logici generis exemplum esse potest. Vbi, similiter rei doctrinam nullam continet, sed logicum argumentum, nempe Subiecti exemplũ, videlicet, Locum indicat. Quando adiunctum Tempus notat. Situ esse, etiã locũ subiectũ, seu eius affectionẽ significat, vt intelligatur, quomodo res locata sit, & loco cõprehensa. Habere, adiuncta secundi modi, quæ Subiectũ circunstant, denotat. Ergo postremæ sex Categoriæ nõ secundariã rerum doctrinã, sed primariam argumentorum Inuentionem, quanquam angustius & confusius continent.

De Categorijs.

Relatio.

Actio.

Passio.

Vbi.

Quando.

Situs.

Habere.

Compl. *Quapropter magnum in homogeniæ legem hoc vitiũ est, quòd cum rerum doctrina etiam satis confusa, argumentorum quædam genera, permisceantur. Sed &*

Generum gradus desunt. *falsum hic in legem κατὰ παντὸς vtißim notandum est. Categoriæ definitio ex Aristotde & Porphyrio colligitur, quod sit Homogeneorum æscriptio per generalißimum, subalterna, infima. At generalißima, subalterna & infima hic ita non suntcõtinuata. Vbi & Situs habent superius genus, Sthiectum; Passio, Quando, Habitus habent Adiunctum: Actio Effectũ: sed ea hic attributa ipsis non sunt, nec tali categorica institutione attribui possunt. Et illa argumenta vicißim superiora habent genera, donec ad ipsum Argumentum perueniatur, vt in Inuentione apparet. Nulla verò alia hic media sunt seu subalterna: infima in exemplis tantum fuerint. Ergo in illis non est distributio homogeneorum: vnde efficitur nec Categoria*

Compl. princip. *nomen & Distributionem ijsdem conuenire. Quapropter tum ex defectu & falsitate in legem κατὰ παντὸς, tum ex heterogenia & confusione in legem καθ' αὑτο concludemus, Categorias nec legitima alicuius artis Partitione constare, nec ideo etiam primariam*

Propositio ad antecedentia. *argumentorum Inuentionem præstare. Nam quælibet ars habet sibi res vnius generis & essentiæ subiectas, quas & Definitione complectitur & Destributione distinguit. Ex hac iustitiæ & homogeniæ lege Aristoteles præcipit, ne in Arithmetica sit quicquam geometricum, nec in Geometria arithmeticum: secus geometricum in Arithmetica fuerit ἀναρίθμιον, arithmeticum in Geometria ἀγεωμέτριτον. Sic logicum*

gicum in Physica tam fuerit ἀφύσικον, quam Physicum aut Ethicum aut alterius artis quidpiam in logica sit ἄλογον. De Prædicamen.

Tertio quid in legem sapientiæ, καθόλου πρῶτον partiendo, & sic partes explicando commissum sit videamus. Hac sancitum est, vt artis præcepta non sint dubia at omninò, necessarioq; vera, nec homogenea tantum, sed etiam propriè enunciata, partibusq; reciproca; neque generale speciei, aut speciale generi tribuatur, sed generale generaliter & semel, speciale specialiter exponatur. Si secus fiat sophisticè docetur. 3. Vitium in L. Sapientiæ. Propos. ad seq.

Categoriæ verò pro Argumentorum primaria Inuentione, tum nimis angustæ, & vsp̃iam falsæ, tum alienis & heterogeneis rerum partitionibus permistæ fuerunt: at impropriè quoque enunciatas & tautologia confusas esse deinceps constabit. Primò conuenientibus, & ex vsu depromptis nominibus non sunt appellatæ: loquimur autem nunc de argumentorum nominibus, & primaria eorum Inuentione. Substantia dicitur esse subiectum reliquarum nouem: cum tamẽ ad actionem Caussæ, ad Vbi adiuncti affectionem habeat. At quis ita generaliter de generali argumento præcipiat? Sic potius specialiter exemplum subiectorum & adiunctorum Physicum demonstratur. Caussæ verò & Subiecti generalia nomina, non Substantiæ speciale pro tali argumenti affectione, quod aut agit aliquid, aut cui, aliquid adiungitur, in vsu trita sunt. Ergo si primaria argumentorum erit Inuentio, ea affectio Causæ & Subiecti nomine exprimetur. Sic Quantitas & Qualitas, Passio, Quando, Assum.

do, Habitus, specialia vocabula sunt & adiunctorum exempla, non genera summa. Itaq; contra legem sapientiæ tum pro summis argumentorum generibus vsurpantur, tum diuersa genera fiunt, quæ vni Adiunctorum generi tanquã species seu modi subiecta sunt: quemadmodum etiam Vbi & Situs in Subiecto collocata sunt. Sed & Quantitas Qualitasq; verè logica genera sunt, cum Comparationi proponuntur: ideoq; amplissimè in Comparatis à P. Ramo explicantur. Actio effecti modum generalem, nempe, ipsum motũ, non rem motu factam significat: itaq; vel tota Categoria illa nimis angusta est, vel specialis vox ad genus significandũ temerè accommodata. Relatio generalis quidẽ logica vox est, sed ex sua, quam habet in Contrariorum genere, sede & affectione incommodè separata. Sic igitur & Specialia quædam vnius alicuius Generis pro summis generibus sumpta, & ijs voces non logicæ, aut minus conuenientes attributa sunt. Sed & tautologiæ vitio non carent. Agere & Pati cum Qualitate communia antè facta sunt, & tamen separatim explicantur: Situm esse ad Relationis Categoriam remittitur, & tamen Categoria hic efficitur. Sic Quando & Vbi, categoriæ temporis & loci, in Quantitatis Categoria posita sunt: Sic Habere Categoria nunc fit: & tamen Habitus antè fit species Qualitatis, atq; etiam postea priuationi opponitur. Et de categoria habendi, sicut de Categoria temporis & loci, Aristoteles, propterea quòd manifesta sit, ait nihil esse præcipiendũ. Ergo tautologia in sex postremis Categorijs non exigua commissa est.

Tautologia.

Qua

De Prædicamen. 1. Compl.

Quæ cum ita sint, Categorias pro generali argumentorum Inuentione, nec κατὰ παντὸς, nec καθ' αὑτὸ, nec καθόλυ πρῶτον, ideo que nec legitima partitione explicatas esse concludamus.

2. Assum. Non rerũ esse legitimam doctrinam. Pro. diſiũ. Iacobus. Gorſ.

Secundò deinceps nec secundaria rerũ legitima Inuentio ac partitio fuerit. *Nam sic vel esset ingressus & communis quædam ad rerum disciplinas introductio, vel plena rerum descriptio. Ingressus quidam communis eorum iudicio fuerit, qui sic tradunt: Est autem hæc rerum, quæ in Categorijs traditur, descriptio generalis & quæ prima principia rerum cognitionis tradat, in genere earum vim depingens. Nam illa exactior, & quæ à generalibus exorsa, ad minima descendat, omniaq; ad viuum vsq;, resecet, in alijs scientijs traditur. Vnde colligitur non esse plenam rerum descriptionem, quæ sit in ipsis artibus, sed generalem quandam, & prima principia complexam adumbrationem, in qua sit communis ad omnes artes ingressus. Sed tamen pro neutra est* κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, & καθόλυ πρῶτον *conueniens. Plena rerum descriptio, eaque iusta & catholica non est, quòd nec omnes res à summis ad infimas definiendo, distribuendo, proprietates explicando, & exemplis illustrando persequatur, nec eas aut suis è subiectis & finibus, distinguat terminis, aut propriè enunciet: vnde & Categoriarum doctores talem descriptionem in alijs scientijs tradi confirmant. Attamen nec pro generali ingressu legitima fuerit. Neque enim illa forma vel generalem omnium artium*

artium materiam suis finibus distinctam, vel ijs, quibus illæ traduntur, affectionibus adumbrat. Quod vt rectius intelligatur, huc generalis Philosophiæ partitio, quæ pro Introductione ad artes tradi solet, comparetur. Vide proæm. cap. 3. Nam hac, & omnia illa quæ artibus subiecta sunt, & longè alia distinctione complectitur, vt inde etiam multò commodius, quàm è Categorijs, propter confusionem illa peti queant. Nomina artium vtcumq; Qualitatis categoria comprehenduntur, at res illis subiectæ partim Substantiæ, partim Quantitati & ipsi Qualitati sunt attributæ. Ea distractione fit, vt nec omnia queant comprehendi, quod est in legem κατὰ παντὸς, nec propriæ rerum affectiones coniungantur, dum artium nomina in Qualitate, res autem illis subiectæ etiam in alijs ponuntur, quod præcipuè in legem καθόλε πρῶτον vitium non exiguum est. Multò rectius & ad artium à summo genere, per media ad infimas species progressum accommodatius in vniuersali Philosophia partitione, ei subiectæ artes à finibus rebusq; subiectis ita distinguuntur, vt omnis materia & legitimè comprehendatur, & propria affectione ad suum quæque finem dirigatur. Vide & compara in Proœmio, tum vulgatam, tum Rameam Philosophiæ partitionem: & considera quemadmodum à toto per omnes partes distinctis, tam finibus, quàm rebus subiectis, & tamen seruatis rerum affectionibus, progressus commodissimè continuetur. Quorsum autem illa in Categorijs artium à rebus subiectis distractio? Artium omnium nomen ac facultas in Qualitate collocatur: at res

Artium partitio.

Cap. 3.

res pleræq; Physicæ in Substantia, Geometricæ, Arithmeticæ, quædam logicæ, rhetoricæ, & musicæ in Quantitate, Physicæ rursus quædam, ethicæ, opticæ, mechanicæ, &c. in Qualitate, dispersæ, & nescio ad quæ genera pleræq; accommodatæ traduntur. Cur non physicis rebus artis physicæ, & similiter ceteris suæ artis nomen præfigitur. Et cur non eæ res, quæ cuiusque artis propriæ sunt, coniunguntur, ac vni classi includuntur? Certè maximum hoc confusionis vitiū est, ita res quasdam cognatas coniungere, vt tamen quædam eiusdem facultatis alio dispergantur: nec minus in eo obscuritatis peccatum est, ita res certarū distinctarumq; artium proprias leui quadam communionis ratione cumulare, vt tamen cuius illæ artis sint, ex illa ipsa tractatione cognosci nequeat. Substantiæ communione ac nomine res eæ Physicæ & Theologicæ, quæ per se, hoc est, sua essentia subsistunt, comprehenduntur, & vtcunq; distribuuntur: sed res illas, Physicas aut theologicas esse, illa partitione non docetur; & rerum earundem facultates quædam, vtpote qualitates, etiam separantur, atque in alia classe reponuntur. Sic Quantitatis ac Qualitatis nominibus res diuersissimæ coniunguntur, quæ tamen quarum artium sint propriæ, ex ijsdem artibus, non ex Categorica doctrina percipitur. Quapropter Categoricæ nō modo obscuritatis, sed & confusionis vitio ita laborant, vt & quarum artium facultates doceantur, à discipulo ignoretur, & denique res iterum è suis artibus sint coniunctæ petendæ, quæ per Categorias sine artis suæ titulo dispersæ, magno labore, sed incerto cognitio-

De Categorijs.

Propos. Syll.

Assum. rursum.

Compl.

gnitionis iudicio perceptæ sunt.

Sed longè etiam maius in Categorica doctrina iniustitiæ vitium est: quod difficilius, quàm cetera, imo nulla, integro corpore, sanari medicina potest. Nam cum Substantia, Quantitas, & Qualitas *rerũ, quæ diuersarum sunt artium, partitiones pro secundaria Inuentione complectantur: ceteræ septem ex primaria argumentorum doctrina illis cõiunctæ sunt. Nunc quid non modo in legem* καθ' αὐτὸ, *iniquius, sed etiam in* καθόλ8 *inæqualius, quàm aut in rerum disciplinis argumentorum doctrinam, aut in hac res ipsas confundere, & ita altißima argumentorum genera ad inferiores rerum gradus deturbare? Οὐσία essentia, seu substantia categorica significatione physicum est vocabulum, & res physicas ac Theologicas partitè vtcunq; explicatas continet:* Quantitas & Qualitas *ferè reliquarum artium omnium facultates permiscent, vt sit ita in ijs secundaria rerum Inuentio, hoc est, generalium quorundam argumentorum, vt Generum, Specierum, Differentiæ, Proprij & Accidentis exempla in rebus ipsis. Atq; ita tres illæ Categoriæ videantur vtcunq;, quòd vulgò promittunt, præstare: sed reliquæ septem rerum omninò inanes, & tantum logica primariæ Inuentionis quædam genera, seu modi sunt, vt suprà arpertè demonstraui.*

2. Compl. Quapropter Categoriæ pro secundaria rerum Inuentione etiam legitimæ minimè fuerint: *cum & communis ad artes ingressus commodior in Philosophiæ partitione, & perfectæ rerum descriptiones in ipsarum artibus habeantur.*

PAED.

PAED. Dicis Categorias nec κατὰ παντὸς, nec καθ' αὑτο, nec καθόλυ esse, siue pro generali ac primaria argumentorum, siue pro secundaria rerū doctrina considerentur, & de confusione tum argumentorum cum rebus ipsis, tum rerum ipsarum inter ipsas multa obijcis, vt, quod primæ tres sint rerum partitiones, ceteræ septem logicæ rationes, & quod artium generalis facultas in Qualitate, res autem ipsæ illis propositæ vel in eadē, vel in Substantia aut Quantitate positæ sint; & quidem quod res vnius artis sint in diuersas Categorias dispersæ: & tamen nec res ipsas, nec rationes perfectæ esse expositas. Hæc, inquā, præcipue contra Categorias colligis: quas ideo, siue pro generali ad artes ingressu, siue pro rerum argumentorumue doctrina legitimas non esse concludis. Ego verò ad ea respondeo, Categorias nec pro eiusmodi generali ad artes præparatione, qualis sit in Philosophiæ partitione, nec pro separata vel argumentorū, vel rerum doctrina, esse constitutas, sed vt essent, totius huius vniuersitatis quasi distinctæ quædam classes, in quas omnes quidem res suis vocibus expressæ includerentur, atq; etiam à summis generibus per media, ad singularia quæque distributæ, cum ijs, quæ rebus ipsis accidunt & attribuuntur, breuiter & quasi punctis seu nudis vocibus exprimerentur, vt sic cum rebus ipsis argumenta quædam quæ illas attingunt (vt cum sua actio, locus, tempus, & similia rebus attribuuntur) coniuncta sint, sed tamen nec res ipsæ, nec argumenta, ita methodicè, vt suis artibus (quæ perfectæ explicationi destina-

De Prædicamen. Oppug.

ta

tæ sint) seruatis omnibus affectionibus explicarentur: vt hæc esset non Philosophiæ, artiumq; omnium, quæ ipsa continentur, partitio, partiumq; iuxta suas affectiones continuata explicatio; sed quasi speculum & classis vniuersitatis, ad rerum naturam & constitutionem à Deo propositam, non ad vsum differendi, nec ad singularum artium methodum, conformata, in qua primum rerum illarum, quæ naturæ ac essentiæ sunt per se subsistentes, deinde illarum quæ aliis adhærent & accidunt imagines repræsentarentur. Et quoniam res singulæ propter infinitatem comportari nequiuerunt; & accidentium etiam plures fuerunt formæ: ideo postquam Substantiæ vna, Accidentium nouem classes distinctæ sunt; gradatim ab indiuiduis ac singularibus tam accidentibus, quàm substantijs, sursum generales communionum notiones collectæ sunt, donec in vnaquaque classe, ad aliquam supremam, quæ omnia inferiora latissima & amplissima significatione complecteretur, peruentum est. Atque illi gradus sunt Genera & species, in quibus infima quæq; nempe singularia, sunt Indiuidua nominata, reliqua intermedia, Subalterna genera, Subalternæque species: quæ non sunt distinctæ res, vt sunt sola Indiuidua, sed generalia vocabula communes Indiuiduorum essentias significantes, quæ additis formis distinguuntur. Hoc quasi Theatrum vniuersitatis veteres Philosophi exædificare voluerunt: in quo res suæ vocibus expressæ, non illis affectionibus & differentijs (neque enim hoc fieri in vno tractatu poterat) quibus in distinctis suis artibus methodicè traduntur; sed ista

ſto primum Eſſentiæ à Deo ſic creatæ, vt per ſe ſubſiſtat, tanquam Subiecti, & rerum: deinde illi adhærentium, tanquam Accidentium diſcrimine, vt, (quoniam eſſentiæ illæ poterant vno communionis vocabulo contineri, reliquæ autem res attributæ eſſent variæ, ideoque præcipuè nouem generum) primo Eſſentiæ, tanquam Subiecti categoria omnes naturas & eſſentias; deinde nouem accidentiũ categoriæ, omnia quæ eſſentijs adhærent vel attribuuntur, reciperent: eo, inquam, diſcrimine res ſeparatæ, omnibus quaſi in conſpectu collocarentur. Deinde in conſtitutis illis, quaſi rerum domicilijs & ſedibus, iſtaq; eſſentiæ & accidentium, tanquam Subiecti & adiuncti, affectione diſtinctis, porrò Generum, vt antè dictum, & ſpecierum gradus (quibus & ſuæ differentiæ ac proprietates additæ ſunt) etiam rerum ipſarum, non logicis, nominibus, vt Corporis animalis, hominis rationalis, beſtiæ irrationalis, lineæ, puncti, & ſimilibus, diſtinxerunt. Has autem diſtinctas rerum ac verborum claſſes ideo τὰ πρῶτα τῆς φιλοσοφίας eſſe voluerunt, vt eſſent inferiora, quàm logica argumenta, quædam adiumenta, et tanquam προδιδάγματα, quibus rerũ natura ac vis, vt eſſet à Deo condita, non vt variè in diſſerendo vſurparetur, conſiderari, generibusq; vtcunque diſtingui poſſet; & vnde iuuentus, antequam ad diſtinctas rerum artes perueniret, iſta perciperet, atque inde tanquam è theſauris, rerum copia refertis, exempla generum, ſpecierum, differentiarum, & aliarum proprietatum depromeret. Quæ cum ita ſint, hinc facile patet, Categoricam inſtitutionẽ nec talem

De Prædicamen.

esse præparationem, qualis sit in generali Philosophia partitione, nec logicam argumentorum, aut artificiosam rerum doctrinam: sed quoddam totius vniuersitatis speculum, quo naturales & physicæ essentiæ, cũ ijs quæ ipsis adhærent & attribuuntur, quasi distinctis domicilijs ac gradibus, & quidem rerum ipsarũ nominibus ob oculos ponuntur, vt quicquid in vniuersitatis theatro occurrit, ad illud speculum referatur, vbi suum non modo domicilium, sed etiam propria sedis gradum habeat. Atq; ideo mirum videri non debet, in illis classibus, cum rerũ quibusdam generibus, etiam argumentorum quædam genera cõiungi. Nam cum attributa, & ea quæ Essentijs adhærent, vt sunt, certa essentiarum quantitas, qualitas, relationis attributio, actio, passio, vbi, quando, situs, habitus; eaq; non modo differendi affectione, sed etiam naturæ constitutione, ita essentijs adhærerent, ijsq; nominibus appellarentur: fieri aliter non potuit, quin logica quædã cum rebus permiscerentur. Quanquam fateri etiam ipse cogeris, logica argumenta esse altiora, quibus ad has naturales rerum appellationes descendatur, vt Effectum, Subiectum, Adiunctum, et cetera altissima sunt genera, à quibus ad certam rerum quantitatem, qualitatem, actionem, perpessionem, locũ, situm, habitum, & ad cetera, quæ rebus & essentijs propriè dicuntur attributa, sit inueniendo progressus. Itaq; in generali Philosophiæ partitone artes ita è finium & rerum subiectarum differentijs distribuuntur, vt earum in vita humana vsus & accõmodatio spectetur, ideoq; res illis subiectæ suis ad illum vsum accommodatis,

Argumenta cur cum rebus consula.

Vide in Procem. cap. 3.

dátis, affectionibus explicentur. Atq; ita fit, vt à summo capite deducta partitione, quæq; res in sua quasi statione maneat, & continuato progressu in sua sub suo genere classe exponatur. In Categorijs autem totarerum vniuersitas & eius constitutio, vt ea à Deo condita est atq; suum quasi officium faciens consistit, spectata est, & ita in certas classes distincta: in quam comprehensionem ita etiam artium materia cognitioque incidit, sed non ijs affectionibus ac finibus, quibus in artes distinguitur, verum prout res, vel per se subsistunt, vel in alio, vt in homine, inhærent. Atq; ita fit, vt artes & earũ cognitio, quia sunt qualitates homini adiunctæ, etiam in Qualitatis Categoria, sed res ipsæ artibus subiectæ, prout vel per se subsistunt, in Substantia, vel quantitatem aut qualitatem substantijs inhærentem significant, in Quantitate vel Qualitate collocentur. Cum igitur cuiusq; artis cognitio sit affectio & adiuncta homini qualitas: rectè Qualitatis classi includitur: res autem artibus subiectæ, quia non ad artem suã hic referuntur. sed pro sua natura, qua aut per se subsistunt, aut alijs sua vi subsistentibus inhærent, considerantur, rectè etiam aliæ Substantiæ, aliæ Quantitati, vel ipsi etiam Qualitati subijciuntur. Quapropter alia facies & constitutio est Categoriarum, res vniuersitatis cũ suis attributis, quasi in Theatro, tantum essentiæ & attributionis discrimine, conspiciendas vniuerse proponentium, alia verò tum generalis artiũ partitionis, tũ inde cõtinuatæ earundẽ descriptionis: quæ et mentis in differendi operationes, verborum adsignificationes structu-

De Categorijs.

ramque ac dicendi ornatū, & res ipsas, vt physicas, ethicas, ceteras q̄, suis formis ac finibus distinctas separatim complectitur. Itaque vide ne Categorias temerè repudies, quarū aliam certè rationem, aliumq; vsum esse intelligis, quàm vel logicæ Inuentionis, vel generalis Philosophiæ partitionis, vel singularum artium descriptionis esse videatur.

Compl.

Propug. Categorias non esse logicę partem.

DISC. Ego verò è tua ratiocinatione concludo, Categorias igitur logicæ partem nullam esse, quia longè alia earum sit, quàm vel generalis philosophiæ, vel singularum artium, ratio & conformatio. Dialectica enim constat generali Inuentione & Iudicio. Categoriæ autem tuo iudicio, talem nec Inuentionis nec iudicij artem continent: vnde efficitur, eas logicæ partem nullam facere, etiamsi quædam ex Inuentione argumenta confundant. Sed tamen me recta ad tertium supra propositæ disiunctionis membrum deducis. Nam ita collegi:

Prop. Si Categoriarum partitio & conformatio est legitima: ea aut primariam argumentorum, aut secundariam rerum Inuentionem, aut ex vtraque confusum tractatum complectitur.

Assum. Nunc autem nec generalem argumentorum, nec inferiorem rerum inuentionem legitimam continere ego ostendi, & tu ipse concessisti.

Compl. Sequitur igitur esse tractatum ex vtraque confusum, ideoq; non legitimum & ἀμέθοδον. Sed hoc sigillatim videamus.

1. Non κατὰ παντὸς. Primum in legem κατὰ παντὸς mutilatus & imperfectus etiam hic tractatus est. Nam si cum rerum gene-

generibus voluerunt argumenta coniungere, cur non omnia certis etiam hic terminis constrinxerunt? Dicis Quantitatem & Qualitatem esse naturales essentiæ affectiones, & similiter reliquas septem, potius vt rebus attributas proprietates, quas naturali constitutione habeant, quàm, vt generales logicæ rationes, spectari. At, inquam, res illæ, quæ Quantitati & Qualitati subiectæ sunt, essentijs vt partes vel affectiones naturales inhærent & adiunctæ sunt: voces autem potius logicæ sunt, & simpliciter Adiunctorum nomine, comparatè Comparationis genere comprehenduntur. Sed sint etiam illæ inferiores quædam rerum voces: quid ceteræ septem, an non omninò logica argumentorum sunt genera, vt supra demonstratū est? Aut cur magis essentijs naturale esset, habere relationem, actionem, passionem, locum, situm, tempus, habitum, quàm habere causſam efficientem, materialem, formalem & finalem? Et cur particulæ quædam ex argumentorum generibus magis naturæ vi attingunt essentias, quàm tota genera? Causſarum hic species nullæ attinguntur: & tamē materia & forma essentiales sunt. Effectum vno tantum modo capitur, nempe motu, nomine actionis: at & res motu facta Effectum est. Subiectum nomine essentiæ, & Vbi attingitur: sed distincta modorum vbertas non intelligitur, præcipueq; subiectum illud, in quo adiunctum occupatur, omninò præteritum est. Adiunctorum modi variè in Quantitate, Qualitate, Passione, Habitu & Tempore dispergantur. Ex tota Dissentaneorum Categoria vna species in Relatione traditur, & tamen

De Categorijs. Compl.

Assum.

alienis etiam confunditur. De Comparatis, Notatione, Integro, Membro, Genere, Specie, ipsa Distributione & Definitione, quæ tamen etiam essentias, imo res omnes attingunt, nihil hic præcipitur. Quapropter & hac ratione hic è rebus & argumentis confusus tractatus, mancus & mutilatus est: cum non modo quanta, qualis, qua relatione, quo loco, quomodo sita, quo tempore habituq; essentia sit, quidque agat aut perpetiatur, sed etiã & multò magis, à qua, ex qua, per quam, propter quam causſam sit, quod opus reliquerit, qua in re occupetur, quæ natura ei infectè opponatur, cui par vel similis sit, quo nomine appelletur, quibus membris constet, vel cuius integri membrum sit, quas species, aut quod genus habeat, & denique quid, quæque vniuersa eius natura sit, consideretur.

Propos. sent.

2. Non καθ' ἑαυτο. Compl. prop. Assum.

Secundò Lex καθ' αὐτὸ indicat eiusmodi Tractatum ex omnium rerum disciplinis, & è Logica ipsa confusum verâ artis forma non esse conformatum. Cuiusque enim artis materia debet essentialis esse, & suæ essentiæ omninò homogeneæ. Hic autem fere omnium artium materia, valde heterogenea, est confusa, & sola essentiæ attributionisque differentia distincta.

Non καθόλ πρῶτον. Compl. Assum.

Tertio in legem καθόλ πρῶτον pernicioſa hic tautologia est. Nam cum doctrina disserendi in Dialectica, loquendi in Grammatica, dicendi in Rhetorica, & disciplina rerum in suis distinctis artibus perfectè tradatur: superuacaneum, ideoq; etiam discentibus pernitioſum est, confuſum ex omnibus tractatū iuuentuti per longum tempus inculcare, dum interea in

in distinctis & perspicuis artibus progressus non exiguos facere posset. Atq; eò ista tautologia perniciosior est, quod, & res diuersarum artium in vna Categoria sint confusæ, & argumentorum quædam genera mutilata, tantum modis quibusdam ac particulis, distractis etiam affectionibus, hic attingantur, vt & res è suis artibus distincta, & argumentorum genera è Dialectica affectionibus & generibus perfecta, sint separatim cognoscenda. Huc accedit, quòd quædam non modo res, sed etiam argumenta in suis artibus aliis generibus definiantur, quàm quibus in Categoryi subiecta sunt, præsertim si artes omnes legitimè tractentur, vt certè nouæ Categoriæ ad legitimam artium conformationem sint aptandæ. si eæ iuuentuti necessariæ esse videantur. Quanta igitur illa et quàm pernicioſa tautologia est, res easdem bis iuuentuti, & quidem dissimili doctrinæ forma methodoque, imo mutatis etiam affectionibus, quasi densa quadam caligine, offundere, quæ semel proposita & satis homini negotij facessunt, & cognita sufficiunt, imo plus etiam proficiunt?

De Prædicamen.

Genera & differentiæ aliæ.

propoſit.

PAED. At præclarum potius & valde vtile fuerit, res totius vniuersitatis omnes, ita quasi in breuibus tabellis depictas, & solo essentiæ, & attributionis affectu distinctas introspicere, atque ita has quasi summatim præcognoscere, antequam ad eas artes, quibus illæ ad vsum distinctæ sunt, perueniatur. Sic enim quasi in vnum locum quæuis materia comportata, & tamen quadam etiam affectione distincta, discentiũ mentes ad perfectam & methodicam artiũ tractationem,

Oppug.

tionem, in qua accuratißimæ sint quarumcunq; partium distinctiones, præparat.

Propug. DISC. Esto, habeat aliquam ista comprehensio vtilitatem; sed ideo nec Logicæ pars, nec peculiaris quædam ars est. Imò multò etiam rectius in generali Philosophiæ partitione res ex propriis affectionibus distinctæ sunt, indeq; facilius propter distinctam perspicuitatem cognoscuntur. Artes autem generalis proprie dictæ ad omnem aliam perceptionem præparant: & illa qualiscunque in Categoriis essentiam ab accidentibus, vt loquuntur, distinctio, multò etiam euidentius logicæ Subiecti & Adiuncti affectione continetur: quanquam Categorica illa nimis angusta est, & ex aliis etiam affectibus confusa; hæc latißima est, & quidem simpliciß.ma. Nam cum illa tantùm Subiecti nomine essentias quæ corpora sunt, aut spiritus, significet, & Accidentis nomine Effecta, subiectum aliquod, adiuncta quædam, relata, & comparata cõfundat: hæc logica, subiecti nomine generatim quidquid, etiam qualitates & facta, quibus aliquid adiungitur, definit: & adiuncti nomine quidquid ita subijcitur, vt illud præter essentiam accedat, significat. Ita q; principalis illa subiectæ essentiæ, & Accidentium distinctio, tanquam exemplum, Subiecti & Adiuncti affectione exprimitur: sed ad Accidentium confusionem euoluendam, etiam paulò antè nominatorum argumentorum affectiones adhibendæ sunt, vt suprà ostendi. Parum igitur profuerit, & maximi tamen laboris fuerit, illa Categoriarum genera præcognoscere: cum generalia rerum & verborum instrumenta

Antecedens.

Conseq.

mentà è generalibus, res autem ipsæ è specialibus artibus multò rectius cognoscantur. Cum igitur hactenus, Categoricam doctrinam nec pro generali ac primaria argumentorum, nec pro speciali rerum inuentione legitimam esse, & similiter ex vtraq; illa confusum tractatum cum legibus pugnare demonstrauerim: quæstioni propositæ satis esse factum existimo, nisi tu aliud adhuc velis. De Categorijs. Conclu. propositæ Q.

PAED. Imò aliud volo & habeo pro Categorijs dicere. Sit igitur hæc illo logico iudicio imperfecta & confusa doctrina; Attamen suo quasi primæ Philosophiæ iudico & instituto satis perfecta & distincta est. Omnæ vniuersitatis entia proponit: ea in Substantiam & Accidentia, & hæc vicißim in nouem genera distinguit. Atq; illa simpliciter & per se, non logica argumentorum affectione spectat, vt sic quodcunq; ens suo nomine expressum hac doctrinæ considerari, & in classe aliqua certa, qua eius natura & vis contineatur, reponi, atq; ita ab alijs hinc etiam distingui queat. Cum igitur in logica ex vsu res veræ vel fictæ per affectuum relationem considerentur & inueniantur: in Categorijs tantum res veræ id est, entia quælibet, vt in ipsa vniuersitate sunt, absolutè, sine alterius respectu spectantur: vt si offeratur Homo, si Spiritus, si lapis, dicis esse Substantias: quæ sunt res per se subsistentes; quemadmodum in Grammatica dicis esse Nomina: & ita manent in Categorica consideratione substantiæ, vt in Grammatica, nomina. At in logica Homo, non dicitur causſa, nisi sui Effectus respectu: & illud nomen amittit, si ei adOppug. Compl. Assum. i. in.

iunctum, vel aliud argumenti genus addatur. Vides igitur quid hic confusus, vt à te nominatur, tractatus sibi velit: qui quasi supra omnes artes eminens, vel saltem intermedius inter Logicam & Grammaticã, aut si mauis, inter Logicam & Rerum disciplinas, res simpliciter pro sua natura, sine differendi affectione & accommodatione, considerat, & classibus certis ita distinguit, vt nulla vox aut res sit, quæ hic suam sedem non inueniat. Etsi enim quorundam argumentorum affectiones, tamen nullæ rerum sedes hic desiderantur. Sed nihilominus etiam res aliqua proposita per omnes Categorias, tanquam per Inuentionis locos considerari potest: vt cum hominem in Substantia collocaueris, ac deinde eius quantitatem, qualitatem, relata, actionem, & cetera conquiras. Hinc itaque Propositiones seu Axiomata existunt, & eorũ magna copia nascitur. Atque ita Categoræ dicuntur omnium Propositionum & Syllogismorũ materiam suppeditare: quòd nullæ res per se confideratæ occurrant, quæ in ijs sedem non habeant. Et hæc causa est, cur Categoriæ, tanquam omnium terminorum Inuentio seu doctrina & thesaurus præmittitur Propositionum & Syllogismorum doctrinæ: quod etiamsi non omnes omnium argumentorum affectus (quod proprium est generalis Inuentionis) tradat & explicet; tamen simplici illa consideratione quodnam ens, & eius etiam similitudine, non ens, complectatur, vnde quæuis sententia conficiatur. Quare hinc iam commodè vniuersus Categoriarum vsus ostendi potest.

2. i. Deducere per Categorias.

Copia axiomatum.

Conclusio.

Pri-

Primum enim ex hoc fundamento, in his classibus, distinctio est quorumlibet thematum simplicium, eorumque tum copia hic continentur, tum vis & natura perspicitur, sintne essentiæ, an quantitates, aut qualitates, & ita deinceps: quod ita simpliciter absq; affectione, vt & themata simplicia sunt, spectari potest. De Categorijs. 1. Vtilit. Categ.

Deinde cum in his ordinibus varia generum, specierum, differentiarum & individuorum exempla reposita sint, & sic immensa rerum cognatarum copia in has decem classes digesta comprehendatur: hic ita omnium Propositionum, hoc est, Thematum coniunctorum, materia & copia latet, & in promptu habetur. 2. Vtilit.

Tum ita propria rerum attributa hinc cognoscuntur, vt Substantiæ alcui è Substantiæ classe, Qualitati è suo nido, & ita deinceps, genus aut differentia quaratur, & accidentia ad substantiam è nouem Categorijs referantur. 3. Vtilit.

Hinc igitur ad Definitiones præcipuè & ad Diuisiones dicuntur omnem apparatum suppeditare.) Nam cum Definitio propriè ex genere & differentia confici; Diuisio autem genus in species, aut subiectum in accidentia distinguere dicatur: hic & genera cum speciebus earumq; differentijs, et accidentia qualibet in promptu sunt. 4. Vtilit.

Et postremo hic ita omnium argumentorũ, quatenus simpliciter considerantur, materia cõtinetur: quã deinceps Inuentio suis affectionibus ad argumentandum, & quoquo modo differendum adhibet: Vnde Quinct. lib. 3. ca. 6. ad omnes caussarum status & ad argumentorũ locos categorias refert. 5. Vtilit.

Si

Propositio superioris disputat.

Si igitur Categoriæ & simpliciter absq; affectionis respectu (qui Inuentionis proprius est) res earumque voces spectat, & sic cuiuscunque thematis materiam distinguit ac suppeditat, vt omnia differendi initia variasq; vtilitates complexa sit: quis affluentissimum hunc thesaurum, ita quidem paucis & angustis, quasi capsis, inclusum, vt facili labore & breui tempore præcognosci queat, iuuentuti inuideat?

Propug.

DISC. *Absit omnis inuidiæ suspicio: commoda & compendia discendi quæruntur, incommoda & detrimenta remouentur. Tu verò, cum aliud adferre tibi videaris, eodem tamen relaberis: sed interim nos commodè ad vsum Categoriarum deducis, quem ego & à generali Inuentionis, & ab artium vsu plurimũ discrepare initio asseueraui. Quæ autem à te, tum de propria Categoriarũ consideratione, tum de earundem vsu commemorantur, ea aut specialium de rebus ipsis disciplinarum, aut logicæ propria, ideoq; in Categorijs aliena & confusa sunt.*

1. S. *Primum dicis Categorica doctrina, vnamquamq; rem voce expressam, vt Etymologia vnamquamq;*

2. S. *vocem, absolutè, absq; affectione spectari, & in certa sede, vbi eius natura appareat, collocari: addis nihilominus eam per omnes Categorias, tanquam per locos Inuentionis considerari. Et hic præcipuè primam Categoriarum vtilitatem ponis. Ad primum respondeo, non prorsus id fieri absq; affectu: quòd & accidentia spectentur substantiæ respectu, & in singulis Categorijs sint generum ac specierum gradus: ideoq; logicã consideratione per argumentorum affectiones com-*

modio-

modiorem & perfectiorem esse. De altero dico, rerũ per Categorias deductionem non esse legitimam, sed alienam & mutilam considerationem, per locos autem dialecticos esse perfectissimam, quæ illam etiam categoricam sparsim, tanquam particulam perfectæ artis complectatur, vt infra comparabitur. Sed fiat vtrumq; : quid quæso admodum ad differendum profuerit, aut scire, rem propositam esse in Substantia, vel in alia Categoria, aut eam per omnes categorias deducere, nisi & physicam aut ethicam, aut alterius artis eam esse teneas, & per omnes locos Inuentionis consideres. Itaq; illa absoluta consideratio, tum vocũ ex suis adsignificationibus, Grammaticæ, tum rerum vocibus expressarum, specialis alicuius disciplinæ propria est; affectuum autem ratio (sine qua absolutorũ natura & vis explicari nequit) ad logicam Inuentionem pertinet. Itaq; eodem res semper redit, manetq; verum & fixum illud, categorias è rerum disciplinis & logicæ Inuentionis particulis quibusdam confusas esse, omniaq; separatim è suis artibus vbi proprijs locis & affectionibus. (quæ in Categorijs distortæ vspiam sint) doceantur, multò rectius & promptius depromi. Quare ad vtilitates nunc ordine respondeo: De Prædicamen.

Primum, ais, themata simplicia hic continentur et distinguuntur. At, inquam, ea in suis artibus rectissime, nempe proprijs sedibus gradibusq; comprehenduntur, & logicæ Inuentionis affectionibus distinguuntur. Parum admodum hoc prodest, Spiritus est in Substantia: at omnino necessarium est hoc scire, Spiritus, est res & quidem essentia physica, de qua Compar. 1. Vtilit.

etiam

etiam Theologia patefacit: deinde dum per locos affecta argumenta quæruntur, cogitare Spiritum esse effectum suarum caussarum, esse caussam suorũ effectorum, & ita deinceps. Hæc, inquam, tum rei ipsius ex arte sua, tum affectionis ad alia argumenta cognitio ad differendũ & cognoscendũ necessaria est.

2. Vtilit. comp. De secunda vtilitate idem respondeo, materiam & copiam thematum coniunctorum, reipsa in rerum artibus contineri, sed logicæ Inuentionis affectionibus commonstrari.

3. Vtilit. Tum proprias attribuendi rationes è Categorijs cognosci censes: at perniciosum est, iuuentutem illis tantùm prædicationibus & attributionibus assuefacere, quo fit, vt nunquam rectè de veris prædicationibus (quæ in argumentorum sunt affectionibus, omnemque in differendo vim continent) cogitet. Existimat enim Prædicabilium doctrinâ, cuius exempla sint in Categorijs, omnes prædicandi rationes contineri: atq; ita nunquam de caussarũ, effectorum, ceterorumque argumentorum prædicationibus sollicita est. Inuentio igitur argumentorum definitionibus veras & quidem vniuersas prædicandi rationes & affectiones explicat.

4. Vtilit. Quartò ad Definitiones & ad Diuisiones dicuntur omnem apparatum suppeditare. At, inquam, post prædicabilia & prædicamenta, traduntur incertæ definiendi & diuidendi rationes, quippe nondum præcognitis ijs, è quibus illæ efficiuntur, vt supra ostendi: sed Inuentio logica & commodissimè suo loco, & perfectissimè præmissis omnibus prioribus, Definitiones et

Diui-

Diuisiones instituit. Materia autem seu res ipsæ è suis, vt sæpe iam dixi, artibus sumuntur. De Prædicamen.

Postremò omnium hic argumentorum materiam et copiam absolutè dicis contineri; quæ deinceps in Inuentione suis affectionibus ad differendū applicetur. At præposterum est, materiam & res ipsas ante Inuentionem, quæ omnis simplicis materiæ cognoscendæ instrumentum est, velle cognoscere, cum earum affectiones & gradus etiam in ipsis Categorijs absq; argumentorū notitia nec declarari, nec intelligi possint. Sed hic prædicabilia obijcitis, quorū artificio gradus affectusq; in Categorijs explicentur. Verumenim verò sapientiæ lex ait, ineptum & stultum esse in puerili institutione, id per plura, & quidem obscuris anfractibus efficere, quod commodissimè per pauciora, & quidem perspicuis compendijs effici queat. Totam Inuentionem docilis puer facilius & citius, quàm ista Prædicabilia, plurimis obseruationibus, distinctionibus, & proprietatibus cumulata percipiat. Et vniuersæ Philosophiæ, omniumq; hinc deductarum artium partiones & epitomas melius & cutius cognoscat, quàm Categorias ex varijs artibus, & quidem distortis naturalibus affectionibus confusas, ac pœnè infinitis proprietatum & distinctionum quisquilijs refertas. §. Vtilit. Inuentio tota facilior prædicabilibus. Oppug.

PAED. Interim tamen pueri, dum Dialecticam docentur, argumenta agnoscere, definitiones & diuisiones conficere, & ita copiam rerum ad omne Axiomatis ac Syllogismi genus comparare debent: quò certè pertinent Prædicamenta.

DISC. Certè dum generaels artes, in quibus propug.

non

Discipuli logici incipientes.

non sunt, vt in Organo Aristotelis, decennium detinendi, addiscunt, non admodum specialibus rerum artibus occupari, sed earum tamen exemplis, partim in generalibus artibus positis, partim in bonis auctoribus oblatis exerceri debent. Neque pueri Definitiones & Diuisiones, quæ sunt accuratioris cuiusdam artificij, primum, vt nec Axiomata aut Syllogismos, conficiunt, sed potius retexunt, eorumq; tum materiam, tum artificium vniuersum ad suos locos & leges reuocant. Deinde paulatim etiam Inuentione rebus vtcunq; vel indicatis, vel è communi vita ac è propositis auctoribus obseruatis, itemque Dispositione Axiomatum, Syllogismorum, & Methodi, argumentis etiam aliquando nudè indicatis, & præscriptis, assuescunt. Atq; liberalis ingenij puer, primum generalium artium cognitione paucis annis imbutus, & interim, tum bonorum auctorum analysi, tum præscriptorum exemplorum genesi loquendo, dicendo, & disserendo mediocriter exercitatus, ad rerum artes, in quibus cognoscendis & meditandis maiorē etiam generalium artium vsum perspiciat, adducetur. Neque enim hic generalium artium vsum & exercitationem deponet, sed disputando, declamando, scribendo, & res variarum artiū quoquo modo tractando verum tandem superiorum artium vsum experietur, vt vberrimos earum fructus paulatim ex Scholarum vmbra in Reipub. lucem cum laude proferat. Attamen nec ita certis limitibus generalium artium studia à specialibus separantur: sed & per omnes bē institutæ Scholæ classes, vt generalium artium, ita

Analysis. Genesis.

Progressum facientes.

etiam

etiam specialium exempla fructusq; in bonis auctoribus, pro iuuentutis captu, propositis, indicantur, & paulatim, tum epitomæ specialium artium, tum disputationes de rebus illis propositis, (vt sunt Officia Ciceronis, libri de diuinatione, de nat. Deorum, Tusculanæ Quæstiones, itemq; libri Oratorij, in quibus de peculiari quodam generalium & specialium artiũ coniuncto vsu disputatur, & eiusmodi aliæ Commentationes) eæ, inquam, per classium gradus distinctæ, & ad captum auditorum accommodatæ, cum generalium artium institutione coniunguntur. Ita non modo vniuersus generalium artium vsus perspicitur, sed rerum etiam verborumq; copia comparatur: quæ in suis artibus propriè suis sedibus gradibusq; distincta, per reliquas omnes Commentationes, & vniuersæ vitæ historiam variè dispersa et tractata sunt. Quæ cum ita sint, instrumenta loquendi, dicendi, & disserendi è generalibus, res autem ipsæ & verba propriè & distinctè è specialibus distinctisq; suis artibus, petenda, sed & generalium & specialium varij fructus exemplaq; variè tractata, atq; ad vsum humanum accommodata, ex vniuersa vita humana historia obseruanda sunt. De Categorijs. Epitomæ. Conclu.

Sed vtilitatem Categoriarum perstrinximus, vnã tamen eius particulam, quemadmodum res per eas tanquam per Locos deducatur, huc reiecimus. Quod igitur in principali nostra argumentatione secundum fuit, id nunc breuiter absoluamus. Dixi, Categorias, nec vllius artis, nec Logicæ Inuentionis vsum exhibere & præstare, sed hic etiam debiles, mancas, & discrepantes deprehendi. Loci.

Specialiũ artiũ vſus.

Primum quaq; ars Specialis ſua eſſentia res tantum cognatas, ſuo loco & ordine complectitur, eas q; ad ſuum finem, & ad vſum in vita humana vtilem dirigit ac ſuppeditat, vt phyſica res phyſicas, ad earum naturam cognoſcendam & vſurpandam, Arithmetica arithmeticas ad numerandum, Geometria geometricas ad metiendum, Ethica ethicas ad vitæ mores conformandos, &c. Ita et earum vis cognoſcitur, & vſus in promptu eſt.

Generaliũ vſus.

Porrò generales artes generalis artificij rationes ad communem & generalem finem vſumq; perfectè dirigunt; vt Grammatica ad loquendum ſermonis artificium, Rhetorica ad dicendum omnem orationis ornatum, Dialectica ad diſſerendum omnia rationis munera applicat, omniaq; propoſito communia facit.

Categoriarum vſus.

Quid Categoriæ? Certè nec, vt ſpeciales artes, nec vt Logica Inuentio, ſuu vſum nobis præſtant. Primum res non ad ſuum finem & vſum, ſed ad quoddã commune genus, nempe ad Subſtantiam, Quantitatẽ vel Qualitatem referunt, nec omnium artium res omnes diſtinctè tradunt, ſed quaſdam, illorum tantum generum diſtinctione, cum quibuſdam Inuentionis generibus confundunt, vt iam ſæpius dictum eſt. Ergo Specialium artium vſum nec ſequuntur, nec præſtant: non res phyſicas ad victum & cultum, non arithmeticas ad numerandum, non reliquas ad ſuum finem tradunt, nec ſuis cauſſis omnibus, effectis, ſubiectis, adiunctis, reliquiſq; argumentis, quibus earum natura conſtat & exercetur, deſcribunt: ſed quaſi puncta quædam rerum confuſarum ad exiguam Generum,

ſpecie-

specierumq; vtilitatem ad tria capita Substantiæ, Quantitatis & Qualitatis (cetera enim logica argumenta sunt) accumulant. De Prædicamen.

Sed Logicæ sic Inuentionis vsum videatur præstare? Minimè verò: Nam supra & quot argumentorū genera desiderentur, & categorico illo ordine, eaq; affectione, res non considerari ostendi. Quod vt perspicuum fiat, proponatur Thema aliquod simplex, quod & per Categorias, & per Locos deducatur, vt & inopiæ copia, & distortæ impropriéq; inuestigationi, recta propriaq; consideratio opposita magis appareat. Et quoniam Categoriæ illæ præcipuè è Physicis & Mathematicis artibus, in quibus earum auctores maximè versabantur, constitutæ sunt, sumatur Thema è physica notissimum, nempe, Homo, idq; per Categorias primum, ac deinde per Locos deducatur. Et tu primum è Categorijs omnes copias eruito. An Inuentionis vsus in Catego. Thema.

PAED. Hic cogito primum, Homo, in quo sit Prædicamento, & ex eius natura inuenio, esse in Substantia. Deinde sitne prima, vel secunda substantia: & inuenio, esse secundam. Tum in distributis gradibus eius proximum genus quæro, quod est Animal, & infra individuum, quod est, Petrus, Paulus: Ad latus spectо differentiam, nempe Rationale. Has opes è substantia eruo: è quibus terminis hos Propositiones constituo: Oppug. Inuentio Categorica 1. Substan.

Homo est substantia: quod genus est vltimum cū specie. Homo est animal: quod proximū genus cū specie. Homo est rationalis: quæ differentia cum specie. Petrus est homo: qua species cum individuo. In generali Inuentione sunt Genera, Species, Formæ.

2. Quantitas. *Hinc ad* Quantitatem *progredior, & quæro quæ sit hominis quantitas? quæ eius magnitudo vel multitudo? hoc est, quàm magnus sit homo aliquis, & si plures sint, quàm multis hic linea, & superficies in corpore, & corporis ipsius longitudo, latitudo et crassitudo spectatur. Itaq; hinc ita enuncio:*

Adiuncta. Paria. *Goliathus fuit Gigas ingens.*

Goliathus est sex cubitos & dodrantem longus.

3. Qualit. *Tum* Qualitatem *inquiro, & animi corporisq; affectionem & formam considero, ex qua nomen aliquod ducatur, vt,*

Homo est doctus, prudens, &c.

Et hic per species quatuor percurro, habitum & dispositionem, naturalem potentiam et impotentiam, patibilem qualitatem & passionem, figuram & formam inuestigans. Hinc colligo Enunciationes:

Adiuncta primi modi. *1. Homo est iustus, fortis, &c.*

Homo est studiosus litterarum.

2. Homo est bono ingenio, valet iudicio.

Est indocilis, obliuiosus.

3. Homo est libidinosus, cupidus, pallidus.

Homo est insanus.

4. Homo est formosus, deformis, &c.

4. Relatio. *Porro ad* Relationem *seu collationem venio, qua ea, quæ inuicem affecta sunt, inter se conferuntur: vt,*

Homo est maritus suæ vxoris, parens suorum liberorum, dominus seruorum, &c.

5. Actio. Affecta. *Sequitur* Actio, *qua quæcunq; geruntur, agantur, aut fiunt, significantur: vt,*

Homo

Homo docet, scribit, disputat, &c. De Prædicamen.

Passio deinceps quæcunq; patiendo accidunt suppeditat: vt, 6. Passio.

Homo docetur, verberatur, &c.

Vbi seu Locus ostendit, vbi homo sit & versetur: vt, 7. Vbi. Subiect.

Homo degit in terra: est domi, ruri, &c.

Quando seu Tempus differentias, temporum denotat: vt, 8. Quando. Adiunct.

Homo noctu dormit, interdiu res suas agit.

Situs quemadmodū homo positus sit declarat: vt, 9. Situs. Subiect.

Homo sedet, stat, &c.

Habitus, quemadmodū vestitus sit ostendit: vt, 10. Habit. Adiuncta

Homo est palliatus, togatus, sagatus, &c.

Vides quantum argumentorum, hoc est rerum & verborum cumulum inde conquisiuerim: quibus de homine quiduis & quocunque modo differere, methodumque prædicamentalem exstruere potero? 2. modi.

DISC. *Video: neq; enim res & argumenta quædā hic congesta esse nego, sed nec rerum, nec argumentorum legitimam doctrinam esse contendo.* Propug.

Sed nunc legitimas inueniendi Categorias excutiamus, quæ & naturali rectaq; via nos deducent, & multò vberiorem argumentorum copiam suppeditabunt: res tamen ipsas non dabunt, vt nec Categoriæ (quod has suæ artes iure sibi vendicant) sed paratissimæ eas quærendi & agnoscendi consilia præscribent. Inuentio logica.

Principio Caussarum Categoria consulet, considerandas esse hominis caussas omnes, vt primo efficientem per modos omnes expositā, quæ procreet

& conseruet, quæ sola efficiat, & adiuuet, quæ ex hu per se, nempe consilio vel natura, quæ per accidens, necessitate vel fortuna efficiat.

Tum Materiam: deinde Formam & finem. In quibus tot causis, Hominis natura non obscure comprehenditur, vt categorico Substantiæ vocabulo, sed etiam per partes explicatur. Substantia enim hominis & natura, causarum hominis coniunctione coheret, & continetur. Nunc si effectum, quod est, Homo, cum omnibus illis causis enuncio, magna inde copia existit:

Ex efficien. mate. & effecto.

Deus ex limo terræ creauit hominem.

Deus solus pro suo consilio & arbitratu sapientissimo, hominem è limo terræ condidit, alit & sustentat. (ducatur.

Effic. Homo ex parentibus suis nascitur & ab ijsdem e-

Mate. Homo constat carne & sanguine.

For. Homo est ratione præditus.

Fin. Homo ad Dei gloriam creatus est.

Causarum tantum leuis & obscura significatio est in Substantia.

Effecta. Tum Effectorum locus hominis facta, opera, officia, dicta, scripta, consiliaq; plurima ostendet: quæ mirificè causarum modis variantur & augentur: vt,

Homo & natura & sponte peccat.

Homo colit terram, artificia & opificia varia exercet, studet, scribit, concionatur, docet. Hinc vrbes, ædes, libri, & varia hominis opera.

Pater & mater procreant liberos, eosq; tum ipsi, tum per nutrices educant & tuentur: f

uilliam regunt, rem faciunt & augent.

Homo deliberat, consilia capit et communicat, &c.

Effectorum tantum particula in Actione repræsentatur.

Porrò Subiecta & Adiuncta varia consilia præbent & quidem præcipuè quatuor modis distincta: de quibus nullum in Categorijs præceptum, sed dispersa quædam exempla per quantitatem, qualitatē, passionem, vbi, situm, quando, habere, exstant: quæ commodissima affectionis coniunctione subiecti & adiuncti modis, & quidem perfectè comprehenduntur. Itaq; ex hac affectione maxima rerum copia oritur: vt,

2. Subi. Adiuncta.

1. Homo est virtute, vitijs, scientia, ignorantia præditus. Homo est bonus, malus, doctus, &c.

Homo est acuto ingenio & iudicio: docilis, indocilis, obliuiosus, cupidus, libidinosus, insanus, &c.

Homo est ingens, magnus, longus, breuis, procerus, formosus, deformis, robustus, imbecillus, bona, mala valetudine, &c.

2. Homo est hominis comes, minister, socius. Est diues, pauper, honoratus, rex, consul, celebris, infamis, vestitus, togatus, palliatus, &c.

3. Homo hanc vitam in terra degit, alteram in cælo vel inferno. Est domi, ruri, foris, peregrè, sedet, iacet, &c.

Cras, hodie, heri, noctu, interdiu, hoc vel illud agit, hic vel illic est vel fuit.

Sex annos natus est, horam, diem, annum abfuit, &c.

4. Homo iuri operam nauat, in hoc vel illo artificio occupatur, Deum colit.

Homini Diabolus insidiatur, quærens eum vt deuoret, &c.

Dissent. Sed quis penè innumerabilem hanc copiam persequatur? Atq; illis consentaneorum instrumentis hominis, vt & omnium rerum, cum suis cognatis vnitate, identitatē & consensionem considero: hinc naturali ordine ad Dissentanea progredior, quibus diuersitates, differentias, & discrepantias inquiro, atq; è regione oppono, tum in Diuersis, tum in Oppositis, & hi vicissim, Disparatis aut Contrarijs vel affirmatis, in Relatis & Aduersis, vel negatis in Contradicentibus & priuantibus: quorum præter vnicam Relationis particulam in Categorijs nihil est. Atq; hac etiā mirabilem rerum cumulum distinguendo sibi propositū habent, quæ negando propriè enunciantur:

Diuersa. Etsi homo erat in arca Noæ, tamen etiam bestia.
Disp. Homo non est lapis, lignum, &c.
Relat. Homo pater non est filius eiusdem.
Aduer- Homo non est bestia.
Contrad. Homo, non homo.
Priuant. Homo videns, homo cæcus.

Sed maior copia inde existit, si & caussæ, effectaq; & subiecta, adiunctaq; hominis ita distinguantur & separentur.

Compa. Hactenus simplex in rebus tum vnitatis consensio, tum diuersitatis distinctio fuit: sequitur comparata earundem quantitas et qualitas: vbi ex Paribus, Maioribus, Minoribus, Similibus, Dissimilibus q;, eorum q; varia

varia tractatione, multò etiam vberior argumentorum & orationis copia existit: quæ vel simplicibus Axiomatis, vel Compositis, & quidem Connexis aut sæpissimè relatis enunciatur. De hac autem mirabili copia & vbertate Categoriæ omnino tacent. De Categorijs.

A primis deinde ad Orta venio: quæ etsi prima imitantur, nouam tamen rationum copiam suppeditant. Primum hic nominalia, Notatio & Coniugatio sua consilia suggerunt: tum Composita illa Distributio & Definitio complicatas suas rationes euoluunt, vt indè tum distributiones Caussarum in effecta, & vicissim, (vbi & Integri in membra, Generisq; in species partitiones & diuisiones præstantissimæ) itemq; subiectorum in adiuncta, & vicissim, tum definitiones propriæ ac breuiores, itemq; impropriæ & luculentiores deprompantur. Postremo testimonia diuina & humana plurimum etiam præsidij adferunt: quorum omnium exempla nimis longum esset ad institutum accommodare. Quid verò è Categorijs cum hac ortorum argumentorum copia comparabitur? Nihil prorsus. Ergo etiamsi Categoriæ sua quadam distinctione cum rebus ipsis quædam argumentorum genera complectantur: tamen nullo modo vberrimæ illa cogitandi consilia, & mirabilem Orationis copiam (quæ in Inuentionis generibus abundè suppetunt) præscribunt. Itaque vides vel in hoc facili & scholastico themate, quàm multis necessarijs fundamentis Categoriæ istæ careant. Quid? si aliud thema seu Quæstio non ita aperte è Schola Categoriarum, sed è schola humanitatis, ac è communi hominis & vita & prudentia ponatur? Orta.

natur? Si de Grammatica, Rhetorica, Logica ipsa, mathematicis, physicis, ethicis thema ponatur: utrum Categoricus magister categoriarum suarum mentionem facere, an hiscere omninò audebit? Quid si agitur de bello, de pace, de Repub. aut eiusmodi alia re corporis & essentiæ experte, ambiguaq; quæstio ponatur, an Categoriæ ad hanc explicandam quæstionem adhibebuntur? an illæ argumenta quauis, qua variè ad amplificandum & exornandum adhibentur, commonstrabunt? Minimè verò: Considerat enim deliberantis & argumenta excogitantis animus, non substantiam belli, pacis, aut similis rei, nec eius lineas aut superficies (nec enim rei essentiæ expertis Substantia aut eiusmodi quantitas ad illam Categoriarum legem esse potest) sed causas & effecta, sed subiecta & adiuncta, sed dissentanea considerat, comparat res omnium generum, nominum conugationem & notationem disquirit, rei partes distribuendo & totius vim colligèdo intuetur, rem definiendo comprehendit & explicat, hominum iudicia & testimonia deliberando perpendit, atq; affluentissimam rerũ copiam, ad quoduis propositum, quocunq; modo disputandum, augendum & exornandum consequitur. Nec; quisquam & illam distortam Categoriarum inopiam, & hanc Locorum copiam ita deprehendet, nisi qui non modo Analysin poetarum, Oratorũ, Philosophorum, omniumq; insignium auctorũ, sed genuinam etiam variorum exemplorum serio adhibuerit. Is enim omninò experietur omne argumenti genus ad quoduis propositum tractandũ, nec è Categoriis super-

Thema artium, virtutum aut vitiorum.

petere

tere, nec Categorica affectione & ordine inuestigari. De Cate-

PAED. Quæ in Categorijs ad omnem argumentorum facultatem imperfecta esse videntur, ea Post-prædicamentis, Definitionum & Diuisionum tractatu, & denique tota Inuentione perficiuntur. gorijs. Oppug.

DISC. Sed ista pleraq; nimis angustè vel ad thema simplex tractandum, vel ad syllogisticum vsum adstricta sunt à suis auctoribus, vt non videantur ad omne eius & non eius pertinere. Verum esto, valeant ita communiter: sit illud non artificij ipsius vitium, sed artificum, qui illud angustius in arte definiuerunt, quod sua natura latissimè patebat. Attamen si ex tot, & tam dissipatis & confusis angulis debent omnia conquiri, vnde tamen ne sic quidem omnia, vel saltem non legitimis affectionibus suppetunt: cur non potius cum Platone, Aristotele, Cicerone, Rodolpho, Ramo, alijsq; præstantibus Logicis, ista fragmenta ad vnum commune & naturæ accommodatis affectionibus distinctum inuemendi artificium reuocantur? Sunt quidem in Aristotele etiam quædam dissipata, quæ ille, vt à suis auctorib. annotata erant, collegit potius, quàm iudicauit: sed tamen ille vel vnam communem, vel saltem duplicem, nempe vnam necessariorum, alteram probabilium, Inuentionem videtur sibi proposuisse: Prædicabilia autem Definitiones, & Diuisiones non separauit, vt postea factum est. propugn. Vna communis Inuentio.

Quæ cum ita sint, omnibus rationibus & vijs, seu spectes artis accurationem, seu cõsideres artis vsum, agnoscis Categorijs ea, quæ putantur, Propositionũ et Syllogismorum elementa minimè suppeditari. Itaque tandem

Compl. princip. Q.

tandem hanc disputationem perorantes concludamus, Categorias nec Dialecticæ aliquam partem, nec peculiarem artem legitima conformatione cõstituere, sed & res quasdam, & quædam argumentorum exempla seu subalterna genera coniuncta, sed essentiæ quadam & ei attributarum rerum affectione distincta, continere. *Atq; inde efficitur, Categoricum illum tractatum inconcinnè & impropriè Dialecticis præceptionibus, tanquam illius artis aliquod membrum, agglutinari.*

Oppug. Non omnis enunciandi affectio, sed omnis materia Categorijs continetur.

PAED. *Peroretur sanè hæc Comparatio: sed quantumuis aduersus Categorias comparaueris; nunquam tamen nullam categoriarum commoditatem esse omninò conuinces. Non sint hic omnia inueniendi consilia, non omnes verorum argumentorum affectiones: attamen omnes res absolutas & cognatas, nempe communi quodam essentiæ & attributionis respectu, absq; antithesi vel comparatione spectatas, vt ante etiam dixi, & sic omnem disputationis materiam complectuntur. Nam etsi plura sunt Axiomatum exempla, quorum affectiones in Categorijs non sint: tamen res enunciatæ simpliciter absq; illa affectione consideratæ in categorijs sedem habent. Sic, Homo est è limo terræ factus: hæc materia & effecti materiati affectio, in Categorijs non est: At & homo, & limus terræ, sunt in prædicamento Substantiæ, & fieri seu creari in Passione: quod similiter de ceteris iudicandum est. Itaq; Categoriæ materiam propositionum quidem omnem, sed non omnes eam*

Ant.

con-

considerandi & enunciandi affectiones continent. Quod cum negari non possit: temerè mihi Categoriæ è manibus discipulorum, & è Scholis ejici videntur. De Prædicamen. Cons.

DISC. Non quodcunq; commoditatem aliquam habet, in arte ponendum est; sed quod legitimum est, perpetuò verum, essentiale, & propriè enunciatum. Categorias concedis non omnes argumentorum affectiones omniaq; genera explicare, vnde ego in ijs primariam omnis materiæ Inuentionem non esse concludo: sed res ipsas simpliciter spectatas ijs comprehendi affirmas, quod ego & mutilatè & confuse, dissipatis, scilicet & distortis rebus natura coniunctis, fieri ostendi. Aristotelis categoriæ rerum valdè inanes erant, & tantum ferè nuda receptacula: nostri autē logici eas suorum studiorum fructibus ex alijs scientijs comportatis, vehementer locupletarunt. In his autem eorum, quæ natura coniuncta sunt, quædam est dissipatio, quæ verò distincta, eorum confusio est: quæ vtraq; inde exstitit, quòd res non ad suos fines, vt in ipsis artibus, sed ad quasdam generum communiones ex essentia & attributione hic distincta sint. Itaq; etiam quædam res aliud genus in artibus legitimè conformatis, quàm in categorijs habent, indeq; aliam etiam definitionem & distributionem recipiunt. Tu legitimas omnium artium conformationes ad categorias comparato, & illud verum esse deprehendes. Dicis iterum in categorijs res absolutè absq; respectu spectari: at ego paulò antè respondi, tum substantiam, reliquorum subiectum dici, qua affectione etiā caussa & adiuncti ratio contineatur, tum in singulis respectum Propug. ex artium legibus. Non cadē genera in Categ. & artibus.

Affectio in Categ.

spectum generum, specierum, & differentiarum spectari. Huc addo, quod D. Philippus Melan. in Categoria Relationis tradit, multis absolutis adhærere etiam respectus. *Cur igitur reliquæ affectiones, etiam illis arctiores, præteritæ sunt? Illas Categoricas supra dicebas vnà cum rebus natas, & pariter res naturæ seu vniuersitatis esse, ceteras non item. At, inquam ego, & materia rei cuiusq; formaq; naturalis est, ac effecto essentialis, & similiter è ceteris argumentis alia. Nec enim natura tantùm essentijs quantitates, qualitates, relationes, actiones, passiones, loca, tempora, & habitus attribuit, sed & essentijs, & reliquis etiam attributionibus dispiratas & contrarias eiusmodi res opposuit. Quod igitur in rebus ipsis ita vel consentaneum vel dissentaneum per naturam existit: id & in vsu ita accommodatur, & hinc in arte logica affectionum generibus exprimitur: in specialibus autem rerum artibus naturales illæ affectiones à Logica obseruatæ & distinctæ, methodicè ad certa rerum genera ijs describenda accommodantur. Vt igitur aliud est sol eiusq; lumen, aliud sunt res quæ Solis lumine illustrantur, & ille has omnes ita suo lumine illustrat suis quasq; in locis: ita aliud est Logica, eiusq; altissimum lumen, aliæ res quælibet in suis artibus & in communi vita posita, quæ logicæ lumine, ijs, quas naturâ habent, affectionibus illuminantur. Itaq; res illæ inferiores, quales Categorijs contineri dicuntur, illud logicũ lumen non sunt, sed exempla illi subiecta, & illius lumine illustrata. Quamobrem rectè Logica artium omnium generalissima & altissima, communes*

Logica ars generaliss. & altissima.

omnium

omnium rerum affectiones, quæ & in natura sunt, & in vsu adhibentur, vt primam Inuētionem tradit: deinde cetera artes speciales, tanquam thesauri, quasq; res suis finibus terminisq; distinctas, vt physica physicas, ethica ethicas, & ita deinceps, generalibus logicis affectionibus descriptas nominatim complectuntur, vt ex ijs sit secundaria Inuentio, quæ à logica primaria commonstratur. Quas igitur res tu dicis simpliciter spectatas esse in hac vel illa Categoria, ea sic proprie sunt huius vel illius artis: sed tamen quando dicis esse in Substantia, dicit esse speciem substantiæ, illius physici generis, quando in Quantitate, Qualitate, vel actione, dicis esse adiunctum vel effectum substantiæ, & speciem Quantitatis, qualitatis vel actionis. Vnde apparet ne in ipsis quidem Categorijs res absq; affectibus logicis cōsiderari. Huc accedit etiam, quòd eadem res diuerso respectu dicatur esse in diuersis Categorijs: quod maximè logicorum affectuum proprium est. Quare, vt hoc etiam corollarium concludamus; Primariam Inuentionem, quæ omnes res, veras vel fictas, suis affectionibus commonstrat & distinguit, Logicæ propriam esse, & in argumentorum generibus consistere, secundariam autem, quæ res ipsas, à primaria affectionum nominibus commonstratas, nominatim suppeditat, esse in specialibus artibus, nobis certissimis argumentis persuadeamus; ideoque omnem omnium Axiomatum seu propositionū & Syllogismorum materiam à Logica inuentione omninò distingui & commonstrari, ex artium autem specialium thesauris, itemq; è communi vita, in qua illarū fructus

De Prædicamen.

fructus verſantur, inueſtigari et depromi. Itaq; ſi quis quærat, quæ ſint veræ Argumentorum *ſeu* affectionum Categoriæ, *itemq; quæ* rerum ipſarum & ſic verborum eas ſignificantium Categoriæ: *hic Categoriæ definitio proponenda eſt, hoc modo:*

Propo. Categoriæ ſunt categotematum homogeneorum per generaliſſimum, ſubalterna, & ſpecialiſſima deſcriptiones & ordines.

Deinde aſſumendum:

Aſſum. At Inuentio logica eſt generaliſſimorũ categorematum, id eſt, argumentorũ homogeneorum à generaliſſimo, per media, ad infima ſeu ſpecialiſſima deſcriptio & ordo, vt iudicium talis eſt omnium diſponendi ac iudicandi legum deſcriptio.

Reliquæ autem artes omnes, Grammatica, Rhetorica, Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtrologia, Phyſica, Ethica, ſunt tales inferiorum categorematum ipſis diſtinctè ſubiectorum, vt verborum, ornamentorum, numerorum, magnitudinum, ſonorum, Aſtrorum, rerumq; phyſicarum & ethicarum deſcriptiones & ordines.

Et hinc concludendum:

Ergo Logica Inuentio eſt vera generaliſſimorum argumentorum categoria, hoc eſt, primaria Inuentio: Ceteræ autem artes benè traditæ ſunt verborum, ornamento-

rum,

rum, & rerum denique omnium categorię, hoc est, inferior & secundaria inuentio. *Atque vt argumenta omnia per suas affectiones generali inuentionis artificio propriè & naturæ vsuique accommodatè inuestigantur: ita in suis artibus suo quæque loco & gradu, non ita, vt in categoricis classibus dissipata & distortæ, sed aptè coniunctæ inueniuntur.*

Itaque iuuentutem logicæ studijs initiatam non multis annis Prædicabilium & Prædicamentorum, vt nec ceterorum fragmentorum impedimentis onerandam, sed facili & ad quotidianum vsum accommodata Inuentionis ac Iudicij institutione erudiendam, omniquę præcedentium etiam artium exercitatione, cum logica coniuncta, exercitatam, ad mathematicas reliquasq; rerum artes, in quibus tamen eaſdem exercitationes celebret, deducendam esse P. Ramus, meo quidem iudicio, rectissimè sentit. *Quapropter cū logicæ in Prædicabilibus & Prædicamentis notiones affectionesq; non modo omninò imperfectæ & mutilæ, verumetiam vehementer confusæ, distortæ, improprijsq; documentis explicatæ sint, adeo vt illa fragmēta plurimum incipientibus difficultatis & impedimenti obijciant: prudenter mihi ij facere videntur, qui illis elementis præteritis, cum Cicerone, Rodolpho & Ramo iuuentutem recta ad Inuentionem introducūt. Etenim citius totam Dialecticam, quàm illa fragmēta, eorumque proprietates, distinctiones & obseruationes perceperit. In scholis tamen & Bibliothecis Categoriæ, vt omnia veterum monimenta, in quibus aliquid sit ad studia nostra momenti, eatenus conseruari*

Vide passim Scholas, & Orat. præcipuè pro phil. disciplina.

Categoriæ in bibliothecis.

debent, vt ad eos quasi fontes in contentionibus, altercationibus, aut comparationibus, cùm opus fuerit, recurratur: sed philosophia inde collecta interim pura veraque doceatur. Attamen quoniam & Categoriæ & Captiones sophisticæ nostro seculo à clarissimis viris, præstantibus suorum studiorum fructibus completæ & illustratæ sunt: ad varias eorundem cõmentationes intelligendas, prouectioribus discipulis illas, sed extra artem descriptas, non inutiliter subciſiuis horis explicari, & distinctis rebus ad artes tum generales, tum speciales comparari posse censeo. Neque enim tantum terminorum in Inuentione & Iudicio dißimilitudo, quantum Categoriæ & Captiones negotij Rameis discipulis facessere dicuntur.

Vide Scho. Dial. P. Ra. lib. 4.

Sed hæc de Categorijs è Scholæ nostræ disputationibus repetita sufficiant: reliquæ de singulis illis, earumque proprietatibus comparationes cum ex sequenti tabella vtcunque perspicientur, tum fortasse alius erunt temporis.

TABV.

TABVLA CATEGORIARVM AD LOGICAM ET RELIQVAS ARTES breuiter comparatarum.

E CATEG.	COMPARATIO.	
ANTEPRAEDICAMENTA sunt tres Definitiones, duæ Diuisiones, & duę regulæ.	*ANte prædicamenta nõ sunt legitima artis documenta, sed admonitiones quædam, per quarundam tum vocum definitiones, tum affectionum diuisiones ac regulas, Categorijs ad earum intelligentiam præmissæ, & vndecunque collectæ.*	
1. Homonyma seu æquiuoca sunt vocabula, quæ varias ac diuersas res significant, vt canis, taurus, &c.	*Dialectica tota est rationis. At illæ vocum definitiones non sunt rationis, sed sermonis. Ergo nec Dialecticæ, sed Grammaticæ, vel potius obseruationis extra Grammaticam: quæ etiamsi Logicæ beneficio, & vsp iam etiã troporũ arte, (vt canis de sydere*	1. Hæc propria & tarnslata videntur.
Syno-	hh 2 tran-	

E CATEG.

2. Synonyma sunt, quibus idem nomen, eiusque definitio conuenit, vt homini & boui Animalis definitio.

2. Sunt species vnius generis vel communis nominis, quod è logica rectè intelligitur, & hîc obscuratur.

Sed Synonyma etiam sunt Polyonyma, vel ισὸ δυνάμενα, multa idem significantia, Ensis, gladius, mucro.

Sic Synonyma vocat logicus paris et eiusdem significationis nomina.

3. Paro-

COMPAR.

translatè dicitur) fiat, tamen istæ Definitiones, quia non sunt interioris rationis, in Logica locum non habent, sed in Commentario seu Lexico. Nec enim ipsa Grammatica dictionum intelligentiam tradit, sed artem intellectis dictionibus benè vtendi.

Item homonyma illa & synonyma nil sunt Inuentionis, nil iudicij, nil igitur logicæ sunt artis.

Sic voces illæ nihil logici artificij habent: sed synonyma, vel partim sunt propria, partim modificata, vel si omnia sint propria, par in significatione ratio logicè spectatur: sed voces illas tradere ac definire logicæ artis non est.

Hac

E CATEGO.

3. Paronyma sunt nomina generis & originis eiusdem, vt sapientie sapiens, &c.

1. Diuisio. Quæcumque dicuntur vel simplicia sunt, vt Homo, scribo: vel coniuncta, vt, homo scribit.

COLLATIO.

Hæc vel Coniugata sunt, de quibus in generali Inuentione, vel nihil logici artificij habent.

Ergo hæc nominum Antepræd icamenta, vel generali logico & rhetorico artificio cognoscuntur, vel sunt Obseruatoris & Commentatoris extra artem, artis tamen beneficio explicata.

Consectarium est ex Grammaticæ & Dialecticæ partitione: quasi dicas, Quæcunque dicuntur, vel sunt simplicia verba, vel syntaxi coniuncta: &, vel sunt nuda argumenta, vel Axiomate disposita. Quorsum hoc, cùm aperte illis partitionibus expressum sit?

De Categorijs.

E CATEG.

Illud dici & prædicari, multas peperit distorras & mutilatas tautologias.

2.

Eorum quæ sunt, aliqua dicuntur de subiecto, quæ in subiecto non insunt.

1. Reg.

Cùm alterum de altero tanquam de subiecto dicitur, veluti de specie : quicquid de

COLLATIO.

Partitio est nec ad Inuentionem, nec ad iudicii necessaria, neque ideo catholica, imo genere sermonis planè commentitia, & ex quorundam argumentorum affectione distorta, quasi ita dicas, Quicquid est, id aut Substantia est, aut Accidens : quorum vtrumq; aut vniuersum est, aut singulare. Quorsum hoc? Certè in omnibus argumẽtorum generibus sunt distinctæ affectiones, & sic prædicandi, seu dicendi rationes.

Est quasi Maxima ficta & deducta è Generis et speciei definitione & affectione: quales Maximæ ferè innumerabiles è veris tum Inuentionis, tum Iudicij præceptis fingi possunt. Intellecta igitur in præceptis artis suo loco Generis natu-

ra,

E CATEG.

de prædicato dicitur, id omne de subiecto quoque dicitur: vt, Plato est homo: & quia de homine dicitur Animal, hoc etiam de Platone dicitur.

2. Reg. Diuersorum generum quorũ vnum ab altero non

COMPARAT.

ra, quod scilicet singulis speciebus æqualiter insit, imo quod nihil aliud sit, quàm vxor significans communem specierum essentiã: talia consectaria inde admonendo discipulos sua sponte fluunt, quod genus sit non modo proximæ suæ speciei, sed etiam inferioribus essentiale, deq; ijs dicatur, imò plus etiam intelligitur, nempe, cùm species suis formis communes essentias distinctas habeant; plus enunciari per proximum genus, quàm per remotius, seu per generis genus. Superuacanea igitur regula illa est.

Hæc regula ex superioris contrario ducta est, & in eodem numero etiam ponenda. Generis definitio docet eius essentiã esse in singulis speciebus: Oppositorũ

De Prædicamen.

E CATEG.

non continetur, diuersæ sunt species & differentiæ, vt Animalis & virtutis.

COLLATIO.

autem proprium est, re & ratione dissidere, ideoque non posse eidem attribui. Hinc iam colligitur, imo omninò perspicuum est, oppositæ genera, habere oppositas species ac differentias. Hactenus Antepræd icamenta, non quidem peculiaria Prædicamenta, sed tantum admonitiones ad talem doctrinæ rationem accommodatæ. Sed quoniam vocabulorum ratio & vsus Grammaticæ proprius est, significatio autem obseruationis, quæ tamen fit Dialecticæ beneficio: in Logica separatæ illæ de vocibus admonitiones peculiarem locum non habent, sed generalibus generalium artium præceptis manifestæ sunt. Diuisionum deinde istarum, & Regularum è logicæ partitione, & quorundam argumentorum affectione confusarum fructus è suis etiam fontibus rectius, & vnà cum alijs plenius hauriuntur. Tantùm Commentator & obseruator aliquid de varijs vocibus, quales in artium & bonorum auctorum explicatione plurimæ excogitatæ sunt, annotare poterit.

Res

E CATEGO.

PRAEDICAMENTA ipsa sic ex vniuersitatis rerum partitione constituuntur: Quicquid in rerum natura est, id dicitur ENS.

ENS diuiditur in Substantiam, & Accidens.

COMPAR.

Res vniuersitatis multò rectiùs in artibus distinguuntur: cùm in Categorijs tantùm ad quandam generum communionem distortè, in artibus ad suos fines & vsus propriè referantur.

RES, teste Valla, commodiùs ita absolutè quicquid est, significat. Logicè autem generalissima significatione, omnis simplex res seu ratio Categorema, *id est*, Argumentum *nominatur.*

Ista Entis diuisio in essentiam tantùm physicam, & in eius Accidentia, nec purè logica, nec certæ alicuius artis propria, sed peculiari proposito ex vniuersæ philosophiæ rebus & ex quibusdam argumentis, subiecti præcipuè & adiuncti affectione distinctis, confusa est.

De Categorijs. II.

1. *Nam logicè primùm pro Entis diuisione ideo vera non est, quod & Essentia logicè causarum vi constituta, sit non modo physici, sed cuiuscunque etiam entis, & Accidentia non modò in physica essentijs per se constantibus, sed etiam in Grammatica, Rhetorica, Logica, Arithmetica, Geometria, & in ceteris artibus, rebus illis subiectis attribuantur, & denique quod essentiæ nomine Caussæ & Subiecta, Accidentis verò effecta, adiuncta, relata, quædam comparata & etiam subiectum loci, confundantur. Itaque etsi Accidens proprium argumenti nomen non est; tamen multò iustiùs aliàs ab Aristotele, cuilibet Subiecto opponitur, quàm hìc eiusmodi essentiæ physicæ.*

2. *Deinde nec ideo certæ alicuius artis hæc distinctio est, quod ex omni philosophia & res præcipuas, & argumenta quædam in decem classes dispertiat. Ergo nec Logicæ pars, nec peculiaris ars hìc est; sed talis naturarum physicarum & theologicarum à præcipuis suis Accidentibus separatio, vt Essentiæ classis res physicas, Accidentium classes, res aliarum disciplinarum, quæ physicis naturis attribuantur, & quidem singulæ Generum, specierum, ac differentiarum affectionibus vtcunq; illas complectantur.*

Sub-

E CATEG.

SVBSTANTIA seu Essentia, οὐσία (quam Cicero naturam nominat) est ens, quod re vera proprium esse habet: vel, est res per se constãs, & sustinet accidẽtia.

COMPAR.

Hæc theologica & physica eius, quod per se subsistit, definitio quædam, prologica, omni enti & non enti communi essentia nimis angusta est, vtpote è speciali arte, multis gradibus interiectis consequente, in antecedentem generalem valdè præposterа heterogenia retracta & inducta; & sic οὐσία *ab Aristotele aliquando vsurpatur. Sed logica etiam* οὐσίαν *generatim considerat in omni ente & non ente, quæ propriè caussa dicitur, & nominatim Materia & forma, è quibus cuiusque rei essentia constat: quomodo etiam* οὐσία *ab Aristotele aliquando accipitur. Quidlibet autem logicum est entis, & non entis. Sed essentia ista categorica non est entis & non entis: quia Qualitas non est talis essentia, quia relatio non est talis essentia, quia quidlibet reliquis categorijs comprehensum, non est talis essentia. Quare categorica hæc essentia non est logica. Et quoniam nec vocabulum hîc logici*

De Prædicamen. I.

οὐσία, ὑπόστασις. Substãtia.

Logica essentia.

Categorica essentia non est logica.

logici conceptus seu affectus est, nec res ipsa ad logicam pertinent: hæc Categoria aquißimè à logica ad physicam reijcitur: οὐσία autem logica & generalis in causßis constituitur: rerum physicarum hæc distributio, Logicæ distributionis exemplum est: Vox autem vel doctrina logici conceptus & affectus hic nulla est.

Phil. Mel. ait plerasq; non esse magni momenti.

Proprietates *Substantiæ.*	*Sunt fere negationes, nihil admodum docentes, nec legibus congruentes.*
1. Nulla substantia est in subiecto.	*At est in Subiecto loco: Et color eiusq; definitio est in aliqua re subiecta. Falsa igitur.*
2. Substantia nihil cõtrarij per se habet.	*At homo & bestia sunt substantiæ essentialibus formis, rationali & irrationali contrariæ, duæ scilicet species sub eodem genere. Falsa igitur & hæc, atq; contra legem, catholicam etiam communis.*
† 3. Substantia eadem permanens, recipere potest, temporibus diuersis, affectiones contrarias,	† *Hoc certè omnium est, oppositorum proprium est, non posse eidē attribui, secun-*

E CATEGO.

rias, vt aqua calorem & frigus.

4. Substantiæ ea natura est, vt neque magis neque minus suscipiat.

Substantia est duplex: Prima & secunda.

† Prima est indiuidua, quæ sub sensus cadit, vt Petrus, Cato, Bucephalus, &c.

Secun-

COLLAT.

secundum idem, & ad idem, & eodem tempore. Verum igitur hoc sit, sed etiam ceteris commune est: nec enim quantitas cõtinua vel discreta potest esse par vel impar, nec qualitas bona & mala eodem tempore.

4. Verum hoc etiam sit, sed tamen postea cum Quantitate sit commune.

Itaque nec falsa, nec communia substantiam rectè describunt.

Hæc distinctio in vocabulis grammatica est, Proprij & appellatiui: in rebus est Indiuiduæ speciei & generum superiorũ: ideoq; non substantiæ propria, sed omnium entium imò & nõ entium communis.

† Est proprium nomen, & Indiuidua species.

Est

De Categorijs.

I.

E CATEG.	COMPARAT.
Secunda est genus & species.	*Est nomen appellativum & genus vel species qualibet supra individuam.*
8. Proprietates. Prima significat, hoc aliquid, id est, rem quæ sensui subijci & digito monstrari potest.	*Tautologia est ex individui definitione, quæ satis docetur, individua significare singularia & propria.*
2. † Secunda de ptimis synonymus, hoc est, & nomine & ratione eâdem prædicatur, vt Homo de Catone & Aristotele, &c.	† *Tautologia est ex Generis definitione, quod definitur partibus essentiale, cuius videlicet essentia æqualiter in singulis speciebus inest, ideoque ita de singulis etiam dicitur, vt Cato est homo, Aristoteles est homo.*
II. Substantia est corporea vel expers corporis. Corporea est simplex vel concreta, &c. Vide Schema seu tabu-	*Hoc logicæ generis in species & differentias distributionis exemplum est, in rebus theologicis & physicis: Itaque vt distributionis doctrina in logica, sic*

De Categorijs.

tabulam Substantiæ.

II.

QVANTITAS, ποσότης, est rerum dimensio atque dinumeratio: cui omnia, quæ magnitudinem, multitudinẽ, extensionem, contractionem, paucitatem, paruitatem significant, itemque omnia ponderis & mensuræ genera subijciuntur.

sic rerum doctrina in sua arte, vt hæc in physica, propriè debet & perfectè potest explicari.

Hæc Geometricæ & Arithmeticæ Quantitatis descriptio quædam est, quæ pro generali logica nimis angusta, vtpote ad certas res adstricta est; ideoque logicæ quantitatis hæc exemplum quoddam, non genus ipsum fuerit.

Logica enim quantitas est quiduis quantum, etiã in rebus incorporeis, ipsisq; adeo qualitatibus, vt in virtutibus & vitijs, imo & in non entibus.

Quantitatis autem, vt & Qualitatis exempla simpliciter spectata, sunt Adiuncta: sed Quantitas & Qualitas comparatæ, sunt genera comparationi sub-

II.
ποσότης.
Quantitas.

Attri-

E CATEGO.	COLLATIO.
ATTRIBVta Quantitatis.	*subiecta: ideoq; ampliſsimè à Petro Ramo in Comparatione illuſtrata ſunt.*
1. Quantitas nihil habet contrarij.	*1. Falſum eſt: quia multum, paucum: magnum, paruum, cadunt in quantitatem: quæ aduerſa ſunt, non relata. Eſtque etiam commune hoc attributum cum Subſtantia, vt & proximum.*
2. Non ſuſcipit magis aut minus.	*2. Falſum ſimiliter eſt. Nam quamuis longitudo, altitudo, multitudo non ſuſcipiant magis & minus, attamen longius, latius, altius, plus dicimus: & longiſsimum, latiſsimum, altiſsimum, plurimum.*
3. Ratione quantitatis res æquales, inæquales, pares, impares dicuntur.	*3. Si logicè quantitas ſumatur, rectè inde æquale vel par & impar quidpiam dicitur: ſin geometricè & arithmeticè, vt hic, tum nimis anguſtè ſumitur, quòd vſus rationis etiam qualitati illud par & impar*

Secun-

E CATEGO.

4. Secundum quantitatem res in partes distribuuntur.

QVANTITAS est continua, vel disiuncta, seu discreta.

III.
QVALITAS est secundum quã qua-

COMPAR.

partribuat, vt cùm par vel impar eruditio, dignitas, virtus, &c. dicitur.

4. At Grammatica, Rhethorica & ceteræ artes etiam in partes secãtur: quæ tamen non in Quantitate sed in Qualitate ponuntur.

Quantitas ex Geometriæ & Arithmeticæ subiectis & materijs, vt sunt, Geometriæ linea, superficies, corpus; Arithmeticæ, numerus, præcipuè hic diuiditur: quibus è Logica Locus & Tempus, è Grammatica & Rhetorica Oratio in syllabarum quantitate & pedibus admiscẽtur. Ita hæc Categoria ex quinque artibus quãtitates suas collegit.

Hæc definitio etiam singularum Categoriarũ differentijs conuenit, ex quibus

De Categorijs.

II.

III. Qualitas.

E CATEG.	COLLAT.
quales esse dicimur. vel: Est forma, per quam substantia est efficax, seu quemouet sensus.	bus item quales esse dicimur, vt homo est rationalis: Linea est recta &c. quemadmodum & ex materia, subiectis, adiunctis, & comparatis, vt homo est terrenus, carnalis, germanus, pius, similis bullæ, &c. Vel etiã descriptiones Qualitatis exempla tum formæ in corporibus, tum animi corporisq; adiunctorum, vnde præcipuè aliquis dicatur qualis, confundunt. Et quoniam à Qualitate logicè sumpta, quidquis simile vel dissimile dicitur: hæc etiam argumenta hîc obscurius comprehenduntur. Res igitur hîc sunt logicis locis longè inferiores & specialiores: quæ ad animum & corpus relatæ, eorum formæ vel adiuncta sunt; inter se autem oppositæ, vel comparata, in aliquod dissentaneorum, vel comparatorum genus cadunt. Et quoniam Qualitas res & exempla non vnius alicuius generis seu artis, sed diuersarum complectitur; ideo nec veritatem, nec nomen Categoriæ sustinet. Neque enim res diuersorum generum possunt ab vno genere, per media, ad infima exempla deducta partitione categoricè describi. Vide li. 4. Sch. Dial. cap. 9.

De Categorijs.

1. At

E CATEG.	COMPAR.
Proprietates.	
1. Qualitas habet contrarium.	1. *At non omnis: quia rubro nihil est contrarium.*
2. Suscipit magis & minus.	2. *At non omnis: quia figura magis & minus non dicitur. Imo addubitat Aristoteles, an Qualitas omninò magis & minus dicatur, vt iustitia & grammatica: quod iustior & γραμματικώτερος quidem dicatur, sed non magis aut minus iustitia.*
3. A qualitate simile vel dissimile dicitur.	3. *Rectè, à qualitate logicè sumpta simile vel dissimile dici in logica docetur: cui & conuenienter Aristoteles in Topicis loquitur, cùm simile & dissimile facit communem rationem omnis quæstionis; itemq; cùm similitudinem & dissimilitudinem esse primas entis differentias dicit in Phil. lib. 4. cap. 2. & lib. 11. cap. 5. Imo ibidem 14. cap. quinti, ait, qualitatem esse, qua cuiusq; essentiæ differentiæ & affectiones nominantur. Atq; ita logicè qualitas in quaslibet res cadit; categorica non item: ideoque etiam à Differentia seu forma cuiusque categoriæ, non solum à Qualitate categorica similia dicuntur.*
SPECIES qualitatis sunt 4.	*Species 4. nominib. octo distinguuntur, sed tamē ab Aristotele sine definitionibus confunduntur.*

Nec κατὰ παντος, nec propria, sed cōmunia sūt illa accidētia.

E CATEGO.	COMPAR.
1. Habitus ἕξις est qualitas cõparata ex crebris actionib. in hominibus. Dispositio dicitur tãtùm inchoatus habitus.	*Si in hominibus tantùm est: certè non est Categoria κατὰ παντος; sed est quædã inferior specialiũ aduncторum distinctio, quæ natura, doctrina, & exercitatione comparantur.*
	Habitus logicus est Priuationis oppositum: Aristoteli est etiam peculiaris Categoria, complectens quædam circumstantia adiuncta. Alias alia etiam adiuncta significat.
	Quæ nominatim de habitu Intelligentiæ & Voluntatis traduntur, ea physica sunt, & ad naturam animæ pertinent.
De Prædicamen. 2. Naturalis potentia & impotentia, vt vires substãtijs innatæ.	*2. Modus naturæ efficiendi è logica, generali significatione, sed è physica speciali descriptione, indidemque aliæ etiam naturales affectiones, quæ logicè vel ad formam vel ad adiuncta pertinent, hîc permiscẽtur.*
3. Passio & passibilis qualitas.	*Affectus seu perturbationes, itemq; sensuum obiecta, quæ hic comprehenduntur, sunt res physicæ, sed*
4. Figu-	

E CATEGO.

4. Figura & Forma, propriè modus est aut positus quantitatum, vt triangulum, &c.

IV.

RELATA, τὰ πρός τι, sunt, q̃cunq; hoc ipsum quod sunt, aliorũ esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud.

COMPAR.

sed Logica affectus illos Adiuncta animæ, & obiecta hæc sensuum subiecta nominat.

Hic Forma, logica caussa, quatenus ea in corporibus est physicè vel artificiosè, cum quibusdam adiunctis permiscetur. Logicè docetur omnium omninò rerum suas formas esse.

Relata, & nomine, & reipsa Logicæ Inuentionis argamentum, duobus in arte præceptis contenta sunt, definitione, & proprietatis explicatione: vide Dialecticam ipsam li. 1. ca. 14.

IV. Relata.

Aristotelica Definitio falsa adiectione ita conturbatur, vt fere omnes argumentorum affectiones earumqúe differentias permiscеat. Argumentum ipsum affectione definitur, quod ea & argumentum arguat, & omnia eius genera distinguantur. Itaque quot sunt affectionũ differentiæ, tot sunt & argumentorum genera, vt hæc per illas diuidantur in Artificialia, Inartificialia, & ita deinceps, quia talem affectionis vim habeant.

In vnoquoque igitur argumentorum genere propria affectionis vis, ratio & differentia est, vt primum in Consentaneis *consentanea, & hæc vicissim vel absoluta, vt Caussa ad Effectum; vel modo quodam, vt subiecti ad adiunctum; deinde in* Dissentaneis *dissentanea, & quidem hæc vicissim per species distincta: tum in* Comparatis *comparata: quarum aliquas deinceps vel simpliciter nominibus repræsentant & imitantur, vel symbolicè coniungunt & componunt orta argumenta. Affectio itaque caussæ & effecti est, quòd illius vi hoc existat, subiecti & adiuncti, quod illi hoc præter essentiam adiungatur. Dissentanei & Dissentanei, quod alterum ab altero dissentiat, vt Diuersum ratione tantùm, Oppositum re & ratione simul: & hoc vicissim Disperatum vnum à multis, Contrarium vnum ab vno, & hoc rursum tum* affirmatum *ab* affirmato, *nempe vel duo, quorum alterum ita, quasi caussæ vi, constat è mutua alterius affectione, vt in eadem respectus sit contrarius, vt in patre gignendi & imperandi, in filio nascendi & obediendi: vel duo omnino aduersæ, infestæ, & è regione pugnantis naturæ: tum* affirmatum *à* negato, *nempe vel affirmata quælibet ratio ab expressa eiusdem negatione, vel affirmatus habitus ab eiusdem priuatione. Postremò affectio comparatorum est, quod alterum habeat cum altero vel quantitatem parem, impareмve, vel qualitatem similem vel dissimilem, &c. Atque ita vnumquodque argumen-*

ti ge-

De Categorijs.

Relata.

Aduersa. Contradi.

Priuant.

Compara.

ti genus suam habet peculiarem affectionis rationem: Affectionis autem, vt & Argumenti nomen latißimè patens, eas rationes omnes complectitur: Relatio verò à Logicis omnibus ad eam contrariorum speciem nominatim est accommodata, quæ mutua affectione constant ac nominantur: quæ quidem non propriè sunt causſæ & effecta, sed peculiaris quædam in ijs, eaque mutua occasio & quasi causſandi vis ac ratio consideratur. Nunc totum inueniendi ac rés & voces considerandi artificium in distinctis illis affectionibus positum est: quare cum illæ Relatorum vel Categoria vel loco, vt fit, confunduntur, magna difficultas & obscuritas inducitur. Quoniam in ijsdem etiam rebus & consensio & dissensio per consentanea & dissentanea, eorumque symbola spectari potest: ita fit, vt Relatio specialis ac dissentanea etiam in vnumquodque argumenti genus incidat: quatenus videlicet vnumquodq; argumẽti nomen, ab altero, ad q̃ respicit vim suam ac denominationẽ habet; sed manet tamen passim propria generis cuiusque affectio, qua ipsum valet & arguit in suis exemplis. Itaque omnino necessarium & expeditum est, vnumquodque argumenti genus sua propria affectione considerare, nec in Relatione omnes respectus confundere, sed eandem suo artificio in omnem mutuam contrariæ facultatis affectionem accommodare.

Affectio latissimè patet.

Relatio specialis est.

Vide infra reg. 4.

De Categorijs.

E CATEG.	COLLATIO.
PROPRIETATES.	
1. Relationi est aliquid contrarium, vt virtuti vitium,	1. *At interpretes monent non omni, sed ei tantùm, quæ ex Qualitate oriatur. Ergo cum veris Relatis etiam alia hîc contraria confunduntur. Virtus vitio aduersa est, & absq; vlla huius Relatione in Ethicis definitur. Relata autem & aduersa sunt distincta Contrariorum species.*
2. Relationi magis & minus inest, vt, Simile simi lius.	2. *At non omni, sed ei tantum quæ Qualitatis est aiunt interpretes. Nec hæc Oppositionis relatio, sed similium affectio est, &c.* *Ergo nec κατὰ παντὸς, & tamen cum Qualitate etiam communia illa duo sunt.*
3. Relata reciprocantur, & conuertuntur.	3. *Hæc veræ relationis propria est, & tum eius definitione, tum adiecta proprietatis regula explicatur, lib. 1. cap. 14.*

Re- Hæc

E CATEGO.	COLLATIO.
4. Relata simul sunt natura.	4. Hæc similiter propria est, sed tautologa, qd eadem regula continetur. Attamen Aristoteles negat omnibus conuenire, sed incommodis & falsis exemplis. vide Rami Scholas.
5. Hinc qui alterum perfectè nouerit, & reliquũ nouerit.	5. Idem dicitur, seu consectarium & fructus præcedentium exprimitur.
REGVLAE quædam.	I.
1. Nomina alia dicuntur absoluta, alia relatiua.	Non est Relationis propria, sed distinctio communis, inter absoluta, & affecta, scilicet logico affectu considerata. Itaque nec ad inuenendum, nec ad intelligendum Relata, necessaria hæc regula est. Absolutè autem res tantùm sunt, sed per affectum explicantur. Quanquam etiam dum res singulæ sunt, aut nominantur, aliquis respectus ijs videtur adhærere, vt logica affectionum Inuentio & ad naturam & ad vsum rerum sit accommodata.
2. Omne relatiuum versatur inter	2. Interpretum hæc logica Aristoteli incognita,

De Categorijs.

E CATEG.	COMPARAT.
ter duo, quorum alterum vocatur fundamentum, alterum terminus: Inter hæc relatio est ipsa applicatio seu ordo fundamenti ad terminum.	*& in legitima arte supervacanea est. Ipsa Relatorum Definitio docet, Relata esse duo, itemque inter ea esse mutuæ affectionis respectum, seu quasi alternatem ac retro vicissim commeantem reciprocationis progressum & regressum. Hanc reciprocationis vicissitudinem placuit ita interpretibus exponere: quæ tamen nouum præceptum non gignit. Et in scrupulosa hac Logica quædam Relationi tribuuntur, quæ ad eam nihil attinent, vt de Baptismo,* Remitti peccata,& tãquam ablui sanguine filij Dei, *est Actionis illius finis ac affectum, non relatum, &c.*
3. Reg.	*3.*
Tenendæ sunt duæ definitiones Relatiuorum, vna Platonica, altara Aristotelea, &c.	*Tenenda certè in arte vera definitio: sed supra dixi, appendice seu falsa adiectione veram definitionem ab Aristotele ita conturbari, vt omnes logicarum affectionum differen-*

Alia

tia confundantur. Alioquin parum aut nihil inter Platonis & Aristotelis definitionem interest.

4.

Alia relatiua sunt secũdum dici, alia secundum esse.

4.

Constituta vera Relatorum Definitione, hæc regula aliena est: quod secundum dici non sint vera relata, sed alius affectionis argumenta, vt Amor & res amata, est adiunctum & subiectum occupans, vt & Fiducia, & id quo nititur, &c. Attamen si tu non tam horum consensionem, sed oppositionem spectes, relatio ex artis symbolis in ea incidit, dum dicis, Amorem esse adiunctum, rem amatam subiectum eiusdem; ideoque non esse idem. Sic enim in omnibus rebus & consensio & dissensio diuersis instrumentis spectatur.

5.

Cuilibet relatiuo respondet suum correlatiuum.

5.

Satis è definitione intelligimus, esse duo, quæ sint mutuæ & reciprocantis affectionis; ideoque alterum absq; altero esse, aut intelligi non posse. Quod vtrunque aliquando

Fun-

De Prædicamen.

do vno nomine tur vocabulo, vt, Hospes, frater: id sermonis & linguæ, non logicæ est.

6. Fundamentum vocatur Materiale relationũ, formale dicitur ipse ordo ad terminũ, &c.

6. Applicatio est Materia logicæ & Formæ ad Relationem, quibus huius vis & certa ratio explicetur. Nã cùm Relationis nomine omnium ferè argumentorum affectiones confundantur: hic varia exempla solent poni, ad quæ penitus explicanda, (quia multa complectuntur) quoniam Relationis doctrina non sufficit, sic alij quidam loci applicantur. Vera autem Relatorum exempla ipsorum definitione & proprietatis regula satis explicantur: reliqua multò luculentius è generali Inuentione eorum, quibus constant, argumẽtorum artificio, quàm hac specialiter contorta doctrina retexuntur. Attamen hæc ad doctorum hominum scripta intelligenda facilè quasi Commentarij vice cognosci poterũt. Materiale & Formale sic nominemur: sed materia & forma, in qualibet re, generali suo artificio rectè agnoscuntur. Ego verò in Relatis materiam potius dicerem eam rem, ex qua vtrumque relatum sit, quæ est potius incorporea, nempe iuris & ratio-

lib. 1. ca. 14.

nis;

nis; formam verò mutuam illam affectionis reciprocationem; quæ nominatim etiam in vnoquoque exemplo peculiaris quædam est. Res autem vel personas, quibus relata attribuuntur, rectius subiecta, vt Cambyses est filius, vel Caussas efficientes, vt Plato docet, Aristoteles auscultat, &c. nominarem.

7.

Sæpissimè omnes linguæ vtuntur relatiuis loco absoluti, seu loco fundamenti.

7.

Admonitio rhetorica est, de proprijs vocibus per tropos commutandis: Neque etiam exempla hic pleraque sunt verè relata, vt tēperamentum, & qualitates, Voluptas & conuenientia actiones ac naturæ. Itē massa & conspersio. Item peccatum, & res damnata, maledicta ac abiecta: sed sunt caussæ & effecta, subiecta & adiuncta, consentaneis affectionibus: quæ tamen, quatenus suorum generum exempla sunt, horum in illa accommodatione vt relata oppoñi possunt, vt Massa est ipsum subiectum, Conspersio adiunctum. Ergo nec idem sunt, nec hæc illa est, &c. Itaque 2. Cor. 5. peccatum priore loco propriè, altero (fecit Christum peccatum) per metonymiam effecti ponitur, &c.

De Categorijs.

8.

Relationum aliæ sunt reales, aliæ rationis.

8.

Talis distinctio ad relationes nihil attinet: quæ vndecunque sint

sint constituta vel profecta (quod Caussis inquiritur) eandem vim habent. Rationis autẽ differentia, realis & naturali oppositæ, logicè Diuersorum *locum ab* Oppositis *distinguit.*

Genera Relationum.

In Relatis non sunt res summi generis, subalternorum, & infimorum. Ergo nec genera hic categoricè ordinari possunt, nec est vera rerum Categoria.

Confundũ tur aliorũ argumentorum affectiones & præcipuè Comparatorum, atque etiam aduersorũ.

Relatiuorũ alia ex Substantia, alia ex qualitatibus, alia ex quantitatibus oriuntur.

Hæc quædam distinctio est fontium, vnde dicuntur manare Relationes, non Categorica Relationis à summo genere, per media, ad infima distributio.

Alij.

Petuntur hæc affecta seu cõnexa ex omnibus ordinibus, &c.

Cùm Relata definieris, & proprietatis regula explicueris: nihil præterea quod dici possit, aut necesse sit, habebis.

Vnde relationes oriantur, nihil attinet ad eorum artificium inquirere: sed affectiones omnium argumentorum nosse, & quatenus in eas etiam opposita relatio cadat, huiusq; artificio consideretur, videre, logici proprium est.

Vt res ipsæ, ita & earum relationes sunt in suis disciplinis: quæ logicis affectuum generibus distinguuntur.

Itaque verius dixeris, affectiones in singulis argumen-

gumentorum generibus esse proprias: easq; in res omnes cadere: Relationem autem oppositionem esse peculiarem, quæ propter mutuam denominationem & in ceteris affectionibus lateat, et in earum etiam exempla accommodari possit, nempe cùm in his generum affectio distinguitur, vt Caussa & Effectum relata sunt propter mutuam denominationem contrariorum vim complexam: sed & sutor ac calceus, nempe propria affectione, caussa & effectum, relationis vim habent, quatenus ille caussa, hic effectus est, et non contrà. Res autem ipsæ, in quibus & affectiones, & relationes peculiariter versantur, petuntur è suis disciplinis. Itaque cùm sic argumentorum omnium affectiones à peculiari Relatorum affectione distinctas cognoueris & exercueris, mirabilem lucem experieris.

De Categoriis.

V. ACTIO.

AGERE seu facere est vim suam in rem patientem inducere.

Itaque hic collocantur verba, & nomina verbalia significantia motum.

ACTIO. V.

Actio est effecti modus aliquis, nempe ipse motus in efficiendo: cum alioquin Effectum etiam rem motu factam logicè significet.

Omnis actio seu motus, & res motu facta, itemque verba vtrumque significantia, sunt Effecta, & Effectorũ definitione intelliguntur & explicãtur. Atq; ita omnino Motus est res logica.

Actio.

Proprietates.

Actio,

Cõmunia hæc sunt cũ superio-

E CATEG.	COMPAR.
Actio, vt & Passio, contrarium, itemque magis & nus recipit.	perioribus quibusdam: ideoque non propria. Sed Oppositorum & Comparatorum Categoriæ logicæ, in omnibus contraria & imparia satis considerant.
Tabula. Actio seu effectio alia naturalis, alia volũtaria. 1. Naturalis, vt Generatio.	Hæc distinctio & Efficienti, non Effecto competit; quia in efficiente eius vis & variatio est. Generare & generatio procreantis caussa effecta sunt: sed in physicis nominatim, quid quæq; res generet, exponitur.
Corruptio.	Corrumpere & corruptio, vt & res corrupta corrumpentis caussæ effecta sunt, vt generali Effectis lege docetur lib. 1. cap. 9. Itaque nihil nouæ doctrinæ habet.
Augmentatio. Diminutio.	Est maior quantitas, & contra minor: ideoque imparium artificio non modo in naturalibus, sed in omnibus etiam rebus agnoscitur.
Alteratio.	Est adiunctorum dissentaneorum mutatio & expulsio: quæ sic dissentaneorum lege, quod eidem non attri-

attribuantur, significatur, lib. 1. cap. 13.

Motus Localis est, quo subinde aliud spaciuni occupatur.

Locus subiecti logici exemplum est: cuius mutatio tum per se, tum dissentaneorum lege intelligitur.

Sed & illi motus omnes, sunt effecta suarum causarum, nempe generantium, corrumpentium, augentium, diminuentium, alterantium, loco mouētium, & inter se sunt opposita.

2. Voluntariæ sunt.

Tum Intellectus.

Tum voluntatis.

Rursus actiones voluntatis vel sunt Oeconomicæ, vel Politicæ, vel Ecclesiasticæ, &c.

Hæ physicæ sunt Animæ facultatis diuisiones: quæ logicæ artificio ex illâ suâ arte discendæ sunt, & logicè Naturæ & consilij modo distinguuntur.

Hæc similiter non logica, sed ethica & theologica est è rebus subiectis actionum diuisio: qua ratione non modo actiones, sed & causas, & cetera argumenta diuidi; imo ex omnibus artibus tales distinctiones institui queant, &c.

De Prædicamen.

VI. Passio.

PERPESSIO est accómodatio patientis, ad id q̄ efficit, &c.

Passio vel pati logicè adiunctum est: quia præter essentiam accedit; & adiuncti definitione facilimè intelligitur.

VI. Passio.

	E CATEG.	COMPAR.
VII. Vbi.	VII. VBI. VBI est ordo, qui locorũ descriptionem complectitur, &c.	Vbi *est aduerbiũ interregandi de Loco, & sic* Locum, *qui logicè est* Subiecti *exemplum, indicat.*
IIX. Quando.	IIX. QVANDO. QVANDO continet temporũ differentias, &c.	Quando, *interrogatio est de Tempore, quod est in Adiunctis: est q3 omnino Tempus, vt & Motus res Logica.*
IX. Situs.	IX. SITVS. SITVS significat statum seu positũ corporis & partium eius.	Situs *ad subiectum loci pertinet: quia est Loci σχοις status, comprehensiõ, & quasi positura, qua ille comprehendit rem locatam.*
X. Habitus.	X. HABITVS. HABITVS hoc loco significat vestitum.	Habitus *est particula Adiunctorum secundi modi, quæ videlicet extrinsecus subiectum attingunt & circumstant.*
De Categorijs.		
III. Postprædicamenta.	III. POSTPRAEdicamẽta sunt vocabulorũ aliquot ambiguorum enarrationes, videlicet	Postprædicamentorum *vocabulum est inerudite excogitatum, ait Philippus, & sanè complectitur tautologias & quisquilias, tum locorum quorundam*

E CATEG.

licet, Oppositionis, Prioris, posterioris, simul, habere.

1. Conuenientia seu vnitas & identitas præponitur Oppositioni.

Conueniunt seu eadem dicuntur genere, specie, aut numero.

2. Pugnantia sunt vel Differētia vel opposita.

COLLAT.

rundam logicorum, vt Oppositorum, tum fructuum aliorum quorundam argumentorum: vbi etiam sunt Hysterologiæ quarundam rerum è Categorijs.

Rectè, Consentanea præponuntur Dissentaneis: Cōuenientia autem seu vnitas illa nihil nouæ doctrinæ habet, sed est argumentorum consentaneorum, indeq; ortorum affectio & fructus. Vide Dial. cap. 11.

Imò simpliciter causis, effectis, subiectis, & adiunctis, deinde eorum symbolis. Vide etiā infra ad cap. 18.

2. Dissentanea in Diuersa & Opposita; hæc autē in Disparata & Contraria rectius diuiduntur: quæ sunt omnis diuersitatis seu differentiæ instrumenta. Differentia ista confunduntur fructus Oppositorum, & tamen hic, vt contrarium genus, hic opponuntur.

De his etiā in Dialecti ci Instrumentis, itemque in Locis præcipitur. Modi illi loquendi è categorica generum ordinatione deducti sunt: sed vsui conuenientius dicimus, Cōsentire, vel eadem esse materia,

	E CATEG.	COMPARATIO.
forma, &c. vel eandē habere materiam, formam, &c.	Alia numero, alia specie, alia genere differunt.	*Imò dissentaneis affectionibus quælibet, non genere aut specie vel numero differunt, sed potius genera differunt, species differunt &c. vide Dial. cap. 17. lib. 1. & infra ad illud caput Disputationes.*
De categorijs.	Oppositа sunt relata, aduersa, priuant. contrad.	*Nimis anguste: quia Oppositа etiam disparata complectuntur.*
	3. Prius & posterius quinque modis dicuntur.	*Sunt tum Adiuncti temporis, & subiecti loci, tum dignitatis & præstantiæ impares comparationes, tum naturales causæ effectiq; subiecti & adiuncti, & sui Totius & partium affectiones: quæ logicis iisdem præceptis continentur, nec hāc nouam præceptionem requirunt.*
	4. Simul sunt tempore & natura.	*Temporis illa par comparatio est: natura simul quæ sint, etiam argumentorum legibus constat, vt Dissentanea, &c.*
	5. Mo-	Motus

E CATEGO.	COMPAR.
5. Motus species,	*Motus Effectum omnino est: vnde etiam in Actione ponitur.*
6. Habere in omnibus linguis latè vagatur, &c.	*Habitus est supra Categoria adiuncti vestitus: hic autem quisquiliæ significationum à logica alienæ, quales nullus obseruator in Lexico notauit, colliguntur.*
	Postremò additur à quibusdam Admonitio *de proprijs, modificatis & figuratis distinguendis: quæ è Rhetorica hausta, in præceptis logicis locum non habet.*

Satis itaque apparet, vt Prædicamenta sunt quasi classes & partitiones rerum vniuersitatis, verbis expressarum, & cum quibusdam argumentorum generibus confusarum: sic Anteprædicamenta & Postprædicamenta esse quasdam admonitiones & declarationes, tum vocum, tum quarundam in quibusdam argumentis affectionum: quibus & Prædicamentorum ratio nonnihil explicetur, & defectus compleatur. Sed quoniam & manca ea omnia sunt, & valdè confusa ac intricata: multò perfectius, expeditius & commodius, tum instrumenta è generalibus, Conclus. Prædicam.

lbus, tum res ipsæ è specialibus artibus, quàm exillis fragmentis petuntur & exercentur.

APPENDIX.

Defini. Diuisio.

Aristotelei his Tractatum de Definitionibus & Diuisionibus (quod Aristoteles non fecerat) subiungunt; sed quia illæ sunt generalia argumenta, & quidem orta; cõmodissimè etiã in generali Inuentione, suo loco semel traduntur, vt ab Ramo li. c. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

De Diui. argumen. 12. Q.

12. Q. An Artificialis argumenti deinceps continuatæ Definitiones & Diuisiones sint accuratæ.

Affirmatur à definiendi & diuidendi lege.

SI & Definitiones illæ caussis essentialibus, & Diuisiones oppositis formis reciprocè constant: certè accuratæ sunt.

At primum. Ergo & postremum.

CONTENTIO.

Oppug. Diuis. in primum & ortum.

PAED. SI *argumenta à primis orta, eandem cum ipsis affectionem & vim habent: quomodo primum & ortum in diuisione artificialis contrarijs formis differrunt? Eadem enim non sunt contraria. At orta cum primis eandem affectionem habere ex ipsorum definitione intelligitur. Quare efficitur, prima & orta habere cognatam, non contrariam affectionem & formam, ideoque nihil differre.*

propug.

DISC. *Fallaci argumento veritatem oppugnat, dum quæ in rebus consentanea sunt, ab ijs non distin-*

guit,

quis, quæ in ijsdem dissentiunt. Propositionem itaque nego, & sic consensionem à dissensione distinguo: Affectione & vi arguendi consentiunt sed origine & ordine affectionis dissentiūt. Contraria enim sunt primum, & non primum, seu primogenium & ortum ac deriuatum. Prima natura præcedunt, suamq; ex sese originē habent: Orta sequuntur, & primorum affectionē alijs, & quidē symbolicis nominibus, nouaq; via inueniendi referunt. Quare cùm ea differentia in Artificialibus insit, ex ijs in prima & orta rectè diuisa sunt.

Oppug. Diuisionis Primi.

PAED. Porrò tum Notatio & Conugatio, tum totum partesq; ac Definitum & Definitio, imo etiā Testimoniū & res testata, simpliciter spectantur; Dissentanea autem, & Comparata, non modo in prima consentanea, verumetiam in omnia orta, imo etiam in testimonia, quando ea opponuntur & comparantur, incidunt. Ergo primum non rectè in Simplex & Comparatum distinguitur: imò Dissentanea & Comparata potius orta etiam argumenta fuerint.

Propug.

DISC. Orta suorum parentum affectionem sequuntur, ideoq; quod simpliciter etiam considerantur, id non ipsorum proprium est; sed à parentibus deriuatum. Porrò in Dissentaneorum & Comparatorum doctrina ac definitione, non in quæ incidant, sed quam affectionem, & vim arguendi habeant, spectandum est. Sic enim tota Inuentionis ars ex generali Argumenti definitione, quæ argumenti affectione ad aliquid constat, non è rebus subiectis instituta est. Quare, cùm Dissentanea & Comparata propriam, eamq; primam, non aliunde deductam

Assum.

De Diui. argumen.

Prop. relata. ac pendentem affectionem habeant (nullum enim ex precedentibus, in dissensione & comparatione positis est) rectè in primis argumentis numerantur. Sed & eorum in Logica Ramea ordo ad rerum naturam, respectumq; accommodatus est. Simplici Consentaneo opponitur ordine simplex dissentaneum, & vtrique Comparatum, quæ omnia prima sunt, nempe prima, & propriæ originis atque affectionis. His deinde ortu suo loco & ordine subiunguntur, quæ videlicet à primis ita originem ducunt, vt eorum affectionem, vel simpliciter vnius ad vnum, vel coniunctè vnius, plurave etiam complexi, ad plura, nouis nominibus, & symbolis, nouaq; via inuenendi referant. Hæc iam rerum natura & considerationis comparetur, & conuenientia apparebit. Nam vt primum cuiusq; rei essentia suis causis constat, quæ ipsi maximè sunt consentanea, ipsaq; porrò tum operatur aliquid, tum subijcitur, adiungiturque alicui; deinde est aliquid in alijs rebus, quod vel simpliciter, partim consentit, partim etiam dissentit, vel quantitate par aut impar, & qualitate simile vel dissimile est: atque ex his affectionibus tum nomina sunt imposita & coniugata, tum tota rei natura & membris composita speciebusq; distincta, & collectis causis alijsue rebus definita est: ita etiam artificialia argumentorum genera ordine distincta sunt, atque ita primum argumenta prima simpliciaq; deinde orta, quæ ab illis profecta & confecta sunt, inueniuntur. Atque in cuiusque rei natura considerandâ, primum eius Causæ singillatim, & quæ eius vi existunt effecta; deinde subiecta & adiuncta inuestigantur;

Aff. explicatio.

Ordo locorum ad rerum naturam accõmodatus,

quibus

quibus & ipsius essentia, & huic omnis consentanea ratio continetur. Deinde ad naturam illam illustrandam, tum quæ cum ea quoquo modo pugnant, tum pares quantitates & impares, itemque similes dissimilesque qualitates adhibentur. Tum porrò nomina vel aliquam essentiæ rerumque cognatarū, vel dissentiæ ab alijs, vel comparationis cum alijs rationem exprimentia, accedūt. Et quoniā non simpliciter rerū essentiæ causis cōstant, sed ex causis membra facta sunt, ex quibus integratæ illæ essentiæ consistunt: vt illæ perfectè explicentur, Integri & Membrorum affectio adhibetur. Itemque cùm essentiæ rerum non prorsus sint separatæ, sed quadam particula cum alijs communes, quadam verò cuiusque rei propriæ, vt in ijsdem duabus propositis rebus sit consensio & dissensio spectanda: huc Generis & Speciei affectio pertinet, cùm genus communes essentiæ omnium specierum causas complectatur, quæ caussarū artificio retexuntur, formæ autem singularum specierum propriæ, aliquæ oppositorum lege dissideant. Postremò ad vniuersam rei naturam explicandam Definitio, vel ex caussis essentialibus propriè, vel ex alijs etiam argumentis quoquo modo confecta, inquiritur. Atque hæc quia ex præcedentibus aliquando omnibus componitur, rectè postremum locum obtinet. Itaque quemadmodum in rebus constituendis primùm particulatim suppetunt omnia, in quibus tum consensio est, tum dissensio, & comparatio aliqua, atque hinc impositum nomen, deinde ex ijs coniuncta membra, atque ex his totum integrum, quod vicissim definitio-

Vide Inuen. ca. 26.

De Diui. argumen.

ne seu collectione primorum definitur: ita etiam inueniendi progressus procedit, ideoque sic argumentorum genera prima simplicia cõparataque ab ortu distincta sunt. Atqq; hic est inuestigationis & Inuentionis ordo, quo argumenta ad rerum naturã, vim & rationẽ inuestigandam, inueniuntur: ad illã autem, cum inuestigata & cognita est, explicandã, cùm argumenta Axiomatis disposita sunt, Methodus adhibetur, q̃ iubet, vt Definitio præcedat, Distributio sequatur, & cætera deinceps ordine, prout res postulat, distincta vel mista explicẽtur. Quæ cùm ita sint, certè Consentanea sua natura omniũ prima sunt, Dissentanea, quæ cũ illis etiã in ijsdem reb. spectantur, proxima: Comparata verò, q̃ in simpliciter consideratis, quãtitates & qualitates cõparant, primorũ postrema sunt. Cetera amẽ omnia ita sunt præcedentiũ symbola, vt vel simpliciter ex ijs duo repræsentent, vel plura aut vno symbolo cõplectantur, aut pluribus etiam verbis distribuendo seiungant vel definiendo coniungant. Nec si Dissentanea & Comparata aliquando incidunt etiam in orta argumenta, ideo & ipsa orta sunt: quia propriam retinent affectionem, qua etiam definita sunt. Nec orta ex rebus, in quas incidunt, sed ex affectionis origine, imitatione & compositione distinguuntur & definiuntur. Imò quando orta comparantur, vel antithesi opponuntur, tum non orta eorum vis, sed primorum affectio in ijs ipsis opponi & comparari videtur: nec tamẽ Cõparatio affectionem illorum, sed propriam habet.

Inuenien-di ordo.

Explican-di ordo.

Compl.

Oppugi Simplicis.

PAED. Quid, si nullum argumentum rectè simpliciter dicitur; quòd sit in omnibus mutua duorum affectio?

DISC.

DISC. Affectio illa non est comparatio, sed mutuus in quibuscunq; argumentis, qualiscunque consensionis & dissensionis, aut alterius rationis respect⁹. Affectio igitur est omnium argumentorum, & sic ipsius etiam Comparationis, quia est simplex vel comparata: Cōparatio autem est species affectionis, quæ in quantitatis & qualitatis quasi mensura & comparato respectu consistit. De Diui. argumen. Propug.

PAED. Verum, ne in singula inquirere nimis molestum sit, continuata illa argumenti Diuisiones magnam obscuritatem & difficultatem, ex qua se iuuenis difficulter expediat, in artē inducum. Quare præstaret, vel absq; vlla Distributione simpliciter argumētorum genera sic enumerare, Causſa & Effectū, Subiectum & Adiunctum, Dissentaneum, Comparatum, Notatio & Cōiugatio, Distributio, Definitio, & Testimoniū; vel saltē constituta principe Diuisione in Artificiale & Inartificiale, inde Artificialia prima & orta distinguere, & enumerare. Vtriusq; rationis magnorum hominū auctoritates, & posteriorū etiā ipsius Rami exemplū adferre possum: istæ autē curiosè deductæ diuisiones exemplo & auctoritate carent. Oppug. cōtinuatæ diuisionis. Ant. Cons.

DISC. Tu tenebras illud offundere existimas, quod clarissimam lucem adfert, & implicatum putas, quod accuratissimè explicatum est. Quid autem facilius, quàm istas iuuentuti differētias primùm rudi Minerua inculcare; deinde paulatim accuratius in generib⁹ explicare? Quanquam, si quis id vrgeat, incipientibus etiā Rudimēta, vt in cēteris artibus, proponi possūt, in quib. mediæ quædā diuisiones prætermittātur, et rudiores precepta facilius explicētur. Lucē verò et accurationē Propug. Assum.

ad artis vim intelligendam, hîc summam esse ita facile intelliges, si illas Diuisiones ex suo fonte, hoc est, ex Argumenti definitione deriuatas, vniuersam argumentorum naturam & vim generibus explicare, & affectionum proprietatibus ac differentijs, vnde tota Inuentionis doctrina, imo etiam primi iudicij vis, pendeat, distinguere consideres. Quomodo enim alioquin intelligas, quæ propria sit cuiusq; generis vis & affectio? aut quomodo non præcognitis generalib. illis differentijs, deinceps singulorum locorum definitiones commodè institues? Definires quidem quoquo modo, sed non accuratè, non ad proprias affectiones accommodatè. Ergo & ad rerum naturas, & ad proprias argumentorum affectiones, quæ illas exprimũt, perspiciendas, hoc est, ad legitimam generalis logicæ Inuentionem legitimè confirmandam illa, Diuisiones, non modo vtiles, sed omninò etiam necessariæ sunt. Atque in his affectionum logicarum differentijs sunt Primi Iudicij, & vt vulgò loquuntur, Prædicationũ fundamenta, vnde Enunciatio seu Prædicatio Artificialis, vel Inartificialis, & illa prima, vel orta, &c. vnde Enũciata vera vel falsa, & illa Contingentia vel necessaria, & hæc de omni, homogenea vel essentialis, & catholica seu reciproca, nominatim etiam è certis argumentorum generibus in Axiomatico Iudicio distinguuntur: vide lib. 2. cap. 3. & reliqua. Quantum igitur in illis diuisionibus, & reliquis inde dependentibus argumentorum definitionibus, tum ad veram rerum inuestigationem, tum ad rectum Iudicium momenti sit, iudicent sapientes.

De Diui. argumen.

Prædicationes.

Compl.

Sed

Sed obijcis, illas à P. Ramo affectatas auctoribus carere: de quo hoc tibi libenter concedo, à nemine ita accuratè & ad argumentorum affectiones ac vires accommodatè illas diuisiones esse deductas: at eædem tamen particulatim ac sparsim ab alijs indicatæ, sapienter ab Ramo concinnatæ sunt. An non Aristoteles Argumẽtum in Artificiale & Inartificiale distribuit, ad Theod. lib. 1. cap. 2. & cap. 8. in Rhet. ad Alexand. An non Cicerò in dialogis de Oratore, & in Part. vt & Quinct. lib. 5. cap. 1. eandem diuisionem expressit? Notationes & Coniugationes, itemque Distributiones & Definitiones ex alijs argumentis sumi & confici, an non in omnibus Scholis docetur, etiamsi eiusmodi prima & orta suis differentijs non distinguantur? Notum est, vt Prædicabilia propterea separata sint. Et Aristoteles ait, Vniuersale honorabile esse, quod causas contineat. Porrò & Cicero dicit simpliciter ac comparatè quari, & quædam argumenta ex comparatione nominat. Consentanea & Dissentanea ipse Cicero etiam distinxit, & nominatim Aristoteles lib. 1. post. ca. 7. Consentanea ἁπλῶς ἢ πῇ, hoc est, absolutè aut modo quodam, dixit. Quare cùm ita hæc dispersè ab alijs, de accuratioribus diuisionibus minus cogitantibus, tradita essent: accurati logici fuit ea colligere, & certis generibus distinguere: ne, si Vnitas Platonis in extremam multitudinem, vel γενικώτατον Aristotelis in vltima indiuidua repentè præceps caderet; propriè argumentorum vires, & affectionum differentiæ, vnde omnis Inuentionis ars primiq; iudicij fit pendet, supprimerentur.

Auctores.

Rameæ argumentorum diuisiones in alijs sparsim latent.

PAED.

Oppug. Simp. & absoluti.

PAED. *In definitione Simplicis dicitur, hoc absolutè considerari; vt supra etiam ad definitionem ipsius argumenti, quales sint singulæ rationes, sola & per se considerata. At illa minus mihi rectè videntur esse dicta. Argumenta enim per se et absolutè considerari non possunt: quum argumentum non possit esse aut intelligi, sine eo quod arguitur. vt caussa non potest intelligi sine effectu, subiectum sine adiuncto, &c. Et absolutum opponitur respectui seu affectioni & relationi: in argumentis autem omnibus est mutua binorum affectio. Ergo argumenta nec per se, nec absolutè possunt considerari.*

De Consentaneis.

Propug. etiam contrà quosdã animadversores.

DISC. *Appendix illa ad argumenti definitionem, Inuentionis propriam considerationem & sic ipsum argumentũ à Dispositione, distinguit, vt intelligamus argumenta nuda, & prædicabilia seu voces simplices, è quibus quæuis conficiatur sententia, Inuentioni præponi, quæ sic sint singulæ rationes solæ & per se, sed sua tamen affectione (quod iam antè definitione cautum erat) considerata. In definitione autẽ Simplicis, simpliciter & absolutè, opponuntur comparationi, nõ significant absolutam ab sq; aliquo respectu (quem antè in omni argumento definitus est) considerationẽ. Alia enim simplex & absoluta binorũ affectio, alia cõparata. Illa binæ inter se res; hac in rebus quantitates vel qualitates binæ considerantur.*

Sed his nunc ex secunda Disputatione repetitis contenti erimus, ceteris in aliud tempus reiectis.

DISPV-

DISPVTATIO III.

DE CONSENTANEIS ARGVMENTIS.

1. Theſes, ipſa artis documenta, vel eorum Conſectaria & fructus.



Cauſſa eſt cui vi res eſt.

2. Cauſſa eſt omniũ prima, & ſcientifica.

3. Cauſæ genera duo ſunt,

1. Efficiens & Materia
2. Forma & finis, &c.

4. Effectum eſt quod è cauſſis exiſtit.

3. Motus eſt effectum logicum, &c.

Sic & è ſubiectis adiunctis q3 proponamur.

2. Q. An Conſentaneorum partitio & doctrina ſit legitima?

Affirmatur, tum ab oppoſitis omnis conſenſionis formis, tum à legibus documentorum.

SI & omnis conſenſio aut abſoluta ac eſſentialis, aut modo quodam ac aduentitia eſt; & omnia de Conſentaneis documẽta perpetuò vera, eſſentialia, ac propriè, enun-

De Consentaneis.

enunciata, & denique suo loco ordinata sunt: certè partitio & tota doctrina Cõsentaneorum legitima est.

At priora. Ergo & posteriora.

CONTENTIO.

Oppugna. Diuision. Consentã.

PAED. Caussa ad essentiam pertinent, & Adiuncta præter essentiam accedunt. Ergo Consentanea rectiùs in essentiale & Aduentitium distribuerentur.

Propug.

DISC. Nego consequens, vel potius intellectã Propositionem: Nam, etsi causse ad essentiam pertinent, & Adiuncta præter essentiam accedunt; tamen non ideò illa genera sunt commodiora. Neque enim omnes in essentia sunt, sed tantùm forma & materia, neque vicissim effectum causis est essentiale: imò essentia infrà Genere definitur: propria verò Adiuncta etiam non omninò aduentitia, sed modo quodam essentialia sunt. Quare illa Aristotelica, ἁπλῶς & πῇ, absolutè aut quodammodo, potius retinenda fuerunt. Atque hoc etiam animadversoribus quibusdam respondeatur.

Oppug. Definit. causſæ. Ant.

PAED. Causse verò definitio non satis explicata esse mihi videtur. Nam cum, teste Aristotele, caussa aliæ sint τῆς οὐσίας, id est, essentiæ, vt, materia & forma, aliæ τῆς γενέσεως, id est, generationis, vt efficiés & finis: hîc per verbum, est, tantùm caussa essentiæ definiti videtur. Est, enim essentiam significat. Ergo malim ita plenius dicere: Caussa est, cuius vi res fit vel est. Aut etiam planius ita: Caussa est id, cuius vi rei cuiusq; aut actionis euẽtus exitũ habuit. Item sic: Caussa est, quę vi sua aliquid facit,

Animad. Ioan. Piscatoris.

Fra. Hotõ. Iacob. Gorsc.

facit, aut aliquod ad faciendum adiumentum adfert. *Sic omnis caussæ vis comprehenditur: tum Ramea definitione tantùm materiæ & formæ vis, ex qua effectum est & constat, videatur definiri.*

DISC. *Caussarum hoc commune est, quòd earum vires, id est, effectus est, vel fit & existit, vt ex omnibus illis definitionibus apparet. Et P. Ramus alias progressum seu respectum in genere per verbum, existit, in speciebus tribus per verbum. fit, in Forma per, Est, expressit: sed tandem analogiæ caussa in ommibus, Est, vsurpauit, quo & generatum, & per species, additis differentijs, commodissimè omnis caussæ vis exprimitur. Neque enim verbum, Esse, ità angustè significat tantùm, ex materia per formam constare, sed quacũque vi & quoquo modo existere, esse, & constare, vt dicamus effectum procreando esse, conseruando esse, ex materia, per formam, propter finem esse. Ergo Generis & Specierum analogia hic valde accurata est, de quâ infra ad Caussam efficientem: Præsertim cum vocabula in Logica non de certo tempore, sed κατὰ παντὸς de omni, vt ente & non ente, sic etiam tempore intelligantur: cumque verba in artibus potentiam, non semper actum significent, vt Philippus Melan. ait in prædicabili Proprio. Porrò quæ adduntur de rei & actionis euentu, ea superuacanea sunt & aliena: quia eiusmodi distinctio est effecti, non caussæ. Sic & impropriè facere aut adiumentum adferre in genere tribuuntur Caussæ, cum ad speciem, scilicet efficientem propriè eiusmodi distinctiones pertineant.* Propug. De Caussis. Euentus rei & actionis.

PAED. *At communis caussarum regula duobus* Oppug.

communis causſarum

vitijs videtur laborare: primum eſt falſitatis, quod Cauſis tribuitur primus Inuentionis locus. Subiecta enim & adiuncta absq; alio conſiſtere & intelligi poſſunt, Cauſſa & effecta non item: vt Otium quidem eſt cauſſa amoris: ſed prius eſt ſubiectum, homo, in quo otium ineſt. Quare Subiectis & adiunctis primus deberi locus videtur.

Regulæ. 1. Vitium.

Propug.

DISC. Ego verò Aſſumptionem omnino repudio, & cauſis nihil prius eſſe confirmo. Certè cauſſa faciunt, vt & ipſa Subiecta adiunctaq; ſint: quare illis priores ſint neceſſe eſt. Deus omnium rerum prima et ſola cauſſa, & ante omnia fuit, & omnia condidit, omnibusq; rebus creatis quaſi cauſſandi vim, qua prior eſt ipſarum effectis, impreſſit. Atq; ita eſſentia rerum, cauſſarum vi conſtitutæ, natura ſua priores: reliqua, quæ præterea accedunt, poſteriora ſunt.

Oppug.

PAED. Sed ſi non ſubiecta & adiuncta, ſaltem Genus, ſpecies, & Definitio ſibi primum locum vendicant: de quibus ita colligo;

Prop.

Quod rei naturam eſſentiamq; ſignificat, & in conſideratione primum occurrit: id primum argumenti genus eſt.

Aſſum.

At Genus ſpecierum eſſentiam ſignificat, Definitio verò vniuerſum ſtatum complectitur: atq; ideo cum quæritur quid res ſit, Genus: cum perfectè explicatur, definitio adhibetur: quæ ideo etiam in Methodo primum locum obtinet.

Compl.

Ergo etiam in Argumentorum arte prima erit: Genus & ſpecies proxima, quia

ex

exillis conficitur Definitio. De Cauſſis.

DISC. Ad propoſitionem reſpondeo, ſi illud, quod rei naturam ſignificat, primumq; occurrit, ſit primũ ac ſimplex, rectè ei primum locum tribui: ſin ortũ ſit & deriuatum, non item: quòd abſq; ſuo primo illud intelligi nequeat. Nunc autem genus, ſpecies, & definitio complectuntur quidem rerum eſſentiam, & aliquando quærenti alicui primo reſpondentur, imo Definitio in Methodo legitima ſemper prima eſt: ſed tamen ea omnia ſunt orta, non prima argumenta. Et cum genus ſeu Definitio reſpondetur, cauſſæ cõiunctæ, hoc eſt, eſſentiæ ex cauſis cõſtitutæ reſpondentur: quia genus cauſſarum ſpeciebus cõmunium, Definitio autẽ propria communium & propriarum cauſſarum ſymbolum eſt. Quare cum ea omnia ſint primorum ſymbola & orta argumenta, non niſi primis ſuis præcognitis doceri & intelligi poſſunt. Nec tamen ſemper genus primũ quæritur: nec etiã Inuentionis ordo ad id, quod aliquis primũ quæſiuerit, ſed ad naturã argumentorum ex methodi præſcripto accõmodandus eſt. Itaq; cũ cauſſæ inter ſe diſtinctæ, ſint omniũ primæ & ſimpliciſſimæ, Genus autẽ ſit quarundã cauſſarũ conuinctio et ſymbolica ſignificatio: rectè Cauſſa primo in Inuẽtione loco, Genus autẽ inter orta ſuo etiã loco explicatur. Et quia Definitio propria ex genere, orto videlicet argumento, et ex forma, cõficitur: ea rectè omnium ortorũ poſtrema eſt. Nec ſi ea in Methodo artis & cuiuſq; rei docẽdæ prima eſt: ideo etiã in Locis eius doctri. prima erit. Aliud eſt cuiuſq; rei Definitio, aliud ipſa definiendi doctrina, qua Definitio, tanq; cõmune

Propug.

Prop.

Aſſum.

Compl.

Negatio Connexi.

definiendi instrumentum, præparatur & instruitur. Ipsa Inuentio, quia artis pars est, etiam methodica tractanda, hoc est, à generalissimis, per media, ad infima deducenda est. At prima & simplicia argumenta generalissima & naturæ ordine priora sunt, vt Causæ, effecta, subiecta, Adiuncta, dissentanea, comparata: cetera autem ab his orta & derivata sunt, ideoque naturæ ordine posteriora. Ergo ab illis ad hæc Inuentionis methodus rectè progreditur. Vt autem ex methodi lege in omni legitima tractatione præcedit definitio, ita etiam passim in Inuentione ipsa, primùm quodq; argumentum definitur, deinde distribuitur, & proprietatibus explicatur, exemplisq; tandem illustratur. Sed doctrina definiendi, tanquam pars eorum, quæ Inuentioni proposita sunt, ideo non præcedit: quia sua natura non prima & simplicissima, sed postrema est, quia ortum argumentum est, quod vel è quibusdam, vel etiam ex omnibus primis conficitur. Quamobrem cùm Methodus præcipiat, vt naturæ priora, & simplicissima quæque præcedant, orta & posteriora sequantur, sed ita, vt vnumquodque suo loco primum definiatur: rectè in Inuentione Definitionis doctrina, quia docet ipsam ex primis conficere, prima illa sequitur, sed nihilominus & ipsa Inuentio vnumquodque argumentum, imo quælibet artis pars suo loco primum sua definitione, quæ est artis definitio exemplum, methodicè exponitur.

Assum.

Concl.

Oppug. 2. vitium, scientificũ esse.

PAED. Alterum deinceps communis illius regulæ vitium est heterogeniæ: quia iniquè illud, scientiam esse, Causis tribuit, quod cum alijs etiam argumentis

mentis, vt Adiunctis proprijs, Generi ac definitioni ea demratione conuenit, tum Iudicij in primis proprium est. Neque enim nuda argumenta, sed Axiomata ex argumentis facta verum aut falsum enunciant, et ita scientiam efficiunt.

DISC. Generi & Definitioni orta Caussarum vi & efficacia, Adiuncto proprio caussarum, & praecipue formæ cognatione (quia modo quodam essentiale est illud conuenit; caussarum verò omninò proprium est. Neque hic scientiæ iudicium constituitur, sed dum argumenti vis & efficacia explicatur, Iudicij fons ac fundamentum iudicatur. Est autem Inuentionis proprium, argumẽtorum affectionem & vim penitus explicare. De caussis. Propug.

PAED. Nunc porrò aduersus Caussæ dichotomiam sic argumentor: Efficiens & finis effectum extrinsecus attingunt, & extra illud manent; Materia & forma effectum ingrediuntur eiusq; essentiam constituunt. Ergo ex illa binarum specierum cõmunione Caussa commodius in Externam, & Internam diuidereturpræsertim cùm huic diuisioni Genus, internarum caussarum symbolum, aptè respondeat. Oppug. Dichotã. Caussæ. Ioã. Piscat. animadu.

DISC. Memini illam diuisionem tuam multis arridere, & Rodolphum Agricolam, Materiam & formam, propter illam internam affectionem, in partibus numerare. Sed primùm illud Externũ & internũ non est omnis entis & nõ entis, atq; etiã cum alijs quibusdã argumentis commune est: deinde nõ ipsa materia propriè in essentia est, sed partes ex materia facta, quarum coniunctio est ipsa forma. Præterea nec illa tua Propug: Rodolp. Agric.

dichotomia est ad naturæ & effectionis ordinem ita accommodata. Nam efficiens, mouendi principium, quærit & præparat materiam, cui cum formam induxit, finem assequitur. Sic igitur Efficiens & Materia præcedunt, & sæpe proposito frustrantur: forma et finis sequuntur: quæ duæ posteriores causæ si sint, illa præcessisse necesse est. Ergo ex his proprietatibus legica distinctio esse potuit; è ceteris non item. Etenim ipsa vsus experientia in agendo illam dichotomiam ita apertè demonstrauit. Interim tamen vis illa materiæ & formæ interna, seu earum ad effectum actio, satis ipsarum definitionibus, & quidem planius quàm illæ externæ & internæ, diuisione explicatur. Nec ipsa materia ac forma proprie sunt partes, sed ex materia per formam partes illæ fiunt, à quibus totum integratur. Genus verò præcipuè materiam & formam, sed rel quas etiam duas interim significat.

Naturalis causarum ordo.

Oppug. Finis primus.

PAED. Attamen totus finis primum locum sibi vendicat: quia ipse est principium consilij & deliberationis, vnde sic actio existit. Nam rei cuiusq; contemplatio ex eo bono, quod in fine inest, principiū ducit, gradatimq; ad ea, quæ minus bona sunt, regreditur.

Propug.

DISC. Cum dicitur primò cogitari finem, sanè dicitur primò res cogitari, finem quippe definita. Ipsa verò considerationis ordo aliquando inuertitur: tamen id satis argumenti non est, finem esse ceteris causis natura priorem.

Oppug. de varijs Causis.

PAED. Verum enimuero partitio Causarum ab Aristotelis philosophia varia est, nunc in genera quatuor, Efficientem, materiam, formam, & finem: nunc

in modos varios, singularem, vniuersalem, simplicem compositam, actu, potentia, priorem, posteriorem, propinquiorem, remotiorem, per se, per accidens, vt videreest 2. Phys. & in philoso. 2. cap. lib. 5. De Caussis. partitionibus.

DISC. Aristoteles quidem vndecunq; varias distributiones collegit, & tentauit: sed earum nullam, prater superiorem in quatuor species, dichotomia ab Ramo distinctas, admodum probauit: quare easdem P. Ramus amplexatus duabus communitatis differentijs distinxit. Reliquæ vel generis & speciei affectiones, vel modi efficiēdi, vel cōparationes sunt caussarum gradatim progredientium: quæ in legitima doctrina multò cōmodius suis passim locis continentur. Propug.

PAED. Sed tamen ea à magnis viris ex Aristotele repetita & excultæ sunt, vt non videantur ab illo, vt tu existimas, neglectæ, sed potius singulari studio collectæ. Traduntur autem à plerisq; quatuordecim. Oppug. Phil. Melā. Iac. Gorsc. &c.

DISC. Memini equidē & vehementer miror, ita varias Caussæ diuisiones à magnis viris cumulari, & quidē partim in legem κατὰ παντος falsas, partim in legem καθ' αὐτὸ alienas, partim in legē καθόλου impropriè generi, cū sint specierū propriæ, attributas, & per species iteratas. Sed tu illas, vt breuiter comparentur, repete. Propug.

PAED. Primo vnum genus Caussæ est, quod vi sua id, quod sub ea subiectum est, efficit, vt ignis ligna exurit: alterum est, quod naturam & vim efficiendi per se non habet; sed sine quo res effici non possit, vt as est caussa statuæ. Superius genus propriè caussa efficiens appellatur, postremum materia: vtrunque 1. Diuisio Caussæ.

genus in multas partes distribuitur.

Propug. DISC. *Agnosco hic duas Rameæ dichotomiæ priores species, efficientem & materiam, sed non satis logice, tanquam duo superiora genera, propositas. Efficiens autem logicè in quosdam modos, sed Materia in nullas partes distribuitur. Itaque præterita forma & fine mutila hæc diuisio est. Falsum q. addatur in legem* κατὰ παντός.

2. Diuisio. PAED. *Secundo, illud genus, quod vim & naturã efficiendi habet, vel planè & certè efficit, nulla re adiuuante, vel adiuuari vult, quod* συναίτιον, *quasi Cõcaussa propterea appellatur.*

Propug. DISC. *Non est generalis Caussæ, sed specialis, & quidem secunda Efficientis diuisio, nempe in Efficientem solam & cum aliis. Ergo in legem* καθόλ *generi tribuitur, quod est speciei proprium.*

3. Diuisio. PAED. *Tertiò earum, quæ vim efficiendi non habent, etiam duo sunt genera: alterum earum, quæ nihil omninò agunt, vt Locus, Tempus, Materia, Instrumenta: alterum earum, quæ præcursionem quandam ad efficiendum adferunt, vt quædam per se adiumenta, etsi non necessaria. Græci* σύνεργα, *Cicero primordia rerum & præcurrentia vocat: &c.*

Propug. DISC. *Contra legem iustitiæ iniquè Caussis aliorum argumentorũ vis tribuitur & permiscetur. Omne argumentum habet vim arguendi, quæ tamẽ caussæ vis non est. Et Occasio nec caussa, nec aliud argumentum est; sed est fructus aliorum argumentorum, & res quæ argumentis arguitur & efficitur. Sic è loco & Tempore sæpe est occasio: quæ tamen propterea caussa*

causſæ non ſunt, ſed ille ſubiectum, hoc adiunctum. Ac prima diuiſione dixiſti, illud quod per ſe vim efficiẽdi non habeat, Materiam nominari: hîc eidem plures ſpecies ſubijcis: quomodo igitur tibi conſtas? De Cauſſis.

PAED. Quartò aliæ neceſſario efficiunt, aliæ aut voluntate, aut perturbatione animi, aut habitu, aut natura, aut arte, aut caſu, &c. Oppug. 4. Diuiſio.

DISC. Sunt efficientis tertiæ diſtributionis modi, non Cauſſæ genera. Neceſſitas & caſus ſunt modi per accidens: Voluntas, Habitus & ars ſunt conſilij: Perturbatio eſt impetus naturæ, ſed conſilio regitur: & Perturbatio non logicũ genus, ſed inferius, nempe phyſicum naturæ exemplum eſt. Propug.

PAED. Quintò in alijs conſtatia & ſtabilitas ineſt, vt in Natura & Arte, in alijs non ineſt, vt in ceteris. 5. Diuiſio.

DISC. Iſtæ ſunt non ſupremæ logicæ, ſed inferiores rerum diſtinctiones. Propug.

PAED. 6. Earum, quæ non ſunt conſtantes, aliæ ſunt perſpicuæ, aliæ latent. 6. Diuiſio.

DISC. Fortunæ vis occulta, & ceterarum vis aperior ſit incommoda diuiſione, quippe non ex efficiendi, ſed ex adiunctis diſtincta, opponũntur. Propug.

PAED. 7. Aliæ ſunt voluntariæ, aliæ ignorantes. 7. Diuiſio.

DISC. Sic Conſilij modus, qui eſt voluntarius, & per ſe, impropriè oppomitur Imprudentiæ, quæ logicè Fortunæ ſubijcitur, & eſt per accidens. propug.

PAED. 8. Aliæ ſunt vniuerſales, & communes omnium effectorum, aliæ particulares & propriæ ſingulorum: vt; Motus cæleſtis eſt communis cauſſa omnis ortus rerum & interitus: homo autem hominis, Leo 8. Diuiſio.

leonis, propria causſa eſt.

Propug. DISC. Hæc in rebus ipſis exemplorum diſtinctio inferior eſt, quàm logica Cauſſarum doctrina: quod ſic Cauſſa & quidem Efficientis definitio, à qua res eſt, ad res ſubiectas, quæ ſunt exempla, diſtinguendum adhibeatur: quaſi ita ex efficientis definitione colligas: Efficiens eſt cauſſa à qua res eſt, & quidem procreans vel conſeruans. Nunc autem cæleſtis motus efficit & procreat rerum omnium ortum & interitum: homo autem hominem procreat, & res alias efficit. Ergo cæleſtis motus omnis ortus & interitus cauſſa eſt efficiens, &c. Inferioris igitur artis, vtpote phyſicæ eſt talis diſtinctio, non logicæ propria.

9. Diuiſio. PAED. 9. Alia ſunt Cauſa per ſe, alia per accidens.

Propug. DISC. Lex Καθόλ hic violatur, quod Genericum attribuatur, quod eſt ſpeciei proprium. Tertia enim illa modorum efficiendi diuiſio eſt.

10 Diuiſio. PAED. 10. Alia actu, alia poteſtate cauſſa ſunt.

DISC. Hic facultas & vis cauſſandi & efficiendi, ipſi actioni & motui incommodè opponitur. Imo motus & quies, quæ priuantium loco continentur, hic opponuntur: quæ diſtinctio ad vim cauſſarum nihil attinet. Neque enim aliquid cauſſa dicitur, niſi reuera effecti, cum ſcilicet iam in motu & actu eſt: aliquam dicimus fore, vel poſſe eſſe cauſſam.

11. Diuiſio. PAED. Alia ſunt priores, alia poſteriores.

DISC. Hic Comparationis, quæ, vt in omnes res, ita etiam in cauſſas incidit, fructus incommodè cauſſis tribuuntur, quarum illi vim nihil diſtinguunt. Imo cum-

comparatio ista ex caussarum & effectorum progressione, qua effectum gradatim fit, caussa sui porrò effecti, deducta est. Sic Lana est caussa panni, pannus porrò vestis caussa est: itaque lana illis remotior seu posterior, pannus prior seu propinquior vestis caussa dicitur. At hoc ita improprie dicitur, cum lana sit panni, non vestis caussa: quod generalibus caussarū præceptis intelligitur, vt hæc distinctio, quæ nec logica, nec vera est, non requiratur. De Causs.

PAED. 12. Aliæ sunt Internæ, aliæ Externæ. 12. Diuisio.

DISC. Ad hanc distinctionem supra respondi. Propug.

PAED. 13. Aliæ procreantes, aliæ conseruantes, aliæ corrumpentes. 13. Diuisio.

DISC. Hic contra legem καθόλου impropriè tum primi Efficientis modi, procreatio & conseruatio, ipsi generi, scilicet caussæ, tribuuntur: tum Corrumpens, quæ procreantis modo continetur (est enim procreans interitus) vel vt contrarium eadem lege intelligitur, pro distincta specie inculcatur. Propug.

PAED. 14. Caussæ sunt, Materia, Forma, Efficiens, & Finis: ad quæ genera quatuor, superiora omnia reuocari solent. 14. Diuisio.

DISC. Hæ verè sunt Caussa species, quas P. Ramus accurata dichotomia distinxit, sed clausula à te addita falsam confusionem parit: quòd ex superioribus quædā, non omnia, Efficienti, ceteris verò minimè conueniant. Et hinc apparet, quanta confusio, obscuritas & difficultas in artes inducatur, cum ex quolibet leuissimo discrimine Diuisionū copia exstruitur, & quidē falsa, aliena, & impropria permiscētur etc. Propug.

De Efficiente.

1. DE EFFICIENTE.

Oppug. Definiti.

PAED. *Efficientis deinceps definitio examinari solet: cuius ego nunc genus non impugno, sed formam,* à qua res est, *quæ eius vim non satis propriè & perspicuè exprimit. Nam,* Est, *essentiam significat, &*

Ioan. Piscat.

magis materiæ ac formæ, quarum vi essentia est, respondet, quàm Efficienti, quæ est τῆς γενέσεως, *id est, generationis caussa. Quare malim ad vim efficientis*

Aliæ definitiones.

exprimendam dicere à qua res fit. *Vel ne nimis concisa breuitas obscuritatem pariat, malim sic explicatius definire:* Efficiens est caussa, à qua primo fit motus, *id est, quæ reuera aut principaliter agit, vt aliud efficiat. vel ita:* Efficiens est, quæ motus eius principium attulit, per quẽ cuẽtus exitum habuit, &c.

Propug. Prop.

DISC. Parum aut nihil inter illas diuisiones interesse equidem puto: sed tamen venusta & perspicua breuitas laudanda est, quæ præcipuè adhibetur, cùm ad Generis definitionem, distinctæ specierum definitiones accommodantur. Nunc generatim Caussa antè definita est, cuius vi res est: *quæ sanè perspicua definitio est: illa autẽ generalis caussæ vis per eius species ita breuiter & tamen apertè distinguitur, vt idẽ*

Assum.

verbum, Est, *&* nomen, Res, *retineantur, sed duæ voculæ vim efficaciamq́, caussæ continentes sic varientur,* à qua res est, ex qua res est, per quam res est, propter quam, *vel,* cuius gratia res est. *Sic distincta vis, tum Efficientis particulis,* à qua, *tũ materiæ,* ex qua, *tum formæ,* per quam, *tum finis,*

cuius

cuius gratia, *sed progressus seu respectus verbo*, Est, *vbique exprimitur: quia vis quidem caussandi distincta est; sed motus & res motu facta pariter caussarum conspiratione existit. Atque ita res seu effectū caussarum vi esse recte dicitur, siue procreatum sit ex materia per formam propter finem, siue conseruatū. Si dicas* à qua res sit, *nec conseruatio ita commodè exprimitur, nec analogia ita seruatur. Ergo & perspicua in caussarum definitionibus breuitas, & analoga concinnitas retineatur, &c.* Compl.

PAED. *Sed Efficientem rectè in species, non in modos distribui sic efficio.* Oppug. Diuisionis Effi.

Quæ essentiæ communione conueniūt, sed formis dissentiunt: eæ species sunt.

At efficientis modi, qui dicuntur, sic cōmuni essentia conueniunt, sed oppositis formis dissentiunt. Habent enim idem genus, id est, communem essentiam, sed formas hoc est, vires oppositas, nempe procreare, conseruare: sola cum alijs; per se, per accidens.

Ergo potius species sunt, quàm modi.

DISC. *Nego Assumptionem. Nam si illi modi, generis, id est, Efficientis essentiam communem haberent, & proprijs formis opponerentur: in vnoquoq; esset peculiaris quædam & propria vis, à qua res est, vt alia vi procreans, alia conseruans, & alia porro alia efficerent: At verò vis efficiendi propria & distincta in singulis non est, sed vnica efficientis efficacia manet, quæ adiunctis illis modis variatur, vt siue procreet,* Propug. propos. De Efficiente. Assum.

creet, siue iuetur, idq; vel sola vel cum alijs, & quidē per se, aut per accidens, vna illa, qua definitur, vi efficiat & agat, non alia & distincta. Itaq; etiam illi modi in exemplis concurrunt, coincidunt, & dissimiliter variantur: quod in speciebus oppositis fieri nequit. Bini quidem modi passim inter se sunt oppositi, sed ad Efficientem relati, eius tanquā generis sui essentiā singuli integrā, & praterea propria forma, distinctā (vt plus scilicet sit in specie, quam in genere) non habent. Ergo vnica efficientia manet, quæ illis adiunctis ac circunstantibus modis variatur.

Compl.

Oppug. pluribus modis.

PA. Alij verò plures eiusmodi siue modos, siue species enumerāt: Ergo triplex Rameā diuisio impfecta est:

Propug.

DISC: Paulò anteè multiplices diuisiones, quas alij ipsi causſæ, alij soli Efficienti tribuunt, ad suos fontes reuocaui: sed quia hic quædam varietas est, breuissima etiam hic comparatio instituatur.

1. Diuisio.

PAED. Efficientium alia sunt naturalia, alia voluntaria.

Respon.

DISC. Ramo duæ sunt tertij modi efficiendi particulæ, videlicet natura & consilium.

2. diuisio.

PAED. Quædam sunt totales, quædam Partiales causſæ. Deus est totalis mundi causſa. Partiales aut essentialiter, aut accidentaliter copulatæ sunt. Essentialiter, vt mas & femina in procreatione; Accidentaliter, vt duo equi trahunt currum.

Respon.

DISC. Modus efficiendi Ramo secundus, nempe Causſa sola & cum alijs, *hic vocabulis alienoribus, quippe è totius & partium affectione deductis, cum rerum quadam doctrina permiscetur. Totalis est*

causſa

causſa ſola, quod ſola totum effecerit: Partialis eſt, cum alijs, quæ logicè vel principalis, vel Adiuuans. De Efficiente.

Sed an naturalegeq, eſſentiali, an verò per accidens coniungantur, id ad inferiorem rerum diſciplinam, non ad logicam pertinet: imo etiã conſilio iunguntur.

PAED. 3. Quædam ſunt Principales et digniores, quædam minus principales & indigniores. 3. diuiſio.

DISC. Eſt ſimiliter modus ſecundus, & præcipuè eius particula, Cum alijs, quæ Principalis, vel Adiuuans, comparatione illuſtrata: ſed Comparatio, cum opus eſt, è loco ſuo petetur. Reſpon.

PAED. 4. Aliæ propinquæ, aliæ remotæ. 4. diuiſio.

DISC. Sed remota eſt propinquæ proprie cauſſa, non cauſſa effecti propinquæ, vnde apparet, hanc diuiſionem impropriam eſſe, vt ſupra dictum eſt. Reſpon.

PAED. 5. Cauſſarum quædam vniuerſales, quædã particulares. 5. diuiſio. Reſpon.

DISC. Vniuerſalis & particularis affectio ad totum & partes pertinet, vnde omnibus rebus accommodari poteſt. Sed hæc cauſſarum diſtinctio ad rerum doctrinam pertinet, non ad logicam.

PAED. 6. Efficientium aliæ ſunt Principales, aliæ Inſtrumentales. 6. diuiſio.

DISC. Eſt etiam particulæ ſecundi modi, Cum alijs, non ſatis accurata diſtinctio. Propriè enim principales & adiuuantes opponuntur; Inſtrumenta in adiuuantibus deinde ſeorſim connumerantur. Reſpon.

PAED. 7. Partialium aliæ ſunt præparantes, aliæ adiuuantes. 7 diuiſio.

DISC. Eſt quædam adiuuantium, ſed non verè logica Reſpon.

gica distinctio. cùm magis ad certas res sit accommodata. Logica enim quasdam caussas ita cum alijs agere docet, vt adiuuent; quatenus autem et quemadmodum adiuuando præparent, vel perficiant, id rerũ disciplina cognoscitur; in logica verò non est propriũ nec κατὰ παντὸς.

8. Diuisio. PAED. 8. Alia sunt αἴτια, alia συναίτια, alia σύνεργα.

Respon. DISC. Αἴτιον omnes caussas vel in genere caussã significat: Συναίτιον quasi concausssa, est caussa cum alijs: Σύνεργα sunt præcipuè Adiuuantes causssa & Instrumenta. Sed quia αἴτιον pro principali cum alijs hic sumitur, est particulæ etiam secundi modi, nempe, Cum alijs, distinctio, tribus nominibus, pro duobus facta.

9. Diuisio. PAED. 9. Causssa etiam alia est, προηγουμένη, alia προκαταρκτική, alia συνεκτική.

προηγου. 1. προηγουμένην antecedens causssa, est interior dispositio, quæ irritata ab externa est principalior causssa effectuum, vt in Pompeio ambitio, ciuilis belli causssa fuit.

προκατ. 2. προκαταρκτικὴ est causssa exterior irritatrix interioris, quam vulgo primitiuam vocant, vt potẽtia Iulij aduersarij.

3. Συνεκτικὴ est applicatio causssæ ad effectum, &c. De eiusmodi Diuisione ab Ramo omnino nihil præcipitur.

Respo. Antec. DISC. Certè propterea nihil, quod non sit vera causssæ & præsertim Efficientis diuisio, sed diuersorũ argumentorum confusio, vt dissimilia exempla ostendum.

dunt. Nam vel materia vel finis cum efficientis aliquo modo, itemq; cum subiecto occupante, & effecto, scilicet, motu, hac diuisione confunditur, quæ alioquin apertissimè per generalia argumenta retexuntur. Sic dysenteria, quæ est intestinorum exulceratio, πρόηγούμενον dicitur bilis, exuberans in toto corpore, & corrupta ac facta acrior & venenatior. At ea est materia, vel ratione procreationis, naturalis efficiens dysenteriæ. προκατάρκτικὴ hic dicitur vel largior potus in æstu, vel crudi fructus, qui putrefacti augent venenatam bilem, & lubricitatem efficiunt, ac mouent auctam bilem. At hæc noua materia est, sed ratione naturalis etiam efficientiæ est adiuuans modus naturalis. Συνεκτικὴ est infusio bilis, iam irritatæ in intestinis: at ille motus & effectus est præcedentium causarum, ad opus, id est, ad ipsum morbum generandum. Dissimiliter est in alijs exemplis : In Pompeio ambitio & alij concurrentes affectus fuerunt causa προηγουμένη belli ciuilis: προκαταρκτικὴ fuit potentia Iulij, offendens & mouens ambitionem & odium in animo Pompeij. At sic ambitio est causa consilij finem etiam complexa, qua incitatur Pompeius, vt summum locum appetat, hanc comitantur multi affectus, vt metus amittendi eius loci, inuidentia & dolor, cum æmulum crescere videret. His affectibus incendebatur, vt tollere & reprimere eum conaretur. Illi affectus sunt causæ adiuuantes ambitionis, naturæ quidē vi agentes, sed cōsilio gubernatæ. Porrò causa προκαταρκτικὴ hic dicitur fuisse potentia Iulij, etc. At logicè est hoc subiectū occupans, seu obiectum inuidentiæ,

De Efficiente.

Exempl.

Aliud exemplum dissimile.

& simul ipsius ambitionis, nempe potentiæ & dominatus, quem totum Pompeius appetebat, pars in ipso Iulio, quam ille huic concedere nō poterat. Et huc lex Oppositorum incidit, quod ambitio & vera fortitudo seu mediocritas, eidem nō tribuantur: deinde effecta ambitionis, contra petere, dissidere, contendere illam oppositionis vim declarant. Causſa σωεκτικὴ hic dicitur esse, ipse conatus & apparatus Pompeij: at ea effecta sunt, ad finem tendentia; itemq; hic adiuuantes causſæ concurrunt. Itaq; generali logica illa omnia, & quæ sunt eiusmodi, elegantius, distinctius & magis perspicuè retexuntur. Item Dei misericordia dicitur causſa προηγουμένη redemptionis nostræ: At logicè Deus principalis causſa, & eius misericordia modus efficiendi, nempe consilij, fuerit. προκαταρκτικὴ est miseria generis humani: At ea nō causſa est, quia eius vi redemptio non exstitit, sed misericordiæ diuinæ obiectum, quo illa mota vim suam ita exeruit, &c. Distinctio igitur illa quidē aliquid consilij habet, & causſarū diuisiones imitatur, sed reuera nihil nouæ artis habet imo diuersas argumentorum affectiones permiscet.

Aliud item exemplū.

Conclu.

10. diuisio. PAE. 10. Efficientiū aliæ agunt motæ ab alijs, aliæ sunt mouētes seu impellētes, quæ dicuntur impulsiuæ.

Respon. Conſ. Ant. DISC. Nec illa efficientis, imò ne causſarum quidem propria distinctio est: quia efficiētis modos quosdam cum fine, effecto, subiecto, & testimonio permiscet, vt exemplorum distinctione apparet. Imo Efficiens à suo modo hic incommodè etiam diuidendo separatur. Nam, vt posterius prius ostendam, Efficiens &

& eius modi, Natura, Consilium, & Necessitas, ita agunt vna, vt tamen hi aliquid mouendo, vel agenti vim dirigendo illi adiungantur. Quare diuidendo non efficiens à suo modo, sed modi inter se debent distingui. Sed confusionem videamus, quæ etiam efficienti tribuitur, quod aliorum argumentorū proprium est, aut sanè nouam considerationem in Efficiente nō requirit. Quatuor res comprehenduntur nomine causæ impulsiuæ, Affectus, Obiectum, Lex, & Meritum. At, inquam, Finis est propriè causa mouens et impellens: vnde deliberationis principium dicitur. De Efficiente.

Finis.

Affectus autem, qui dicuntur rapidi motores, sunt naturalis causæ impetus, qui si consilio, quo frenari debent, tuetur, plus valent. Obiecta sunt Subiecta, in quibus vis quædā mouendi ita inest, quia occupant sua Adiuncta, quæ in illis vim suam exerunt. Hinc physici dicunt, Obiecta mouent sensus: cum tamen nemo illa causas sensuum dixerit. Lex est testimoniū, cuius auctoritate mouemur, vt pareamus. Sic cuiq; argumenti generi sua vis est, quæ quidē generatim solet aliquando causa nominari, vt Talæus ad causæ definitionem monuit; sed tamen reuera causæ vis non est. Meritū demq; est effectū; & effectis sua debentur præmia, vt in eo loco dicitur, inde esse laudes et vituperationes. Itaq; merita non sunt propriè efficientia præmiorū, sed merentiū fructus, et largientiū potius obiecta. Meritū nō efficit, nec largitur, sed accipit præmiū, seu potius eo ornatur. Ergo non est efficiens, sed potius subiectum præmij. Attamen si quid etiam eiusmodi res vi sua efficiant, vt eius, quod earum vi

Affectus.

Obiecta.

Lex.

Meritum.

existit, causſæ dici queant: id generalibus causſæ præceptis intelligitur, sed hac distinctione incommodè cõturbatur. Quare distinctas argumentorũ affectiones, quæ omnibus rebus plurimum lucis adferunt, tenere logicis legibus iubemur.

Conclu.

Oppug. de Occasione.

PAED. Appendix etiam decimæ diuisioni addi solet de discrimine Occasionis & veræ causſæ. Αἴτιον, id est causſa, dicitur principalis causſa: ἀφορμὴ, occasio minus principalis, vel aliqua leuis προκαταρκτικὴ, vel circumstantia temporis & loci, quæ agentibus facultatem præbet. De his P. Ramus etiam tacuit.

Propug.

DISC. Iure tacuit: quia nulla hic causſæ propria ac legitima distinctio est. Causſa est argumẽti genus, ἀφορμὴ, occasio, est fructus argumenti, non argumentum Potest autem esse occasio ex causſis, effectis, subiectis, adiunctis, & è ceteris etiam argumentis. Ergo ipsa nec est causſa, nec à causſa potius, quàm ab alio argumento legitimè in arte distingui potest.

Solent præterea etiam aliæ Efficientis diuisiones à nostris condiscipulis in medium adferri: sed eæ nullo negotio his cognitis conciliantur.

2. DE MATERIA.

Oppug. Defin. Materiæ. prop. Assum.

PAED. Materia mihi non rectè causſa dici videtur. Nam si causſa esset, eius vi ita effectus existeret, vt ab ea oriretur. Sed ita inde effectus non existit: quia Materia & forma sunt membra toti essentialia, quæ ipsa naturam & vim efficiendi non habent, sed ab efficiente comparantur, tractantur, & præparantur, vt eæ potius efficientis effecta, quàm causſæ dici queant.

queant. Quod cum quidam attenderint, Materiam & Formam inter partes numerarunt, alij etiam Materiam nominarunt causſam ſine qua non. De Materia. Compl.

DISC. Tu mihi cauſſæ vim nimis angustè ad Efficientem adſtringere videris, dum dicis primum in Propoſitione, Si cauſſa ſit, ab ea oriri effectum; deinde in aſſumptione, naturam & vim efficiendi non habere. Itaq; Propoſitionem nego, aſſumptionis illam particulam concedo, ſed alteram, qua materia & forma partes efficiuntur, etiam nego. Nam, non à materia (ea enim efficientis vis eſt) ſed ex ea fit effectus: atq; ita membra proximè è materia fiunt, non ſunt ipſa materia, ſed eius potius effectus. Membra ſingula ſunt materiata, hoc eſt, ex materia facta, & formata; ſed integri forma eſt in membrorum cõunctione. Atq; ideo Materia & forma ſunt argumenta prima: Membra verò & Integrum Orta: quod membrum nõ ſimpliciter ſit materia, ſed materiata integri pars: Integrum verò totum non ſimpliciter Effectum, ſed effectum Totum, nempe ex membris materiatis, ipſi eſſentialibus compoſitum. Quare cum Materiæ ſit ea vis, ex qua Effectum, ſeu effecti membra efficiuntur, vt ſic in eſſentia, ſed præparata, maneat: nihil cauſſæ eſt, cur è cauſſarum numero excludatur: imò materia & forma, quia eſſentialia membra conſtituunt & coniungunt, potius quàm Efficiens & finis cauſſarum nomen merentur. Propug. Ant. Conſ.

PAED. Sed nec materiæ forma eſt ſatis accuratè expreſſa itaq; ita alij perfectius definiunt: Oppug.

Materia eſt, ex qua aliquid fit. vel: Mate-

Aliæ defimat. ria est vnde aliquid cõficitur: vel, Materia est ex qua effectus componitur, vel, Causa sine qua non est, quæ naturam efficiendi non habet, sed sine qua id, quod faciendũ est, effici non potest. *Vides sic apertius tum Effectum, qui causis respondet, definitione comprehendi, tum vim quasi caussantem per verba,* Fieri, conficiˌ *aut* componiˌ *ad effectum accommodari?*

Propug. *DISC. De verbis non admodum laborandum putarem, si res teneretur: attamen analogia, vt supra dixi, in caussarum definitionibus perspicua est; cum definiatur tum generatim,* Caussa, cuius vi res est, *tum distincta vi illa vnaquæque species, nempe Efficiens,* à qua, *Materia* ex qua, *Forma,* per quã, *Finis,* cuius gratia, *retentis ijsdem vocibus,* res est, *quæ Effectum, hoc est, tam motum, quam rem motu factam, & quidem tum procreatam, tum conseruatam quoquo modo significat. Itaq; verbum,* Est, *tum propter analogiam illam, tum propter procreandi & conseruandi etiam modos commodissimum esse puto. Siue autem,* Res, *dicatur, siue Effectum in caussarũ definitionibus, id perinde esse puto: attamen propter mutuam affectionem in quibusdam editionibus P. Ramus caussam definiuit, vnde effectus aliquis exsistit: per species autem dixit,* aliquid, vel res, est vel fit: *in postrema autem vbiq; dixit,* res est, *tum propter analogiam, tum vt in vsu argumentum arguens ab illa re, quæ arguitur, distinguat. Quòd verò Materia dicitur caussa sine qua non, id paulò alienius videtur, cum nec absq; forma, nec sine adiuuan-*

Caussa sine qua non.

tibus

bus plerisque res consici queat: quin & Subiecti exempla, vt Mare in quo naui gatur, cum adiuuantibus, nomine Causse sine qua non, confundi solent. Nota autem quando vulgò Causa nominatur, tum vel nimis anguste ad Efficientem magis respici, vel nimis late cuiusque ferè argumenti vim intelligi. Ergo distincte argumentorum affectiones teneantur, quæ & rerum & verborum explicationi plurimum lucis adferunt. De Materia. Conclu.

PAE. Præterea ipsum nomen Materiæ etiam Subiectum significat, vt cum dicimus, Materia in qua, circa quam: eam autè vocis vim P. Ramus præterijt. Oppug.

DISC. Propria in artibus vocum vis & significatio definitione aperitur, vt hic quod Materia significet eam causam ex qua res sit. Si præterea per tropum significatio mutetur, id Troporum arte iudicatur. Ita etiam materiæ nomine pro subiecto per Metaphoram abutimur, vt testatur clarissimus Philip. Melan. In Lexico igitur, vel in Commentario, non in arte, variarum significationum annotatio locū habet. Propug. Materiæ in qua &c.

PAED. Sed nec materiæ vna ratio est: quod alia sit, quam primam vocamus, alia, quam secundam. Hæc autem vicissim est vel proxima vel remota. Deinde alia materia est naturalis, alia quæ arte tractatur, seu artificialis. Ergo P. Ramus sola definitione omnem materiæ artem non perfectè explicuit. Oppug. de Diuisione Mate.

DISC. Imo Materiæ ars solo definitionis præcepto contenta, nullam diuisionem recipit. Omnia enim logicæ præcepta erum entis & nō entis. At materia definitio ita generalis est, diuisiones autem illæ non item. Propug. Prop. Assum.

Prima enim si vera est, physicis tantum rebus conuenit, & vulgò etiam ab omnibus in physica, à paucis autem in logica collocari solet. Itaq; non est κατα παντος, nec καθ' αὑτο, vt nec secundæ diuisio: quæ præterea etiam impropria est: quia remotior propriè est materia vicinioris effectus, vt lana panni, & hic vicißim est materia sui effectus, vt pannus vestis. Nullæ igitur hic sunt materiæ species, sed tantum affectionis progreßio & mutatio est. Altera potius ipsarum artium totarumq; rerum & sic non minus effectorũ, quàm causarum, ac in his materiæ diuisio est: quanquam in Efficiente, naturæ vis ab artis seu consilij certa ratione distinguitur, sed in materia id nihil attenditur. Imò omnis materia naturalis dici potest, etiamsi aliter ab alio artifice tractetur.

3. DE FORMA.

Oppug. Def. Formæ. Enthy.

PAED. AGe primum Formæ definitionem inspiciamus? Forma est caussa, per quam res est id, quod est. *At forma est Efficientis effectus: quia ab eo Materiæ inducitur. Ergo non poterit esse cum efficiente Caussæ species.*

propug. Conſ.

DISC. *Consequens seu potius intellectum propositionis Enunciatum falsum est. Nam diuersa consideratione forma quatenus ab efficiente paratur & materiæ accommodatur, eius effectum est; sed quatenus suaui cum ceteris causßis effectum constituit, etiam effecti caussa rectè dicitur. Sic enim forma & efficiens generis communione, quæ est* vis qua res est, *vt species solent, conueniunt, sed oppositis formis seu oppositæ caussandi vi dissentiunt.*

Ant.

PAED.

De Forma. Oppug. Conſ. Ant.

PAED. *Eſto igitur cauſſa formæ genus: attamen eius definitio tota, ſeu forma in definitione plenè expreſſa non eſt. Nam cum formæ ea vis ſit, vt effectiẽ eſſentiam informet & conſtituat, vel etiam ſit pænè ipſa eſſentia: id à P. Ramo expreſſum non eſt. Itaq; alij ſic plenius definiendo apparuerunt:*

Forma eſt quæ dat eſſe rei, id eſt, ipſa rei conſummatio ſeu quaſi exædificatio, qua res eſt, & dicitur talis. *vel:*

Forma eſt cauſſa, qua effectus ſuum accipit nomen.

Forma dicitur, per quam res exiſtit & nomen habet.

Forma eſt naturalis cuiuſque rei nota, per quam quæque vel res, vel actio, eſt id quod eſt, atque ab altera diſcrepat.

Forma eſt ſubſtantia rei cuiuſque.

propug. Compl.

DISC. Definitiones illæ quid plenius, quàm Ramea, definiant, equidem non video, cum verbis variata, reipſa ferè conueniant. Attamen Ramea non modo propriè, verumetiam analogicè formæ vim definit: ceteræ pleræq; nec ita propriè, nec analogicè, imo alienа quædam & ſuperuacanea miſcent. Sola forma nec eſt omnino ipſa eſſentia, nec niſi cum materia vi efficientis coniuncta eſſentiam conſtituit, etiamſi ita ſynecdochicῶs aliquando propter vim præcipuam loquamur; ſed ipſa facit vt res ſeu rei eſſentia ſit ea, quæ eſt, & non alia: alioquin res ſeu eius eſſentia ex materia, ab efficiente, per formam, propter finem, ita conſtituitur, vt ipſa ab efficiente (mo-

Aſſum.

uente scilicet & impellente fine) ex materia per formam) quæ membra faciunt) integretur. Itaque etiam Genus in loco Distributionis, definitur totum suis speciebus essentiale: quia præcipuè materiam & formam, communem specierum essentiam constituentes, significat. Quapropter P. Ramus propriè & analogicè definuit, tum omnes caussas per verbum, Est, quod essentiam significat, (quia omnium caussarum conspiratione res eius q; essentia existit) tũ Formam hac distinctione, per quam res est, id quod est: quia proprietatem essentiæ caussatur, qua res est ea, quæ est, ac non alia, ideoque eadem ab alia, etiam cõmunem essentiam habente, sed propria dissidente, distinguitur. Et sic alij dicunt, Forma est, quæ dat esse rei, per Esse, essentiam significantes; sed nõ satis propriè ac distinctè, cum etiam communis Specierum materia & forma, quæ genere comprehenduntur, dent esse rei, nisi addatur, proprium esse, vel, esse id quod est. Plenius ac generalius igitur est verbũ, Est, quàm, existit, et Res, quàm, Essentia vel Substantia: quia Esse, & omnem caussarũ vim seu efficaciam analogicè, & essentiam propriè; Res verò generatim omne ens & non ens, Essentia angustius materiam & formam coniunctam significat: imo hæc magis videtur physicas naturas denotare, sed tamen in logica Generis & speciei doctrina etiam logicè nominatur. Forma igitur logicè est caussa, per quam res est id, quod est; si idem alijs verbis commodè exprimatur, eodem redit: sin quid aut aliter explicetur, id improprium, aut addatur,

Genus.
Species.

tur, id alienũ et superuacaneũ fuerit. Nomen verò nõ à forma tantũ (quod propter eius obscuritatem rarissimè factũ) sed etiã ab alijs argumentis impositũ est. Verùm non à tali adiuncto seu euentu nominis, sed à propria quasi caussandi & formandi vi conueniebat formam definiri. Neq; ipsa tantũ naturalis rei nota est, sed etiam artificiosa: imo cuiusuis rei ratio est. Rei porrò & actionis distinctio effecti propria ad caussam vllam nihil attinet. Quæ cum ita sint, satis apparet P. Ramum ex propria vi propriè, & ad ceteras caussas analogicè formam definiuisse.

De Materia. Nomen. Naturalis rei nota. Rei, vel actionis. Prop. sent.

PAE. Porrò Aristoteles formæ duplicẽ proprietatem attribuit, vnã ταυτὸ eiusdem, alteram ἑτέρῳ diuersi: & P. Ramus vtramq; definiendo aperuit, q̃ ipsa & rem informet, & eande ab alijs distinguat: vnde etiam διαφορὰ, differentia, nominatur. At in Thesibus nostris Scholasticis sæpe prior tantũ solet attingi, nec tu hactenus alterius mentionem fecisti. Ergo vt in eiusmodi thesi, ita et in tuo respõso error aliquis latet.

Oppug. prop. sent. Assum.

DIS. Imò vnica est formæ proprietas et vtilitas, videlicet rei essentiã ex materia perficere: sed altera inde, vt peculiaris fructus, sequitur, quẽ formà nõ nisi in amithesi dißentaneorũ, imo etiã nõ sola parit. Nã vt Dissentanea differentias propriè ex formis, sed minus accuratè ex alijs etiã argumẽtis oppositis faciũt, ita & Imparia & Dissimilia discrimen quantitatis & qualitatis arguunt. Atq; ideo nec differentia generale ac peculiare argumenti genus est; sed est propriè Formarũ, deinde etiam aliorũ argumentorũ fructus, tum per dissentaneorũ oppositionẽ, tum per quantitatũ & qua-

Compl. Differentia genus argumenti non est.

qualitatum comparationem, collectus. Vt enim Consentanea amica affectione vnitatem & identitatem, ita Dissentanea, sua repugnãtia, diuersitates & differentias, Imparia verò ac Dissimilia discrimina Quantitatum & qualitatum arguendo explicant. Quare Aristoteles propriam formæ vtilitatem cum fructu inde manante, aliquando coniungit, aliquando ab eo etiam separat: Ramus verò definitione fructum differentiæ cum propria vtilitate non est complexus, sed separato Axiomate illum definitioni attexuit.

Oppug. de Diuis. Formæ.

PAED. Sed rem totam ac multiplicem distributione non explicare, magnum est in artis informatione vitium. Forma autem, vt totum aliquid, multiplex est, nec tamen ab Ramo distributa. Quare hic vitium non leue commissum est.

propug. Forma logicè vnica.

DISC. Video ab alijs Formæ aliquam diuisionem tradi, ab alijs non item: sed logica forma reuera multiplex non est. In singularibus, autem exemplis, sua quæq; distincta est: quæ diuersitas non logicæ notionis, sed verum ipsarum est, ideoq; generali definitione eius q; de differentia Consectario satis perspicuè iudicatur. Sunt igitur illæ Distributiones non Logicæ formæ propriæ, sed partim ex alijs argumentis, partim ex inferioribus rerum ipsarum disciplinis huc assumptæ. Quod vt appareat, breuissimè comparentur.

Oppug. 1. Diuisio.

PAED. 1. Forma alia est singulorum propria, alia communis & generalis multis. *Forma eloquentis in Cicerone est eius propria: sed illa forma Oratoris seu idea, quam ipse in Oratore describit, est multorum communis. Sic anima singulorum homi-*

hominum est propria forma, sed idea animæ est communis. De Forma.

DISC. Illa non magis formæ, quàm Effecti diuisio est, sed est quædam ex Indiuiduæ speciei, & Generis affectione deducta distinctio, atq; huc impropriè accommodata. Generali enim formæ definitione, cuiuscunque rei, siue indiuiduæ, siue generalis, forma cognoscitur. Etenim talis distinctio non logicam formæ, sed generis & speciei notionem distinguit; in exemplis autem in res formatas seu in caussarum effectaita incidit, vt vna Logicæ formæ definitione & generis & speciei forma agnoscatur; illaq; inde generalis, quia generis est, hæc specialis, quia speciei est, nominetur. Sed tamen nec tua exempla conueniunt. Generalis enim Oratoris forma est quasi cuiuscunq; artis forma: at Ciceronis eloquentia nõ illius species, sed aliquis fructus est mente conceptus, vt etiam est cuiusuis artis cognitio. Et anima est communis omnium hominum forma: singuli autem homines alijs propriis formis differunt. Respon.

PAED. 2. Deinde Aristoteles triplex genus formarum esse voluit. Vnum earum, quæ Materię imprimuntur: quod genus sunt formæ naturales, quæ sine materia nihil constituere possunt. Secundum verò earum, quæ materiæ quidem imprimuntur, absq; tamen materia munus suum absoluunt, quales sunt Formæ, quarum vsus est, in scientijs mathematicis. Tertium autem earum, quibus nullum omnino commercium est cum materia, quaq; ab omni concretione corporea alienæ manentes, suo officio funguntur, cuius 2. Diui. 1. 2. 3.

cuius generis fuerint mentes diuinæ, ac animi à corpore abiuncti.

Respon. DISC. Tu mihi iam corpoream tantum materiæ logicam fingere videris, quasi forma absq; materia in effecto esse queat, & materia tantum sit corporea. Omnis forma in effecto, suæ materiæ impressa est, seu eius forma non est. Materiæ verò physicæ & corporeæ physica etiam & corporea, incorporeæ incorporea, artificiosæ artificiosa forma est: atq; talis distinctio nõ Formæ aut Materiæ propria est, sed vniuersarum rerũ & artium communis, vt aliæ res dicantur physicæ, aliæ ethicæ, &c: sed illæ omnes sua materia & forma constant. Vana igitur illa diuisio formæ est: sed omnium rerum suam formam esse, tum ex logicæ lege κατὰ παντος intelligitur, tum exemplorum inductione declaratur.

3. Diuisio. PAED. Tertiò aliæ item formæ naturæ, cuius natura caussa est efficiens, vt in ligno vita; alia artificialis, quæ arte fit, vt statuæ aut domus forma.

Respon. DISC. Hæc distinctio similiter totarum rerũ est, non, solius formæ, q.d. Aliæ res naturales, aliæ artificiosæ sunt: sed logicè in Efficiente tantum, in qua vis caussandi sic variatur, vt alia sit naturæ, alia consilij & artis, locum habet: ad formam, cuius vis non variatur, nihil attinet.

4. Diuisio. PAED. Quartò aliæ formæ sunt substantiæ sine quibus res nullo modo cõsistere valent, vt homo absq; anima rationali: aliæ accidentis seu aduentitiæ, quæ siue adfuerint rei, siue abfuerint ab ea, res ipsa nihilo secius manet: quod genus sunt litterarum cognitio in homine, & pictura in pariete. DIS-

De Formæ Respon.

DISC. *Hæc ex veris formis & adiunctis temere confuta est. An non idem auctor dicit, formam esse substantiam rei? quomodo igitur substantiæ adiunctũ nunc formam nominat? Nam si aduentitiæ illæ res non sunt substantiæ, quomodo erunt formæ? Ita neglectio Legum artificialium plurimas confusiones & difficultates in artes liberales inuexit. Quæ cùm ita* Conclu. *sint: certè generalis Formæ definitio cum proprietatis axiomate, abundè satis Formæ logicam informat, quæ exemplorum illustrium inductione demonstrata, nulla amplius præcepta requirit, &c.*

4. DE FINE.

PAED. *Hic similiter initio finem caussam esse* Oppug. *nego. Nam cùm caussa sit, cuius vi res est: Finis autẽ* Compl. *nullam vim & facultatem ad eam efficiendam adfe-* Prop. *rat, sed tantum sit vsus, rei effectæ: sequitur eum non* Assum. *tam caussam, quàm effectum esse. Finis enim cum sit ἐνέργειᾳ formæ, teste Aristata est reliquis tribus caussis tempore posterior, nec vna cum ijs effectum quasi caussatur.*

DISC. *Ego verò id quod tu assumendo negas, omnino confirmo, in fine videlicet summam vim & fa-* Propug. *cultatem Caussæ inesse: cum ille moueat & impellat* Finem esse caussam. *Efficientem, vt ceteras caussas comparet & ad Effectum dirigat. Nunc quis negat in eo vim & facultatem caussæ inesse, quod & deliberandi & agendi principium est, & ceteras caussas omnes trahit, ducit, & impellit, vt vim suam exerant? Et talis vis reliquas caussas omnes antegreditur: sed constituta iam re, ἐνέργειᾳ illa formæ, factæ rei vsus est.*

PAED.

Oppug. de cauſſa finali.

PAED. Sed Finis etiam & cauſſa finalis differūt. Finis enim eſt ipſe vſus rei, ſed cauſſa finalis eſt cogitatio de fine, videlicet de vſu, qua mouetur & regitur agens in opere inſtituendo. Itaque etiam Rhetoricus locus ab vtili à fine ductus eſt: ſed locus ab Honeſto à cauſſa finali, vel potius ab Efficiente. Quæ cum ita ſe habeant, P. Ramus non ſatis logice nomine finis & cauſſam & vſum confundit.

Propug.

DISC. Finem Cicero tantum pro hoc argumento dixit: Ariſtoteles verò τό τέλος, vel αἴτιον τελικον pro eodem. Nec video illius certam diſcriminis rationem: cū idem ſit finis ſiue antè cogitetur, & moueat, ſiue poſt vſurpetur. Neque cogitatio hominis, ſed potius id quod cogitatur, eſt Argumentum. Quare diſcrimen illud quidem ita ſumi poteſt, ſed reuera nullum, vel admodum leuiculum videtur.

Oppug. Compl. Prop Aſſum.

PAED. Sed nec finis logicum argumentum eſſe poteſt. Nam quomodo logicum, & omnis entis ac non entis commune dicetur, quod eſt ſpeciale, et vnius certæ ſpeciei? Finis autem eſt ſpecialis, nempe Dei tantū & hominis proprius: quia eſt ratiocinationis & deliberationis principium, teſte Ariſtotele 2. Poſte. cap. 11. Hæc verò tantum in Deum & hominem vel in angelos etiam cadit. Quin Ariſtoteles etiam 2. Phyſ. cap. 9. affirmat, talem finem eſſe principium nō actionis, ſed deliberationis: vt finis cauſſa ſit rei hactenus, dum ratiocinationis perſuaſio quædam, efficientem mouet. Præterea Ariſtoteles etiam opponit ei αὐτοματον, fortuitum & temerarium: vt finis circumſtantia quædā videatur eſſe cauſſæ efficientis per ſe.

Quod

Quod si sit, certè talis finis, logicum genus causſæ non videatur commune omnis entis & non entis, cùm sit ſpeciale & proprium vnius cuiuſdam entis, nempe ventis deliberatione & ratiocinatione. De Fine. Prop. Con. concluditur.

DISC. *Memini & P. Ramo iſtum nodum pœnè indiſſolubilem viſum eſſe: ſed tamen falſus etiam eidē vterq; Ariſtotelis locus videbatur, qui fini & προαιρεσιν, & λογισμον tribuit, præſertim cùm Ariſtoteles ipſe 8. cap. 2. Phyſ. diſſerat, naturam certo fine agere, & tamen non deliberare. Sed quid, quòd per res naturales Deus ipſe agit, qui ſapientiſſima finis deliberatione vtitur, vt ideo finis non male principium deliberationis dicatur, quia omnium actionum princeps cauſſa ſit Deus, angelus vel homō. Quæ igitur ratione vtuntur, ea certa deliberatione ad finem contendunt; quæ verò illius expertia ſunt, per ea Deus vel homo certū finem ſpectat. Atq; ita finis illius deliberationis, vnde actio principaliter ꝓficiſcitur, principiū eſt. Neq; tamen finis tantum mouet, donec deliberatio ſuſcipiatur, ſed etiam inſtat, & promouet, donec auctor dominusq; reipſa potiatur. Et finem efficienti propoſitū eſſe, id eſt, cauſſam cum alia cauſſa concurrere, nihil alienum videatur. Quare cum cauſſa definiatur, cuius vires ſit, & vi finis præcipuè ea ſit, omnesq; reliquæ cauſſæ comparentur: ideo finē inter genera cauſſarum P. Ramus retinuit, & ſuo cultu exornauit.* Propug. Finem eſſe argumentum.

PAED. *Interim etiam video finis multò illuſtriores definitiones eſſe factas, cuiuſmodi ſunt hæ: Finis eſt cauſſa propter quam quæque res & actio vel inſtituta, vel impedita eſt.* Oppug. De alijs Definit.

rum enim vtrumq; in fine considerandum: ac propterea vnumquodq; eorum suam habet notam, vt, &, Ne: Item;

Finis est causla, cuius gratia aliquid aut natura aut arte fit, ad quem omnes ceteræ causlæ referuntur, & in quo tandem conquiescunt. *Siquidem finis in deliberando primus est, & in vtendo fruendoq; postremus, &c.*

Propug. DISC. *Dixi suprà, nostras definitiones breues, accuratas & analogicas esse: ab alijs quidem copiosius eadem sententia definitur, sed interim quadã aliena & superuacanea miscentur. Ramus duabus vocibus,* Cuius gratia, *finem à ceteris causlis accuratè distinguit, & nomine,* Res, *omne Ens & non ens, siue res sit, sic actio, quæ à causla proficiscitur, verbo autẽ,* Est, *operationem seu opus causlæ in effecto accuratissimè expressit. At illa duplex distinctio, ab alijs addita (*quæq; res & actio, *itemq;* vel instituta vel impedita est) *aliena & superuacanea est: quia primum nomen,* Res, *generalissima vox est, quæ etiã vulgò omnia prædicamenta, ideoq; ipsam quoq; actionem complectitur; attamen in Effecto etiam illa distinctio necessaria est, & proprium locum habet, vt & motus seu actio, & res motu facta effectum esse intelligatur. Deinde voces,* Instituta, &, Fit, *non videntur vniuersam causlæ vim operationemq; comprehendere, sed magis procreationem designare, & quidem præterito vel præsenti tempore. Atq; frustrà additur,* vel impedita, *quod contrariorum sit eadẽ ratio, Instituentia causlæ effecta sunt, instituere, institu-*

tio,

tio, institutum, res instituta. Et contra Impedientis causse effecta sunt, impedire, impeditio, res impedita. Ergo generatim verbo, Est, omnis caussa vis operatioque propriè significatur, ceteris minus proprie, quæ & aliena & superuacanea sunt. Similiter & illa distinctio, aut natura, aut arte, ad efficientis modos pertinet, in fine omnino aliena est. Quod verò ad finem omnes causse referantur, inq; eodem conquiescant, etiam generali finis definitione satis significatur, ex eaq; tanquam fructus sua sponte manat. De Fine.

PAED. Verùm quid est, quod finis tantum ab Ramo definiatur, cùm ab alijs etiam omnis eius vis distributione explicetur? Est enim Finis duplex: alius est summus seu principalis, extremus & vltimus, qui est status cuiusq; rei perfectissimus, in quem omnia referuntur, vt in homine est vita æterna. Alius est conferens seu medius, qui ad priorem tanquã pedissequus accedit, vt in homine cibus, potus, vestis. Qui nunc est proprius, vt vinum exstinguit sitim, & corpus confirmat; nunc improprius, cùm rei abusus est, vt vinum inebriat. Alij verò ita finem paulò aliter diuidunt: Finis vel summus, vel subordinatus est. Summus quem Efficiens propter ipsummet desiderat, vt finis hominis voluptarij est, frui voluptatibus: finis auari est, possidere magnas opes: finis hominis pij est, glorificare Deum. Finis summus est aut vniuersalis aut specialis. Vniuersalis est, ad quem omnes omnino totius vniuersi res tendunt, id est, gloria Dei, iuxta dictum Solomonis prouer. 4. Omnia condidit dominus propter suam gloriam. Specialis finis summus Oppug. de Diuisione finis. Alia Finis Diuisio. Summus. Vniuersalis. Specialis.

mus est, ad quem vnaquæque res in suo genere tendit, vt ædificantis finis est domus, belli finis, victoria. Hæc in suo genere summa sunt, ait Rodolphus: neque enim ædificat amplius ille, neque hic bellum gerit, vbi domum fuerint, atque victoriam consequuti. Iam subordinatus finis est, quem efficiens non propter ipsummet, sed propter summum finem expetit. Sic discimus litteras, vt consequamur doctrinam: sed doctrinam expetimus propter aliud, alij quidem propter nominis sui gloriam, alij propter diuitias, alij vt sua doctrina gloriam Dei illustrent, & Ecclesiæ Christi prosint. Eiusmodi tu diuisiones temere cum P. Ramo mihi contemnere videris.

2. Subordinatus.

Propug. Prop.

DISC. Nihil contemnimus, sed de constanti artis veritate disserimus. Definegitur etiam respõdemus, si is diuisionem recipiat, tum hanc facultatem (: cuius gratia res est :) posse logicè contrarijs formis distingui. At id fieri nequit, nec fit recitatis à te diuisionibus. Ergo nec finis logicam diuisionem recipit. Etenim etiamsi quædam res plures habeant fines, tamen id finis definitionem & notionem non variat: & quædam exempla nõ finis, sed aliorum argumentorũ exempla sunt. Distinctio autem, quæ in quosdam fines incidere videtur, etiam ex aliorum argumentorum, non ex finis affectione sumitur: qua simul res finitæ cum finibus distinguuntur. Itaq; quando alicui rei plures dicuntur esse fines propositi, eorũ quidam, vel fines non sunt, vel progressione ita ex vero fine fluunt, vt sint porro veri finis fines seu fructus. Sin maximè sint plures vnius rei fines, ij logicè generali finis

Assum. Compl.

desi-

definitione satis agnoscuntur, & in specialibus rerum doctrinis nominatim distinguuntur. Itaque generalis Finis definitio logicæ propria est: specialis in rebus quibusdam plurium finium distinctio, ad rerum disciplinam pertinens, à logica aliena est. Alia etiam argumenta pro finibus conturbari dixi, vt causas conseruantes & adiuuantes, cibum, potum, vestes: quibus mediis Deus vtitur ad hominem alendū et conseruandum: quanquā & homo illis, vt finis propositus est, non illa homini. Item inebriare non propriè vini finis, sed eiusdem abundantiæ effectum est. Cuius igitur gratia res est, id eius finis est; & satis generali finis definitione agnoscitur. Quod si id multiplex sit, ea distinctio non est κατὰ παντὸς, sed vel arbitraria, cum sibi quis statuit plures fines, vel certarum rerum propria. Summus finis, ais, est status cuiusq; rei perfectissimus, vt in homine est vita æterna. At ille est cuiusq; rei finis propius, cuius videlicet gratia illa est: sed homini Deus, ac Dei agnitio & celebratio proposita est: quæ eadem est vita æterna, vel saltem illius fructus est. Cōferentes, ais, fines, sunt quasi pedissequi: at ij vel adiuuantes conseruantesq; causæ sunt, vt cibus, potus, vestis: vel sunt fines certorū officiorum ab homine susceptorum, vt iuuare communem societatem: quæ etiam effecta hominis ad verum finem tendentia nominari queant. Sic porrò & de fine summo ac subordinato respondeo. Summus est verus cuiusq; rei finis, & summum eius bonum. Is verò quod vniuersalis & specialis dicitur, ea distinctio ex Generis & speciei, seu è totius integri & membrorum natura deducta, similiter in

De Fine.

Summus finis.

Summus Subordin.

al'a etiam argumentorum genera cadit: quia est omnis entis & non entis, & non modo in exempla argumentorum, sed in ipsa etiam genera & locos accommodari potest. Itaque talis distinctio non è diuersa Finium vi oritur, sed aliunde in finium exempla accommodatur. Vniuersalis itaque summus finis est totius viuersi finis: specialis est vniuscuiusq; rei summus finis: in quo nihil nouæ artis, nullaque finis distinctio est: sed res finitæ, nempe tota vniuersitas, & quæque eius pars, totius & partis affectione distinctæ sunt.

Subordinatus.

Porrò nec subordinatus finis noua ex opposita vi caussandi species est, sed in quibusdam exemplis est progressio finium & rerum finitarum, vt studij litterarum finis est doctrina seu eruditio; eruditionis autem finem alij sibi verum, nempe Dei gloriam, alij ex abusu arbitrarium proponunt, vt nominis gloriam, diuitias, &c. In alijs exemplis subordinatus ille vel est partium, vel singularium officiorum, vt summus sit totius & vniuersi. Quare eiusmodi finium diuisiones nec κατὰ παντὸς sunt, nec finium propriæ, sed vel nominatim ad rerum disciplinas pertinent, vel ex alijs argumentorum affectionibus potius in effecta finita, quàm in fines, vel etiam in vtraque accommodantur, vel denique alia argumenta pro finibus sumuntur quæ fines non sunt.

Oppug. ab alia diuisione.

PAED. Ipse verò Aristoteles etiam alia videtur ratione duas finis species efficere. Nam & materia finem facit formam, cuius gratia materia dolatur, req; ipsa tandem absoluitur ac finitur, & totius rei compositæ finem id dicit, cuius gratia facta ea sit,

Ita-

Itaque 4. cap. 2. de anima inquit. διττῶς δὲ τὸ οὗ ἕνεκα, τόγε οὗ καὶ τὸ ᾧ. Item Simplicius in 2. cap. 2. Physici ait, τὸ τέλος, τὸ οὗ ἕνεκα, τόδε ᾧ. Finis alius est cuius gratia, alius autem cui: vt forma domus est finis, cuius gratia architectus materiam comparauit: at vsus domus, est custodia rerum, & tutela domini aduersus quaslibet externas iniurias. De Fine.

DISC. Quando finem inter causſas numerant Dialectici, tum de fine cum omnibus causis conspirante loquuntur, vt ei generalis causſæ definitio conueniat, cuius vi res sit, hoc est, quem res causſarum omnium vi constituta sibi propositum habet: qui quoniam est in vsu & energia formæ, est Philoponi sententia absolutissimus, in vsu quippe hominum. Quod autem de fine illo formali, vel de forma illa finali dicitur, id similiter de adiuuante causſa dici queat, cuius finis sit adiuuare principalem: estq; illa quædam finis generalis ad certam quandam rem accõmodatio, quæ præter communem finem etiam peculiariter aliquid propositum habeat. Est igitur illa quædam peculiaris finis ex generali eius definitione consideratio, non opposita finium differentia. Nec admodum ille quasi inferior finis consideratur. Enimuerò quoties ferè quamobrem, aut cuius gratia quidpiam factũ, aut fiat, interrogatur, finis ille, qui omnibus causis propositus est, intelligitur, nec habetur illius distinctionis ratio, Cuius & cui, sed omnino cuius gratia, finem istum intelligimus: laudesque summa per Aristotelem fini tributæ, de hoc fine intelliguntur, & quidem nomine cuius gratia. Sic Propug.

enim 2. cap. 5. philosophiæ inquit, τὸ γαρ οὗ ἕνεκα, βέλτιζον καὶ τέλος τον ἄλλον ἐθέλει εἶναι. *Quod cuius gratia est optimum, & finis est aliarum caussarum. Hic igitur finis, omnium caussarum & prima, & optima, & deniq; caussa caussarum est.*

DE EFFECTIS.

Oppug. definitionis. *PAED. Cum aliquid definiendo præterire vitiosum sit: in hac definitione genus prætermissum est.*

Propug. *DISC. Supra Genus, quod est* Argumentum absolutè Consentaneum, *in species relatas, Caussam & Effectum distributum est; ideoque hic, vt satis notum, reticetur & subintelligitur.*

Oppug. propos. *PAED. Sed nec satis mihi accuratè Effectum definiri videtur,* quod è Caussis existat. *Nam si Efficienti, vt nomen sonat, Effectum propriè respondet: potius definiretur,* Effectum esse id, quo facto Efficiens cõquiescat: *sin pariter ad omnes caussas refertur, plenior hæc fuerit Definitio,* Effectum esse, quod ex caussarum concursu & quasi

Assum. Compl. conspiratione eueniat. *Nunc alterutrum esse necesse est: vnde efficitur, vestram definitionem minùs vagam & incertam esse.*

Propug. *DISC. Nodum in scirpo quæris, Effectum quidem nomine Efficienti, sed reipsa & logica significatione pariter omnibus caussis, quarum vi est, respondet. Itaque vt antè Caussa generatim definita est,* Cuius vi res est: *ita & Effectum analogicè definitur,* quod è Caussis existit. *Quare, cum vis Caussarum iam ante satis explicata sit, & hic numero multitudinis Effecta generatim è Caussis dicantur existere; nihil*

opus

opus est hic caussarum concursum & quasi conspirationem copiosius explicare: præsertim cum in vsu arguendi & considerationē ille concursus non semper sit plenus & absolutus. De Effectis.

PAED. Attamen nomen ipsum Effectus vel effectum propriè vni generi, nempe Efficienti respondet: quare, cum nomen generale alius suppetat, nempe, Euentus vel Euentum, hoc potius in generali arte vsurpandum putarem. Nam illud vt omnibus Caußis, ita & Desinitioni magis respondet, quae è caußis existere, id est, euenire, Effecta dicuntur. Itaque & Rodolphus Agricola Effecta & Desinata generali nomine Euenta, quod ex Caußis eueniant, nominauit. Quinimo, cum græcè αἰτιατόν nomine Caussa affectionem exprimente appelletur; liceret hic etiam artis constituendæ gratia, innouare nomen, & Caussatum dicere. Oppug. de nomine Euentus. Caussatum.

DISC. Effectus quidem, si nomen spectes, propriè ad Efficientem Caussam refertur: sed omnium tamen caussarum ratione, reipsa logicè communi præstantißimorum logicorum auctoritate vsurpatur, vt Effectus vel Effectum tanquam αἰτιατόν caussatum generatim intelligatur. Et sanè Ciceron. in Top. & Partitionibus vnicum est caussarū genus in Efficientibus vt Effectus Efficientibus, tanquam caußis omnibus, inde etiam respondeat. Quare cum principem Latinæ linguæ Ciceronem, & ceteros præstantes logicos hic auctores habeamus: aliud nomen hic in arte non assumendum, multo minus barbarum innouandum esse puto. Nam & Euentus potius alicuius exitum negotij, Propug. Euentus.

tij, & Casum, præsertim futurum, quam omnem motum, remque motu factam significat: Rodolphus autem eo nomine Adiuuantia quædam, quæ Destinata nominat, & Effecta confundit. Itaq; diuersæ appellationes in Commentario quidē annotātur, & in Scholis, vsurpantur, sed in arte Effectum, quod probatus vsus obtinuit, retinetur.

Oppug. Proprieta. PAED. Deinceps verò illud Proprietatis Axioma, quo Effectorum quasi modi generatim distinguuntur, mihi etiam valde suspectum est. Nam solius Effecti nomine multa hic confunduntur; quæ ab Aristotele separatim explicantur. Primū enim Actio ipsa, & Opus actione perfectum hic idem esse dicuntur, cū Aristoteles separatim in Categorijs dicat, Agere, & sic, Actionem, vel, effectionem & opus ipsum ἔργον seu ἀιτιατὸν nominet. Deinde Motus eiusque genera, quæ ad Physicam pertinent, Logicæ ab Ramo tribuuntur, & vix duobus verbis tantū Ortus & Corruptio attinguntur; cum tamen motus genera sex ab Aristotele perspicuis nominibus, nempe Ortus, Interitus, Accretio, Imminutio, Alteratio, secundum locū mutatio, numerentur. Hæc igitur natura distincta, ita breuiter & obscurè confundere, valde vitiosum esse videtur.

Propug. DISC. Certe nihil hic P. Ramus mihi confundere, sed ab alijs turbata & confusa accuratè ipse colligere & distinguere videtur. Aristoteli Effectum generatim ἀιτιατὸν, id est caussatum, sed præterea etiam πράξις, ἔργον, ἐνέργεια, ποίησις, γένεσις, κίνησις, id est, actio, opus, actus, effectio, generatio, motus eodem

dem sensu dicitur: effectorumq; locus latissimè per Organon dispersus est: sed alia ab eodem distinctio, quam à Petro Ramo adhibita nulla est. Nihil enim aliud illæ appellationes, quàm actionem seu motum, & rem seu opus actione perfectum significant. Itaq; laudanda est P. Rami diligentia, qui variè dispersa Effectorum dogmata in vnam artem & Categoriā legitimè congregauit. De Motu verò si tibi mirum videtur: disceptetur hæc à nobis Quæstio? De Motu.

An Motus sit res Logica? vel,

An Motus doctrina sit Logicæ propria?

Affirmatur à forma:

QVod Rationis est, & generale, id in Rationis arte generaliter ex lege καθόλου πρώτου explicari debet. Q. De Motu.

At Motus Rationis est, & generalis.

Est enim omnis entis & non entis, omnium artium, institutionum & opinionū, teste Aristot. lib. 3. Physic. cap. 3.

Ergo Motus in Rationis arte ex lege catholica generaliter explicari debet.

CONTENTIO.

PAED. Ego verò contra pertinere Motum ad physicam considerationem sic efficio: Oppug. ex lege catholica.

Quæ communia sunt omnibus rebus naturalibus, ea in Physica prius tractari par est, quàm veniatur ad explicationem propriorum ac singulorum. Propo.

At quid Motus, & quæ Motui sunt adiuncta, in omnium rerū naturalium productione spectatur cōmuniter. Nam Physicus omnia ratione motus considerat. Assum.

Ergo

Compl. *Ergo in Physica prius de Motu generatim agendum, quàm ad propriorum & singularium explicationem descendatur.*

Propug. *DISC. Respondeo, rectè legem Catholicam mandare, de generalibus & communibus antè præcipiendum esse: quòd ex illis singularum cognitio pendeat. Sed & lex homogeneæ distinguit artes in generales, quæ sunt omni proposito communes, & in Speciales, quæ sunt de rebus certis. Nunc lex catholica præcipit ita:*

Quod generale est, id generaliter doceatur, *nempe in Generali arte, quod generale omniumque commune: in Speciali, quod certarum & specialium rerum commune: & in vtraq; communiũ multorum explicatio præcedat. Sic in logica quæcunque logica sunt, in Grammatica, quæ grammatica, in Rhetorica, quæ rhetorica, ita generaliter & communiter docebuntur, vt æqualiter omni proposito conueniant. Atq; in his etiam artibus generales communesque generum affectiones præcedent specierum explicationem. In Physica verò tantum res naturales, in Ethica morales generalibus etiam præceptis ita explicabuntur, vt quo magis generale & commune sit quodque præceptum, eò etiam generalius enuncietur, minusq; generalibus methodicè anteponatur. Ergo ad tuam Propositionem respondeo distinguendo,* Communia prius tractari par est, *scilicet in sua quæque arte, nempe omnium communia in generali, certarum rerum communia in speciali: Deinde contra tuam Assumptionem ita adsummo:*

At

At Motus doctrina est omnium omnino, non physicarum tantum rerum communis, imo est etiam non entium, *teste Arist. lib. 3. phys. cap. 3. Itemque 3. cap. 8. phys. inquit: Hoc affirmare (nempe omnia quiescere, vt quidam dicebant) impotentia quædam mentis est, dubitatioq; de toto, non de parte: neq; solum aduersus Physicam, sed etiã aduersus omnes artes, vt breuiter dicã, et aduersus omnes institutiones: quoniã omnes vtuntur motu.* De Motu. Assum.

Ergo de motu in generali arte, *nempe in Logica ita generaliter dicendum, vt eius vis & in illas ipsas generales artes, & in omnes inferiores res accommodari possit.* Compl.

PAED. Sed ego vicissim tuæ Assumptioni contradico, motum physicarum rerum esse proprium: Oppug. à Naturæ definitione.

Nam si Natura physicæ subiecta, definitur principium motus: certè motus rerum naturalium & sic physicæ proprius est.

At Natura definitur principium motus.

Ergo motus rerum naturalium proprius est.

DISC. *Vide quæso quid dicas*: Naturam definiri, *ais*, principium motus; & ideo motum esse Physicum: *At ego inquam, Naturæ & Principij nominibus ab Aristotele & alijs physicis logicas causas significari. Ergo cum Natura definitur principium motus: tum ipsa Causa definitur causa & origo motus. Causæ autem significatio & consideratio logica est: quare & motus ex illa definitione significatio & consideratio logica erit: Nam id, quod è causis ipsarum vi existit, tam logicum est, quàm ipsa causa,* Propug.

causſa, nominaturq; logicè Effectus, id eſt, motus & actus, ſeu res motu facta. Quæ enim parenti, id eſt, Cauſſæ patria, eadem & ſoboli fœtuiq;, id eſt, effectui motuiq; aſsignatur.

Oppug. PAED. Nego antecedens, principiũ & Naturam eſſe idem, quod Cauſſam logicam. Principium enim

de Natura & principio. eſt rerum tantum phyſicarum initium: Natura eſt inſita rei naturalis vis & eſſentia, non cauſſa ipſa generalis.

Propug. DISC. Tu verbis & hominum opinione diſtinguis, quæ reipſa eadem ſunt. Principium eſſe cauſſam, nemo, vt opinor, negat. Quamuis enim aliquando illud

Aſſum. à cauſſa ita diſtinguatur, vt principium anguſtius materiam & formam primam, Cauſſa verò omne cauſſæ genus ſignificet: tamen ſic etiam ſemper cauſſa manet, & Ariſtoteles in Methaphyſicis reipſa principium naturale & cauſſam naturalem diſtingui vix poſſe teſtatur. Nunc autem & Natura cauſſa eſt: quia definitur principium & cauſſa motus. Et quidem Ariſtoteles ſecundi Phyſici capite primo quatuor Naturæ ſignificationes declarat, quarum tres prima, ſunt tria cauſſarum genera, Efficiens, Materia & forma,

Propo. quarta autem eſt effectus ſcilicet generatio. Si igitur Natura primis illis ſignificationibus eſt cauſſa motus: certè motus effectus fuerit; & quidem generalis ac logicus effectus: quia cauſſæ illæ generales & logicæ

Compl. ſunt. Vnde efficitur, Motum eſſe idem, quod effectum, ideoq; eſſe rem logicam.

Oppug. PAED. Eſto, Ariſtoteles per ſpeciem Naturæ & nomen de cauſſis aliquando philoſophetur. Attamen

in

in Physicis propriè & præcipuè de natura physica & sensili, hoc est, de essentia naturæ entium, quæ res est physica & composita, loquitur, vt Natura significet corpus naturale, materia formaq; comprehensum. Hæc autem Natura non est logica causa, sed eius effectum & vicissim, quatenus operatur, eiusdem exemplum. Et hæc naturalis essentia ac sensilis & composita natura, quæ physicæ propriè subijcitur, est illud, de quo agimus, principium motus: vt etiamsi motus eius effectum sit; tamen non ideo sit res logica, quia speciale effectum & talis naturæ Physicæ proprium est. De Motu.

DISC. Video talem Naturam sensilem & compositam vulgo Physicæ proponi: cum tamen ea etiam de Mente & spiritibus agat. Sed si illa Natura benè & ex ordine definita esset, nequaquam principiū motus (quæ definitio Efficienti conuenit) esset appellata. Cur enim potius ab isto effecto, quàm ex causis essentialibus definiretur? Propug.

PAED. Quia physica subiectum est Corpus naturale mobile: & physicus ratione motus omnia considerat. Quomodo verò intelligat quispiā, quid sit Ens mobile, nisi motus cognitionem habeat. Cùm igitur Ens mobile sit physicæ subiectum: motum physicæ proprium, & primo generaliter in illa arte, deinde per species explicandum esse apparet. Oppug. Assum. Propo.

DISC. Imò nec hoc efficeretur, nec tale corpus physicæ tantum est propositum. Nam Physicæ est ars vniuersæ naturæ: & illi ipsi, qui tale corpus illi proponi asserunt, tamen in eadem de Mente & spiritibus Propug.

etiam

etiam explicant. Sed, inquam, si maxime talis essentia esset physicæ propria, tamen inde non efficeretur, motum etiam eius proprium esse. Habere res physica suum motum, res aliæ etiam suum. Motus enim est omnis Entis & non entis communis, vt ipse Aristoteles præcipuè lib. 3. physi. cap. 3. asserit, etiamsi alias etiam motum physicæ proprium facit: vnde, vt ex vniuersa etiam eius Philosophia, satis apparet, ab ipso varia philosophorum decreta potius collecta, quam accuratè suis ipsius principijs explorata esse.

Oppug. *PAED. Sed ego adhuc Motum omnis Entis & nõ entis, ideoque logicum esse nego: quia Effectum quidem ita generali significatione capitur, sed motus tantum est eorum, quæ habent internum suæ generationis, corruptionis, ceterorumque motuum principium: quod cum tantum sit in rebus naturalibus, earum etiam motus proprius est. Longe enim alia est generatio & corruptio rerum artificialium, vtpote quæ ab externa caussa dependet.*

Propug. Assum. *DISC. Imò vt efficere, effici, effectus, sic mouere, moueri, & motus pro eodem multis in locis ab Aristotele sumuntur, similiterque efficiens & mouens pro eodem. Nam sic caussa efficiens ab Aristotele definitur tertio capite primi Philosophiæ ἀρχὴ κινήσεως principium motus: & tertio capite secundi physici, ἀρχὴ κινήσεως καὶ στάσεως ἢ ἠρεμίσεως principium motus & status seu quietis: appellaturque, αἴτιον τὸ προιὸν καὶ ποιητικὸν καὶ γεννητικόν. Si igitur Efficiens & mouens idem sunt, & efficiens est principiũ motus: certè motus necessario caussa efficientis effectus*

ctus est: atque ideo vt efficiens, sic etiam motus res logica, omnisq; entis & non entis cõmunis fuerit. Quod autem Motum ab effecto interna & externa facultate distinguis, ea distinctio efficientis propria est, (quæ vel interna tum naturæ facultate, tum consilij electione: vel externa, tum necessitatis vi, tum fortunæ casu efficit) & inde ad effecti quasi modũ distinguendum adhibetur, sed motum ab effecto prorsus nihil separat. Motus & effectus communiter suum nomen retinet, siue à naturali vi, siue ab alia facultate oriatur. Motus ex efficientis modo vel naturalis vel artificialis dicitur; & physicus illum, alius artifex hunc in sua arte nominatim in rebus ostendit & explicat: sed ea distinctio logicum Motus seu Effectus genus illustrat, non mutat. De Motu.

PAED. Attamen Physicus eum motum, qui à naturali principio oritur, sibi proponit: & is cum specialior, & physicarum rerum proprius sit: rectè etiam à physico suis quibusdam legibus & generibus explicatur, vt generali quidem Effectorum logica hic illustrari, sed penitus intelligi non possit. Itaq; verbis quidem Effectus & motus vspiam idem esse videantur, reipsa tamen vt genus, seu generale præceptum, & eius species seu exemplum differunt. Oppug.

DISC. Mihi verò reipsa & verbis Motus & Effectus idem esse videntur, summumq; genus logicum significare. Eorum quidem exempla in rebus tum naturalibus tum artificiosis distincta sunt; sed Motus & Effectus genus idem logicum argumentũ, scilicet ἀτιατόν significant: quod idem πρᾶξις, ἔργον, Propug.

ἐνέργεια, ποίησις, & sic κίνησις logicè ab Aristotele nominatur.

Oppug. PAED. Sed fieri non potest, vt naturalium rerum motus, sit omnis entis & non entis communis.

Propug. DISC. Neque hoc asserimus physicum motum esse rerum omnium motum; sed motus considerationem & doctrinam generalem esse, & quasq; res suum quendam habere motum, qui generali & logica motus effectusq; luce agnoscatur & explicetur: Generalem autem illam motus vim ita vicissim ex Aristotele confirmo:

Propo. Actio & Passio ad logicam pertinent, vt Aristoteles in logicis et categorijs & topicis perspicuè testatur.

Assum. At motus idem est actio passioque; in mouente actio, in mobili passio, scilicet nō reipsa, sed ratione tantum differens. Vt enim est eadem via Thebis Athenas, quæ Athenis Thebas: sic motus vnus & idem est, motiuè & mobilis, actiui nempe & passiui: sed in mouente agenteq; actio: in mobili & patiente passio. Vt in docendo motus est vnus, sed in magistro διδαξις, in discipulo μαθησις: quanquam ratione ita actio illa passioq; differunt, vt sit agentis effectum, sed patientis adiunctum, motus tamen non variatur, sed idem manet. Neque etiam aliud est ποίησις quàm κίνησις, vt infinitis in Aristotele locis notauit P. Ramus.

Compl. Motus igitur, Aristotele auctore & assertore, logica res est, ideoque à physicis ad logicam remittendus. Et quidem Aristoteles etiam

etiam nominatim hanc Quæstionem, Vtrum mouere & moueri, sit idem, quod agere & pati, ἀπορίαν λογικὴν quæstionem logicam nominat. 3. cap. 3. Physic. De Motu. Quæstio logica.

Porro Motum omnis entis & non entis esse hoc Syllogismo concludo:

Si ab omni Ente aliquid mouetur & efficitur, & omne ens mouetur, similiterque id de non Ente fingitur: certe Motus est omnis entis & non entis.

Nam vbi vis est & facultas efficiendi agendiq;, ibi & motus: idemq; sunt efficiens, agens, & mouens, itemq; efficere, efficiei, effectus, & mouere, moueri, motus, & actio.

Nuncautem ab omni Ente aliquid mouetur & efficitur, omneq; ens mouetur: similiterque id, de non ente fingitur. Assum.

Hoc primum logicorum generum affectione; deinde exemplorum inductione demonstro. Nam Efficiens & Effectum sunt de omni ente & non ente: Mouens autem & Motus sunt efficiens & effectum, vt iam aliquoties dictum est. Sed exemplorum Inductio hic illustris est: 1. Demonstratio. 2. Demon.

Primùm Deus habet suos motus, nempe actiones ipsius naturæ congruentes ac proprias, atq; ita à seipso mouetur: qui motus dissimiles quidem sunt physicorum motuum, sed tamen motus. Neque enim motus physici soli sunt motus: multò hoc vocabulum latius sumitur, vt Dei, mentis, & cuiuscunque artis effectus etiam sint motus. Dei motus.

Angeli. Animi.

Deinde angelus & animus seu Mens suos etiam habet motus, non quidem sensilium corporum motus, sed tamen motus, suæ etiam naturæ cõgruentes. Hinc propriè eos agere dicimus, qui mente atque animo principes atque architecti sunt externorum operum: & sic Aristoteles 3. cap. 7. politici philosophatur, beatitudinem in actione consistere.

Motus artium.

Tum similes etiam sunt artium motus, quorum scientia & vis mente comprehenditur. Omnis enim ars est vis aliquid agendi & mouendi: nulla est inertis & nihil agentis otij: nec in alio sunt artes occupatæ, quàm in actionum motionumq; suarum proprietatibus. Atque ideo Aristoteles 3. cap. 8. Physici, ait, omnes scientias & opiniones vti motu. Itaque artes primum sui motus communione definiuntur, Dialectica ars benè differendi, Grammatica loquendi, Rhetorica dicendi, &c: deinde communes cuiusq; motus partibus porrò explicantur. Sic in Dialectica primum

Motus logici.

facultates inuemendi, nempe caussandi, efficiendi, subijciendi, adiungendi, opponendi, comparandi, notandi, partiendi, definiendi, testificandi; deinde iudicandi, nempe enunciandi, concludendi, & ordinandi: In Grammatica artificium declinandi, coniugandi, legendi, scribendi, construendi;

Grammatici.

In Rhetorica rationes modificandi verbi, figurandæ orationis, agendi & pronunciandi;

Rhetorici.

In Physica motus cæli & elementorum, conuersim, sursum, deorsum, missio ipsorum, ortus, interitus, coitio, iuuentus, maturitas, senectus, vita, arteriarum pulsus, visus, auditus, odoratus, gustatus, tactus;

Physici.

In Ethica actiones morales benè viuendi,

uendi, bona & mala prosiciendi, suum cuiq; tribuendi, & ita deinceps explicantur. Tales enim illarum artium motus sunt, non quidem physicorum similes, sed tamen motus & quidem singularum artium peculiares ac proprij, quos suo artificio ac essentialis formæ vi in humana mente informata gignunt, et per conuenientia corporis instrumenta exercent. Non entibus autem varius etiam motus affingitur à Poetis. De Motu.

Quæ cum ita sint, motus rectè omnis entis & non entis communis est. Compl.

PAED. Sed quia dicis motus ceterarum rerum esse dissimiles physicorum motuum, inde efficitur, etiamsi generali Effectorum definitione intelligatur, Physicarum etiam rerum suos esse effectus & motus: tamen in Physica etiam dissimilis illius Motus, qui physicæ sit proprius, peculiarem doctrinam generatim esse tractandam. Oppug. à dissimilitudine motus.

DISC. Id non efficitur, cum illa dissimilitudo in logica primum in suis fontibus, nempe in caussarum efficientium modis, deinde etiam generali effectuum, de his ad caussarum modos accommodandis, axiomate satis declaretur. Et huc etiam, quemadmodum in omnes res, dissimilitudinis affectio adhibenda est. Attamen ex generali Effectorum fonte in Physica, vt in vnaquaq; etiam arte rerum suarum, sic rerum physicarum motus per species explicandus est. Sic enim generalis Effectorum doctrinæ vsus in omnibus artibus & tota vita humana rebus ipsis & exemplis explicandis adhibetur. Propug.

PAED. Dicis physicarum rerum motus per species expli- Oppug.

à Defin. & Diui. motus.

explicandos esse: ergone Physicus motus in Physica definiendus, & in suas species distribuendus est? Nec enim Ramus Motum in Logica definit, nec in species diuidit, quæ sunt, Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio, Alteratio, Latio. Quomodo igitur illa ex generali Logica in Physicam specialem accommodabimus, cum in illam explicata non sint.

Propug.

DISC. Non dico per species motus, quæ vulgo dicuntur, sed motus physicos per rerum species, vel in rebus ipsis speciatim explicandos esse. Nec enim species vel genera motus vlla omnino sunt, sed motus, vt effectus, vna sola & generali & logica definitione cõsideratus, satis superq; omni & enti & non enti sufficit: vt materia, forma, finis, vt relatum & aduersum, vt genus & species, semel definita sufficium: nullæ ipsorum diuisiones aliæ discernuntur, aut differuntur. Materia, Forma, Genus, species rerum grammaticarum, rhetoricarum, arithmeticarum, geometricarū, physicarum, in artibus illis ipsis, per generales illorum argumentorum & logicas definitiones, nulla formæ, materiæ, generis, speciei noua & ad illas artes peculiariter applicata institutione rectè considerantur; vsus illorum adhibetur tantum: Ita doctrina motus & effectus ex illo in vniuersum caussarum forma partuq; intelligenda in omni ente & non ente, in omni arte & non arte: exempla vsusq; latissimè per omnes regiones dispersus & disseminatus apparebit: in Grammatica benè loquendi, declinandi, &c. in Rhetorica ornandi, in Dialectica differendi, in physica

Genera motus nulla.

sica ortus & interitus &c. Motus igitur vera genera vel ex efficientibus, vel è rebus subiectis nulla distingui generatim possunt, sed generalis Motus definitio & eius ex efficientibus distincti modi in distinctis rerum ipsarum generibus distinctè ostendentur. De Motu. Oppug.

PAED. Motus genera nulla esse confirmas, sed interim ad sex illa, quæ ab alijs tradita sunt, nihil respondes. De speciebus motus. Propug.

DISC. Ea nec ἀντιδιῃρημένα, nec propria Motus genera sunt. Primùm contrarijs formis non esse distincta inde apparet, quòd & nullum eorum sit, quòd non certa ratione sit genesis, & ex diuersis argumentorum generibus collecta sint. Nunc autem ἀντιδιῃρημένα, genere tantum idem esse solent, non propria forma. Cùm caussæ omnes concurrunt, ad quamlibet rem efficiendam, ea genesis est, motus videlicet & effectio caussarum, siue nouam speciem gigni, siue veterem corrumpi consideres. Sic Aristoteles 7. cap. 3. Physici, & 1. cap. 2. γένεσιν pro omni motu, vt sæpe alias, vsurpauit. Sic in Philosophia 7. ca. 7. lib. vocat γένεσιν omnem motum, facitq; νοησιν ἢ ποίσιν intelligentiam vel actionem. Nam corruptio genesis est caussæ eam procreantis, vt similiter augmentatio, diminutio, alteratio, & latio caussarum eas procreantium, nempe augentium, diminuentium, alterantium, & loco mouentium. Assum. Prop. Assum. explic. 1. 2.

Sed ne quis putet nos hic, odiosam inducere confusionem, dixi paulò antè, diuersorum argumentorũ affectiones hic conturbari. Itaque illa, quæ dicuntur,

motus genera, ad suas causſas relata, ſunt geneſes earundem; ſed ad res, in quibus conſideranter, accommodata, aut inter ſe conſiderata, etiam aliorum argumentorum affectiones habent. Corruptio præcipuè eſt è topico contrariorũ, vbi & axioma illud de contrarijs inter ſe pellentibus, & corrumpentibus eſt proprium, Contrarium à contrario corrumpi. Accretio ſeu augmentatio, vt &, Diminutio, ad rem accommodata, eius adiunctum eſt; ſed altera alteri collata maioris & minoris vim habent. Et vt res duæ quælibet inæquales, logicè dicuntur maiores vel minores: ſic augeri minuiq; logicè & communiter dicentur, non ſolum linea, ſuperficie, corpore, ſed vi qualibet & facultate. Alteratio dicitur eſſe mutatio adiunctæ qualitatis, vt in Homine ſanitatis in ægritudinem: qualitates illæ ſeparatim ad hominem relatæ, adiuncta ſunt, inter ſe oppoſitæ ad topicũ Oppoſitorum pertinent. Ergo alteratio nihil aliud eſt, quam oppoſitorum commutatio, quæ ſimiliter ex ipſorum communi lege, quod eidem attribui nequeant, intellecta, non ſolum in rebus phyſicis, ſed in ommibus etiam entibus & non entibus conſideratur. Latio tandem eſt loci mutatio: quare vt ipſe Locus eſt entis & non entis: ita & Loci mutatio, qua eodem loci præcepto logico, ſed oppoſitorum lege adiuto, intelligitur. Quinimo etiam Localis motus ſpecies efficiuntur Accretio & Diminutio 4. cap. 4. phyſici. Itaque illa genera non ſunt ἀντιδιηρημένα, ſed ex diuerſis argumentorum affectionibus confuſa, & certo reſpectu eandem etiam affectionem generationis

Corruptio

Aug. Dimi.

Alteratio.

Lib 1. ca 13.

Latio.

nis habent. Vnde & illud, quod secundo loco à me propositum fuit, intelligitur, nihil in horum motuum vocabulis physicæ proprium, sed totum esse logicum, id est, generale, communeq; omnis entis & non entis. Quare relinquitur, nec illa ipsa, nec vlla alia vera motus genera esse. De Motu. 2. Compl.

PAED. Attamen illa in physicis cõsideranda sunt: vnde igitur cognoscentur, si nec in physica, nec in Logica Motus genera & Definitio tradetur. Certe tali logica motus vtilitas, quæ in Physicis summa est, inutiliter minuetur. Oppug.

DISC. Imò ea partibus infinitis augebitur & amplificabitur, & pro modica in physicis rebus commoditate, immensa atque infinita per omnes artes vtilitas & commoditas percipietur. Motus in physica est necessarius, ait Aristoteles, & rectè quidem: sed idem octauo physico ait, in omni quoque arte alia, vel scientiæ vel opinionis eum necessarium esse. Quare quod alij speciei vni nempe physicæ tantum assignant: id P. Ramus vniuerso omnium entium & artium generi, imo etiam non entium, non artium generi dat & addicit. Sed quæris, vnde motus illa, quæ dicuntur, genera tenenda sint: E logica, inquam, omnium argumentorum affectiones, omniaq; iudicij genera cognita ad inferiores artes adferenda sunt. Itaque cum res physicæ omnibus, vel præcipuis argumentorum generibus explanabuntur; tum & illæ facultates, quæ motus generibus illis continentur, & simul omnes naturalium rerum proprietates commodè & legitimè explicabuntur. Sic ergo communes argumentorum Propug. De Motus vtilitate. Vnde motus genera illa præstentur.

affectiones, omnes rerum naturalium rationes, & in ijs etiam motus diuersitates exponunt; sed nominatim, vt in alijs artibus, ita & in physicis sui motus distinguuntur, nempe motus cæli & elementorum, conuersim, sursum, deorsum: mistio ipsorum, ortus, interitus, coitio, iuuentus, maturitas, senectus, vita, arteriarum pulsus, visus, auditus, odoratus, gustatus, tactus: illi nempe, vt suprà etiam dictum, motus omnes physici sunt, qui sic generali effectorum significatione speciatim in physicarum rerum speciebus exponuntur.

Oppug. de Defin. Motus. Propug.

PAED. Sed tandem cur definitionem, Motus P. Ramus prætermisit.

DISC. Effecti definitio est etiam motus definitio, quatenus videlicet illud significat ipsam actionem, quemadmodum apertè Axiomate Proprietatis ad Effecti definitionem præcipitur. Sed Aristotelicam motus definitionem, nihil definientem, imo verum motus doctrinam conturbantem, iure repudiauit. Motus ab Aristotele 2. cap. 3. Physica definitur, Εντελέχεια του δυνάμει ὄντος, ἢ τοιοῦτον· *item* του δυνατου, ἢ δυνατόν: *item* του κινητου, ἢ κινητόν, *hoc est, Motus est actus, potentia entis, quatenus tale: posibilis, quatenus posibile: mobilis, quatenus mobile: qualis nempe motus sit in procreatione arboris, initio ab imperfecta radicis germine, ad truncum & ramos progressio. Nunc Ramus ita contrà disputat:*

Propo.

Si Εντελέχεια, *perfectionem rei, id est, formam significat: non potest motui, quo forma ipsa formatur*

com-

conuenire. *Quia hic motus est itio ab imperfecto ad perfectum, nempe ad formam.* De Maximis.

Si autem Εντελέχεια *sit idem, quod progressio ab imperfecto ad perfectum, hoc est, si significat ipsam formationem, & à priuatione progressionem ad ipsam formam: tum idem erit* ἐντελέχεια, *quod motus, & sic idem per idem ineptè definietur, sic: Motus est motus entis in potentia, quatenus tale.*

At motus alterutrum significat, nempe vel formam ipsam & perfectionem rei, vel formæ formationem & impressionem seu progressionem ad formam. Probatur ex ipsius Aristotelis philosophia. Etenim sic Aristoteles 3. capite 9. Metaph. ait: Ενεργείας nomen ad ἐντελέχειαν, *& cetera alia ex motibus peruenisse. Videtur enim* ἡ ἐνέργεια, μάλιστα ἡ κίνησις εἶναι, *maximè motus esse. Alexander hoc loco ait,* ἐνέργειαν *dupliciter dici, modò ipsum motum, vt dealbationem, modò finem motus, vt ipsum album: quos fines (ait)* ἐντελέχειας *Aristoteles appellat. Sic igitur* ἐντελέχεια *tum est idem quod* ἐνέργεια καὶ τελείωσις *i. perfectio & forma ipsa, tum* ἐνέργεια ἀτελὴς *actus imperfectus, &* κίνησις *i. motus.* Assum.

Ergo Entelechia motus genus esse non potest, nec motus species Entelechiæ, nec omninò motus est entelechia: ideoq; vitiosa illa motus definitio est, manetq; motus idem, quod Effectus. Compl.

Sed reliqua de Motu ex P. Rami Scholis Physicis & Metaphysicis petantur.

DE MAXIMIS CAVSSArum & effectorum.

Oppug. PAED. DE *Maximis supra generatim respondisti: sed velim audire quid ad singulas respondeas. Magnus.n.hic earum à plerisq; numerus exponitur; vt mirum sit, P. Ramum eas omnes præterijsse.*

Propug. Ramearũ maximarũ. DISC. *Non præterijt omninò, sed earum vim, nisi prosus alienæ essent, definitionibus, diuisionibus et proprietatum regulis ita complexus est, vt hinc etiam facilius earum fructus percipiatur. Dixi autem suprà omnium artium Definitiones, Distributiones, & reliquas proprietatum regulas esse veras Maximas, quæ vt fundamenta ad exempla, illis subiecta, demonstranda adhibeantur, fiantq; vel principalium Syllogismorum vel prosyllogismorum Propositiones, vnde ad exempla adsumatur & concludatur. Dixi etiam,*

Maximæ non demõstrant consequẽtias. *Maximas non esse Regulas Consequentiarum, exceptis Syllogismi Maximis, quæ solæ sunt de legitima consequentia, sed esse fundamenta & propositiones syllogismorum vel prosyllogismorum, ad res ipsis subiectas demonstrandas, ita tamen, vt quemadmodum alia argumenta, ita etiam affectæ earum partes inueniantur, quæ inter se dispositæ, fiunt illæ ipsæ integræ Regulæ, quæ in arte collocantur, & sic ad propositum adhibentur. Sic.n. vel à Definitione, vel à distributione, vel ab alia proprietate. i. ab alio argumenti genere, inuenitur argumentum: quod ad propositum accommodatum, fit ea Maxima, seu Regula, quæ in arte ponitur. Et quidem eiusmodi è Logicis præceptis seu Maximis sumptæ argumenta fiunt ferè semper Propositio-*

positionum Syllogisticarum declarationes prosyllogisticæ, non Consequentiarum demonstrationes, nisi sint ipsius Syllogismi regulæ. Et tandem notandum ad antecedentes Syllogismi partes, & præcipue ad eius Propositiones demonstrandas, duplex argumentorum genus posse adhiberi, vnum ex ipsa Logica, nempe vel ex argumentorum, quæ illis partibus enuncian tur, affectione, vel ex axiomatici Iudicij regulis, quæ sic sunt Maximæ: alterum ex rerum disciplinis, cum propositiones vel Assumptiones ex rebus ipsis demonstrantur. Atq; è Logica ipsa non tantum ex ipsis definitionibus, diuisionibus & alijs regulis eiusmodi argumenta sumuntur: verumetiam alia argumentorum genera in alia accommodantur, vt cum similis qualitas in caussa consideratur, vnde similis etiam in effecto concludatur. Nam ita tota Inuentio non modo in alias res, sed etiam in suijpsius partes, id est, aliud argumentum in aliud considerandum adhibetur. Nunc copia illa vulgatarum Maximarum partim ex legitimis præceptis, partim ex aliorum argumentorum in alia accommodatione, partim ex rerum naturis cum argumentorum affectionibus confusis, deducta est. Itaq; cum in ijs & heterogenea, & tautologia varia insit, iure & merito à Petro Ramo prætermittuntur. Sed & hoc notandum, vulgatarum maximarum vsu & applicatione naturalem ac veram differendi rationem conturbari, dum animi præteritis fere syllogismorum propositionibus, à primi in ijsdem Iudicij consideratione subitò Maximis ad Consequentiam abripiuntur: cùm tamẽ in primo propositionis iudicio vniuersa dispu-

De Maximis.

Duplex argumenti prosyllogistici genus.

Maximæ ex varijs argumentis confusæ.

Copia Max. vnde.

Maximæ conturbãt iudicium.

disputationis vis sit & fundamentum. Ergo potius Syllogismi perficientur, ac tum partes infirmæ aut dubiæ vel è logica ipsa scilicet suo artificio, vel è rerum disciplinis, ipsarum natura demonstrabuntur. His consideratis non difficile est ad Maximas & Regulas consequentiarum respondere: itaq; quasdam enumerate:

Regulæ de causſis.

1. Regula. *PAED.* Nihil fit ſine cauſſa, ait Plato. Hinc regula Conſequentiæ: Non poſitis cauſſis ſufficientibus, id eſt totalibus, & ordine coniunctis, non ſequitur effectus: *vt Habeo exercitum. Ergo vincam: non ſequitur.*

Collatio. *DISC. Platonis dictum eſt Conſectariũ ex Cauſſarum & effecti definitionibus: imò ex totius logicæ affectione, quòd ſit ea omnis entis & non entis.*

Regula illa, eſt Admonitio tum ex omnium cauſſarum conſpiratione (quæ ex ipſarum definitionibus intelligitur) tum præcipuè ex adiuuantium affectione deducta: qua non propriè conſequentia, ſed intellecta Propoſitio (Si habeo exercitum, vincam) quaſi argumento ex cauſſarum affectione deducto, iudicatur, & declaratur, quòd ſit Contingens axioma: Sed logicus accommodatius in iudicando progreditur: Iubet Propoſitionem addi, eamq; Axioma contingens eſſe oſtendit, ex Contingentis definitione, ad quam tandem etiam argumentorum, ex quibus ea conſtat, affectionem adhibet, monens bella geri cauſſis cum alijs, & Deum præcipuè victoriæ cauſſam, & datorem eſſe. Certè regula conſequentiæ tam propriè

Naturalis ſolidaq; diſſerendi ratio.

ac

ac ꝓspicuè illud iudiciū nō ostendit, imò illud cōsequen De Maxi-
tia cogitatione obscurat et conturbat, vt antè dictum. mis.

PAED. Posito effectu, necesse est causam esse vel fuisse. 2. Regula.

DISC. *Est consectarium & fructus è definitione Effecti: quod è causis scilicet omnibus existit.* Collatio.

PAE. Causa ordine naturę precedit effectū. 3. Regula.

DISC. *Id tum Diuisio absolutè consentanei in Caussam & Effectum, tum Caussæ essectiq; definitio, ac nominatim etiam Communis regula, Caussæ definitioni addita, satis ostendit, lib. 1. cap. 2. & 3.* Collat.

PAED. Positis caussis naturalibus sufficientibus & non impeditis, si sit admota materia, sequitur effectus necessitate physica: vt, *Stipulæ cōiectæ sunt in ignem. Ergo vrentur.* 4. Reg.

Sublata caussa naturali, tollitur effectus.

DISC. *Admonitio est, tum ex efficientis definitione modoq; naturali, tum è materiæ seu potius obiecti affectione, addita impedientis conditione, ad rerum physicarum naturam proprius accōmodata. Logicus e generali arte diceret, hæc propositio (Si stipulæ cōiectæ sunt in ignem, vrentur) Axioma physicè necessarium est, misi violentior caussa impediat. Si quis non acquiesc at, dicit, Ignem per se, nempe, naturæ vi, vrere & sic consumere materiam conuenientem.* Collar.

PAE. Naturalis caussa vno eodemq; modo agit, etiamsi in diuersis subiectis videntur dissimiles effectus, *vt, Solis calor liquefacit cerā, & durat lutum.* 5 Reg.

DISC. *Est physica specialis, non logica generalis* Collat.

modi

modi per se in natura explicatio. Logica generatim docet, Efficientem per se agere tum natura, tum consilio. Sed quæ vis naturæ sit, ac voluntatis, Physica speciatim explicat, & inde Ethica conformat officia: quanquam Theologia aliter de vi mentis volitatiuq; in rebus diuinis patefacit.

6. Reg. 7 Reg. 8. Reg. *PAED.* 6. Voluntaria causſa poteſt ceſſare & agere diſſimiliter. 7. Et voluntatis diuina, quæ eſt immutabiliter bona, omnes effectus boni ſunt. 8. Voluntatis humanæ; quæ eſt mutabilis, effectus ſunt diſſimiles, &c.

Collat. *DISC. Sunt ethicæ & Theologicæ modi conſtituendi explicationes, multò illæ quidem inferiores logicæ rationibus, ſed, vt multa paſſim alia, declarandi causſa hic adhibitæ.*

9. Reg. *PAED.* In cauſſis eſſentialiter ordinatis impoſſibile eſt progredi in infinitum: quia ſi eſſent infinitæ, ordo earum perturbaretur. Igitur neceſſe eſt peruenire ad vnam primam, quæ habeat potentiam infinitam.

Collat. *DISC. Non Logica regula eſt, ſed argumentatio ex phyſicarum cauſſarum progreſſione & connexione, ad indagandam primam rerum omnium cauſſam eâdem eſſentiæ lege naturalibus non annexam.*

10. Reg. *PAED.* Accidentaliter ordinatas non neceſſe eſt ſimul poni, vt cum duo equi ſimul trahunt currum.

Collat. *DISC. Eſt admonitio ex cauſſarum cum alijs & adiuuantium diſſimilibus exemplis. Sed logica generatim docet, Efficientem vel ſolam, vel cum alijs agere:*

agere: quæ & quo modo solæ aut cum alijs agant, id inferiores artes & communis vita ostendit. De Max.

PAED. Impossibile est Efficientem totalem esse genere deteriorem effectu. Ideo necesse est, primam caussam rerum esse naturam intelligentem. 11. Reg.

DISC. Non est logicum Inuentionis aut Iudicij documentum, sed elegans Ratiocinatio ex comparata Caussæ & Effecti dignitate, ad primæ caussæ præstantiam & naturam concludendam. Collat.

PAED. Lex referenda est ad caussas efficientes: quia est cogitatio principaliter mouens agentem. 12. Reg.

DISC. Est argumentatio quasi ex efficientis definitione, de generali quodam exemplo. Sed nobis Lex in Testimonijs est: quia ea affirmatur, aut negatur, quod faciendum vel fugiendum est: & sic eius auctoritas mouet, vt aliqua efficientia insit. Collat.

PAED. A Caussis per accidens non valet consequentia, sæpissimè videlicet non sequentibus effectis: Laborauit febri. Ergo factus est temperans. 13. Reg.

DISC. Admonitio est de consequentia, cum potius esset de Contingenti ex talibus caussis cum effectis axiomate. Logicus simpliciter dicit, Propositionem intellectam esse contingentem, ex naturali quidem modo eius & effecto. sed dissimiliter ac ferè fortuitò agente: vnde etiam quæstio concluſa est contingens. Collat.

DE MATERIA.

PAED. Cui adimitur materia, adimuntur 1. Regula.

& partes materiæ, & accidentia propria illi materiæ, seu subiecto: vt, *Stellæ sunt corpora lucida, seu non conflata ex elementis inter se mixtis. Ergo nullæ sunt partes terrestres in stellis, nec aluntur stellæ vaporibus.*

Collat. *DISC. Admonitio est tum ex materiæ definitione, tum ex totius & partium affectione confusa. Logicus ait, Propositio hæc,* (si stellæ non sunt corpora conflata ex elementis inter se mixtis: nullæ sunt in stellis partes terrestres, nec eæ aluntur vaporibus) *est Axioma physicè necessarium, ex negata materia integra, & eius parte, itemque eius adiuncto, seu conseruante eiusdem naturæ caussa.*

2. Regula. *PAED.* Accidentia propria mentis non sunt tribuenda corpori, nec contra. *In statua non est mens. Ergo nec notitia.*

Collar. *DISC. Admonitio est de duobus oppositis subiectis Physicis eorumq; adiunctis ex oppositorum communi lege, & Physica deducta. Logicus Propositionem ait necessariam esse, è negato subiecto, & eius adiuncto: nec eiusmodi admonitione eget. In logica ex Physicis pro exemplo ponitur, Animam esse subiectum Scientiæ, ignorantiæ: &c. Ad materiam igitur hoc nihil attinet.*

3. Regula. *PAED.* Accidentia non possunt esse sine subiecto. Quare destructo subiecto, accidentia etiam intereunt. *Oculus corruptus est. Ergo exstincta est visio.*

Collat. *DISC. Admonitio est, ex subiecti & adiuncti, vel potius ex Caussæ & effecti definitione deriuata;*

ideo-

ideoq; ad materiam propriè non attinet: & alij exemplum hoc caussæ internæ tribuunt. Logicus hoc axioma, Si oculus corruptus est, etiam visio exstincta, ex negata caussa naturali eiusq; effectu, necessarium iudicat. De Maximis.

PAED. Diuersæ materiæ variant rerum dignitatem, vt Thorax aureus est precioſior ferreo. 4. Regula.

DISC. Non est Lex materiæ, sed materiarum comparatio, qualis & efficientium, imo omnium rerum esse potest: Comparatio ipsa è logica, sed materiæ natura è sua disciplina iudicatur. Collat.

PAED. Concessa materia, potest concedi; & effectus: negata materia, negatur & effectus. Aera sunt. Ergo & arma ænea esse possunt, &c. Reg.

DISC. Admonitio & fructus est ex definitione materiæ: quæ cùm sit caussa ex qua res est: intelligimus eam natura priorem esse effecto, & ea parata effectum esse posse, sublata non posse. Logicus hoc axioma: Si pannus est, vestis fieri potest, contingens, hoc autem, Si æs non est, nec ænea arma esse possunt, necessarium iudicat, nempe ex argumentorum illorum affectione per contingentis axiomatis definitionem. Collat.

DE FORMA.

Posita forma substantiali, res ipsa ponitur. Nam cum forma ponitur, necesse est materiam & efficientia præcedere: & contra: vt, Bestiæ habent insitas animas, stellæ non item. Ergo bestiæ sunt animalia, stellæ non sunt. PAED. 1. Reg.

Collat. *DISC. Lex & vera Maxima Formæ in Logica* κατὰ παντὸς *est, Eam cum reipsa ingenerari: inde illa Consectaria deducta sunt. Logicus Propositionem intellectam iudicat Axioma non modo necessarium, sed & de omni, homogeneum et Catholicum, vt nominatim in eo iudicio docetur, lib. 2. cap. 3.*

DE FINE.

PAED. OMnes res conditæ sunt ad aliquos fines, id est, vsus.

1. Reg. Collat. *DISC. Admonitio est ex definitione finis, quæ vt tota logica, est de omni ente & non ente. Et nominatim in loco Finis per exempla docetur, Hominum & omnium rerum naturalium, omniumq; artium suos esse fines.*

2. Reg. *PAED.* Vnius rei possunt multi esse fines, sed subordinati & vicini: *vt vinum & nutrit & sanat. Et efficaciora argumenta sunt à summo, quàm à conferente fine.*

Deo gratis seruiendum est. Ergo non sunt petenda vel exspectanda præmia corporalia & stipendia.

Neganda est consequentia, quia vnius rei multi possunt esse fines, sed subordinati.

Collat. Confer supra. 630. *DISC. Admonitio est ex quibuslam exemplis, collecta: nec. n. illa diuisio est* κατὰ παντὸς, *vt supra dictum: & alij aliorum fines sunt, sibiq; ita ab homine statuuntur. Sed siue vnus sit, siue plures fines, illi vna logica finis definitione satis intelliguntur: Rerum autem disciplinæ nominatim fines explicant. Itaq; ad declarandum axioma ex fine & finito, finis definitio sufficit, si rei etiam natura è sua disciplina ostendatur.*

Si

Si Deo gratis seruiendum est, non est exspectandũ præmium & stipendium. De Maximis.

Logicus axioma falsum iudicat: quia piorum ministerio Dei gloria proposita est quidem, vt finis, sed ab eodem etiam sunt stipendia & præmia adiuncta, quæ sunt ornamenta & fructus laborum: quorum finis est sustentatio vitæ.

PAED. Propter quod vnumquodq; tale est, illud magis tale est: *vt, Auarus appetit nauigationem propter pecuniam. Ergo pecuniam magis appetit.* 3. Reg.

Item cuius rei finis est bonus, ipsa quoq; bona.

DISC. *Est Comparatio Finis & effecti finiti: cuius artificium est è Comparatis, res autem è suis disciplinis sunt spectandæ. Nihil igitur ad finis artificium facit. Imo nec ita propriè argumentum à fine est, sed ab effecto finito illius caussa susceptо. Posterius similiter est comparatio adiunctæ qualitatis.* Collat.

PAED. *Omnium superiorum regularum recitatio illustrat hanc communem regulam:* Positis omnibus caussis sufficientibus in actu, fit effectus. Collat.

DISC. *Est Consectarium admonitionis ex omnium caussarum definitionibus. Sed Formæ lex apertè docet, eâ rem perfici.*

DE EFFECTIS.

PAED. Posito effectu, necesse est, caussas proprias esse vel fuisse. 1. Reg.

DISC. *Admonitionis Consectarium est ex De-* Colla-

finitione effecti: quæ est, quod ipsum è causis existat.

2. Reg. *PAED.* Sublato effectu, ea demum causa tollitur, quæ sola & absolutè efficiens: *vt, Si dies non est, sol non lucet.*

At si aliud causarum genus sit, nihil valebit: *vt, Si non est Dialecticus, non habuit bonum præceptorem.*

DISC. Admonitio est ex affectione efficientis morum, tum solius & naturalis, tum consilij. Logicus prius axioma necessarium ex diei procreante sola naturali, eiusq; effecto; alterum contingens ex efficiente consilij, quæ discipuli naturali stupiditate & negligentia impediri potuit.

Conuenientia. *PAED. Porro de conuenientia has Maximas tradunt:* Cui conuenit effectus, ei & causa conuenit: Quod effectui congruit, etiam causæ cõgruit. Qualis effectus, talis causa, &c.

Collat. *DISC. Eiusdem generis consectaria & admonitiones sunt: & eodem redit, siue Effectum esse ac poni, siue alicui conuenire dicas. Sed posteriora duo magis contingentia & fortuita sunt: neq; .n. semper eadem causarum & effectorum qualitas est.*

Summa Maximarum. *In summa Definitiones, Diuisiones, & proprietatum explicationes legitimæ, sunt veræ Maximæ: cetera sunt illarum fructus & consectaria, & quidem pleraque ex aliorum argumentorum in alia, vt ex adiunctorum vel comparatorum in Causas & Effecta accommodatione, deductæ. Et sunt, non inueniendi aut iudicandi præcepta, sed argumenta prosyllogistica,*

ca, hoc est, ad axiomata antè ex argumentis confecta declarandum inuenta. Et certè quia Inuentionis Maximæ nullo modo consequentiam (. quæ syllogismi legibus efficitur) sed axiomata declarant; de his etiam accommodatè & conuenienter enunciarentur, sic. De Subiectis. Quomodo Maximæ enunciantur.

Ex forma & formato effecto fit Axioma necessarium.

Ex efficiente consilij & effecto fit contingens, &c.

Quæ tamen essent primi iudicij, non Inuentionis regulæ, vt prior etiam in Axiomate homogenea collocatur, lib. 2. cap. 3. Etenim hoc captte scientificorum materia fontesq; communiter indicantur: deinde per species præsertim axiomatis compositi, speciales etiam necessariorum regulæ traduntur. Cætera per cõmunes axiomatum leges ex argumentorum affectionibus iudicanda sunt.

DE SVBIECTIS ET Adiunctis.

PAED. Oppug.

DEinceps pauca ex modo quodam consentaneorum disputationibus repetamus. Cùm igitur Ramus subiectum vocet, quod Graci ὑποκείμενον nominant, rem videlicet suis causis constitutam: certè verbo solus inusitato & barbaro, quam trito & latino, vti maluit. Quòd.n. ille subiectum appellat, latini Totum vocant: nec quisquam illud nomen in Locis & argumentis vnquam collocauit, teste Ioac. Perionio. De Subiectis &c. 1. De ipsa.

DISC. Ego verò & rem seu argumentum subiecto significatum, & nomen ipsum rectè in hoc genere collocari atq; explicari censeo. De re et natura argumẽti huius inde constat; quòd, non modo in rerum Assum.

consensione, vnitate, & identitate essentialis & absoluta Caussarum & effectorum, sed etiam aduentitia quædam affectio spectetur: vnde rectè Aristoteles Consentanea ἁπλῶς absolute, ἢ πῇ aut modo quodã distinctè nominauit. Et certè in hæc duo genera omnis in aliorum, quamuis variè dispersis locis, consensio tamen incidit. Cum igitur Caussæ sint effectis ita essentiales, vt hæc illarum vi existant: & multa etiam præterea ad essentiam caussarum vi constitutam accedunt: certè vt illa respectu caussarum nominantur: ita etiam illud, quod ea, quæ præter essentiam accedunt, recipit & sustinet, eorum affectione & respectu nominetur necesse est. Hæc sanè affectio spectata est tum in Prædicamentis, quanquã angustius, cum omne Ens in essentiale quasi fundamentum, & in eius accidentia distinctum est, tum in Prædicabilibus, cum Proprium & Accidens omni enti attributum est, tum denique in Locis, cum variæ circumstantiæ multis etiam locis expositæ sunt. Ergo res & natura huius argumenti apparet, quod sit id, cui ea, quæ præter essentiã accedunt, insunt vel quoquo modo adiungũtur. Nunc talem rationem Aristoteles ὑποκείμενον et δεκτικὸν nominauit: illud subiectum vel obiectum, hoc receptaculum, vel conceptaculum interpretantur. Ei oppositum συμβεβηκὸς accidens, πάθος, πάθημα, quod est affectio, περιουσίαν & περίστασιν, Circumstantiam, vt Quinctilianus interpretatur. Et Prædicamenta distinguuntur, quod Substantia sit tale ὑποκείμενον, reliqua verò Accidentia. Et in diuisione τῶν λεγομένων, quæ est in Antepradicamentis, etsi etiã ὑποκείμενον

Prop.

Compl.

2. Denomine.

μενον pro alio inferiore argumento, cui posterius attribuitur, sumit, tamen in secunda & tertia diuisione aperte ὑποκείμενον. i. subiectū dicit, in quo aliquid, mest, vt scientia in animo, candor in corpore, &c. Quapropter & affectio huius argumenti, & græca affectionis nomina apparent. Sed nemo, ais, latinè Subiectum nominauit illud ὑποκείμενον, quod latini Totum nominant. Esto Cicero Subiectum in neutro genere non dixerit: at dixit, Res subiecta, vt & ipse Perionius ὑποκείμενον vertit. Atq; etiam Cicero omnes subijciendi modos adiectiua voce expressit: Sic sub metum subiecta esse, pigritiam, pudorem, &c: Subiectus miseriis: subiectus infamiæ & periculis: Mare subiectum ventis: subiectus Aquiloni: Res subiecta sensibus, & sub sensus, dixit. Sed Rodolphus Agricola, & alij etiam clari Logici Subiectum in neutro genere dixerunt. Quare liceat etiam P. Ramo ad tam insignem Categoriam explicandam Subiecti eam nomine appellare. Valde autem puerile est, quod dicis id Latinos appellare Totum, quod Ramus Subiectum nominat. An quisquam ignorat, mutata argumentorum accommodatione etiam affectionem mutari. Et certè etiam Ramo res suis causis constituta Totum integrum, respectu suorum membrorum; sed eadem etiam Subiectum ratione eorum, quæ præter essentiā adiunguntur, nominatur.

De Subiectis.

Subiectū.

Res subiecta.

Exempla.

Totum.

PAED. Lex καθόλου præcipit, vt generalia generatim & semel, specialia per species enuncientur. At ipsum Subiectum, itemq; Locus, & Obiectum sunt speciales loci. Ergo etiam separatim per species ex-

Oppug.

plicandi, vt ab Rodolpho & alijs distincti sunt: Ramus autem eos nimis obscurè vnius Subiecti nomine confudit.

Propug. DISC. Nego Assumptionem: neq; enim oppositis alius affectionis formis dissentiunt, sed eadem ratione subijciuntur, sibiq; aliquid præter essentiam adiunctũ habent. Itaq; Subiecti exempla sunt Locus & Obiectum, non alij distincti Loci. In modis dißimiliter adiuncta recipiendi quædã distinctio est, de qua in Dialectica: alioquin omnino genere & forma eadẽ sunt.

Oppug. Locus. PAED. Si omnes res naturales sunt in loco, & præcipuus motus est localis: certè in Physica generatim de loco explicandum, & non in Logica. At primũ. Ergo & postremum.

Propug. DISC. Nego Propositionis consecutionem: quæ perinde est, ac si diceret: Si domus est in loco, architecturæ est præcipere de loco. Item, Si argumenta vocibus exprimuntur, & Axiomata Oratione: Dialectica est de vocibus explicare & de Oratione. Certè Elenchus ille facile apparet. Neq; n. quicquid ad aliquam artem explicandam & exercendam scitu necessariũ est: id statim eius artis proprium fuerit. Ego igitur

Própo. Assum. Compl. Assum. demonstratio. contrà ita colligo: Si Locus est omnis Entis & non entis communis: certè eius generalis doctrina Logica propria est. At primum. Ergo & postremum. Assumptio patet; quòd & Diuinis entibus licet parte & magnitudine carentibus locus attribuitur, & Geometræ locum lociq; differentias in rebus Geometricis considerant, imo solæ res mathematicæ locum occupant ac complent; & deniq; Physici multò etiam dili-

diligentius res physicas, vt elementa, vt corpora cõposita è loco explicant. Vnde efficitur, locum esse rem logicam. Vide Schol. Phys. lib. 4. cap. 1. 2. 3. Itaq; vt Motus, ita & Loci, ac deinceps Temporis cognitio è Logica ad speciales artes adferenda est. De Subiectis.

PAE. Obiectum verò etsi similitudine quadam ad Subiectum videtur referendum: tamen verius pro efficiente habetur. Nam cum efficiens sit caussa, quæ efficit & mouet, vt effectum existat: etiam Obiectum eam vim habere videtur: quia color oculum ad videndum, sonus auditum ad audiendum, ceteraq; sensilia suos sensus, ac res virtutibus vitijsq; obiecta eorum facultatem ad agendum incitant. Oppug. De Obiecto.

DIS. Sic quidem doctissimo Rodolpho visum fuit: Sed ea facultas qua subiecta illa occupant adiuncta, non est efficiendi vis: quia non efficiunt illa subiecta ex aliqua materia illa sua adiuncta, sed illis occasionem facultatem suam exerendi præbent & quasi obijciũt. Sic obiecta dicuntur moũere & ciere potentiam, hoc est, eam excitare, non autem procreare. Omnia n. argumenta suam quandam vim arguendi habent, quæ non protinus est vis efficiendi. Quod cum ita sit: obiecta non in Efficientibus, sed in Subiectis collocanda sunt. Huc pertinent Ciceronis loquendi formæ, Sensibus, vel sub sensus subijci, &c. Propug.

PAED. Præterea mihi mutua Subiecti & Adiuncti definitio non satis accurata esse videtur. Nam cum vnumquodq; sua forma definiendi sit, nõ aliena: ego potius Subiectũ, quod subijciatur. Adiunctũ, quod adiungatur, per notationem, qua forma propria exprimeretur, definirem. Oppug. Defin. Subiecti &c.

DIS.

Propug. Prop. Assum. Compl.

DISC. Essentialibus causis vnaquæq; res, quatenus fieri potest, definienda est. At argumento cuilibet maximè essentiale est, ad alterum arguendum affectum esse: ideoq; ex illa affectione etiam definiri debet, vt ipsum Argumentum, genus summum, vi affectionis definitum est. Nunc et Subiecto est illa proprietas essentialis, quòd habeat aliquid adiunctũ, & Adiunctio, quòd habeat aliquid Subiectum. Hac enim proprietate perspicuè intelligitur, id quod iam causis perfectum sit, eatenus dici Subiectũ, quatenus ei aliquid præter essentiam adiungatur, & hoc dici adiunctum, quia ei illud subijciatur: quod ex notationibus illis non ita intelligeretur.

Assum. spec.

Oppug. De nominibus.

PAED. Sed quia ea, quæ præter essentiam accedunt, eius affectiones & qualitates sunt: Adiuncti nomen non videtur eorum rationem commodè exprimere. Itaq; hoc genus rectius Aristotelico & recepto in Scholis nomine Συμβεκηκὸς. i. Accidẽs, vel πάθος, & πάθημα Affectio seu Qualitas, aut περιουσία & περίστασις Circumstantia nominaretur.

Propug. Adiunct.

DISC. Imò nullum commodius est vocabulum, quàm Adiunctum, quod ea omnia logicè exprimat, quæ præter causas accedunt. Hac voce Cicero de hac affectione in Topicis vsus est, quæ significat quicquid insuper iungitur, quocunq; etiam modo insit, adsit, vel circumstet & occupetur; siue ea ante rem, siue cum ea coniuncta, siue post eam eueniant & existant. Et quanquam idem etiam in Partitionibus Cõiuncta dixit, tamen altera vox latius patet. Attamen nec Cicero, nec alius quisquam, quem ego viderim, ita accu-

accuratè Subiecti & Aduncti affectionem, eiusq; dissimiles in exemplis modos, vt P. Ramus, distinxit. Et Cicero etiam quædam Adiunctorũ exempla alio, vt præsertim ad Antecedentia & Consequentia, retulit. Cetera verò, quæ attingis, vocabula nimis angusta, et quadam impropria sunt, ad amplissimam hanc Categoriam significandam. Accidens n. apud Aristotelem & Porphyrium, tum exempla quædam Aduinctorum, nempe ea, quæ adesse & abesse solent, significat, tum etiam Effecta, quæ sic existere vel non existere posśint, & quædam Comparata confuse complectitur, vt etiam i. Top. cap. 4. dicitur. Rodolphus autem Contingentia, Nomen rei, Pronunciata, & Comparata huic tanquam generi subijcit: vbi affectiones natura valde dissimiles sub genere nimis alieno confunduntur. Sed vocabulum illud, Accidens, reuera argumenti nomen aut genus nullum est, sed quiddam fortuitum seu contingens significat, quod non nisi in sententia rectè consideratur. Quanquam P. Ramus etiam illud pro eo Efficientis modo, qui agenti per se, opponitur, assumpsit, quod commodius non suppeteret, πάθος & πάθημα: quia magis animi motum & qualitatem significant, etiam pro hac affectione nimis angusta sunt; περιουσία, Circumstantia, magis quidem conuenret: sed tamen propiùs secundum exemplorum modum exprimit, &c.

De Adiunctis. Affectio. De alijs appellat. Accidens. πάθος. περιουσία.

PAED. Verùm vt eiusdem affectionis argumenta in diuersos Locos disjcere, ita etiã diuersas affectiones ad vnum locum leui quadam nimis remotæ affinitatis ratione cogere, valde vitiosum est. Sed P. Ramus

Oppug. Propug.

Assum. mus varios & quidem diuersorum affectuum Locos, quos alij eleganter distinxerant, vno Adiunctorum nomine obscurè comprehendit. Quare non leuiter hic in legem Sapientiæ peccasse mihi videtur. Sed vt tibi Assumptionem demonstrem, repetamus eiusmodi quosdam locos, & primum ex Rodolpho Agricola, cuius ille vestigijs insistere dicitur, illa genera repetamus. Is igitur cum Locos distribuisset in Internos, & Externos: & internos videret partim in Substantia esse, partim circa eam: primò Proprium, quod Ramus Adiuncti speciem seu exemplum facit, separatim Loci genus in Substantia fecit: deinde circa substantiam posuit separatim, tum Adiacentia, tum Actus.

Compl.

Radolphi Loci Adiunctis cõprehensi.

Proprium.

Adiacentia. Adiacentia fecit modos rei inexistentes, quibus ea aliquid aliud, quani secundum substantiæ suæ denominationem, vocatur: vt à Prudentia in homine, hic prudens dicitur.

Actus. Actus generalior est quam Effectum, ideoq; dicitur quocunq; aliquo modo exerceri afficiq; dicimur, vt Currere, quod Effectum, & Timere, quiescere, quæ tu Adiuncta diceres. Sed cum effecta sint opera à Causis constituta: commodè distinguitur Actus, qui motum, exercitationes, & affectiones reliquas significet. Deinde cum Externi Loci sint tum Applicita, tum Accidentia: commodè in Applicitis Tempus & Connexa: in Accidentibus autem Contingentia, quæ tum Antecedentia, tum Adiuncta, tum Consequentia, separatis Locis distinguuntur. Habent.n. illa omnia separatas & distinctas affectiones & Proprietates. Nam Tempus est spatium, vt hora, dies: Connexa extrinsecus

Tempus. Connexa. Conting.

cùs in rem incumbunt, vt Diuitiæ. Contingentia sunt, quæ contingunt circa rem, vt pallor, fuga, quæ vel antecedunt, vel adiungantur, vel consequuntur, vbi Signa Rhetorum latent, quorum certè omnium affectiones distinctæ sunt: ideoq; & generibus rectè distinguuntur. Vnde efficitur illa omnia & plura præterea Adiuncti nomine obscurè confundi. De Adiunctis. Signa.

Sed deinceps & ex Philippo Melanchthone hæc genera conquiramus, quia ea paulò aliter & quidem apertius distinxisse videtur. Phil. Mel.

Hic enim cum Locos alios Personarum, alios Rerum faciat: in Personarum Locis hæc genera præter cetera, Sexum, Mores, Vitæ genus, Aetatem: In Rerum Locis, hæc, Proprium, Antecedentia & Consequentia, Adiacentia & Adiuncta, Connexa & Circumstantias, Communiter Accidentia & deniq; Signa distinxit: quæ tu ferè omnia ad vnum Adiunctorum Locum accumulares, Imo distinctè etiam Absurdum, Necessarium, & Impossibile tradit: quorum exempla tu quædam ad Adiuncta, alia aliò referres. Sed habent etiam suas illi Loci peculiares affectiones, & accommodationes, quibus à reliquis separantur, etiamsi exempla eorundem aliquando repetere & diuersa coniungere videantur. Sexus. Mores, &c. Absurdū. Necess. Impoſſ.

Tum verò etiam Hotomanus paulò aliter & valdè perspicuè illa genera distinguit hoc modo. Hotoman.

Nam in Consentaneis huius Generis argumentis primò Proprium, deinde Antecedens & Consequens, tū Adiuncta, & deniq; Accidētia ponit.

1. Pro-

Proprium. 1. Proprium *est vis & facultas inseparabiliter adhærescens; idq; est duplex,* Verè proprium, *vt homini risus,* & quasi Proprium, *quod perpetuò adhæresc it, sed nō soli: quod alij appellāt* Accidens inseparabile.

Anteced. 2. Antecedens est, *quo vel posito, aliud quod ei cohæret, subsequitur: vel negatō, non subsequitur, vt si est ver, æstas subsequitur: Si viuit, morietur.*

Cōsequēs. 3. Consequens est, *quod cum eo quod antecessit, necessario cohæret, vt, Si mortuus est, vixit.*

Adiuncta. 4. Adiuncta sunt, *quæ probabiliter communi hominum opinione rei attribuuntur, q.d. plerunq; & communiter contingentia.*

Accidens. 5. Accidens est, *quod per se constare non potest, sed ita Subiecto adhærescit, vt cum Accidens sine hoc esse non possit, tamen hoc sine illo esse possit. Sic Diuitiæ & paupertas, ceteraq; omnia, quæ fortuita dicuntur, Accidentia sunt.*

Sed ne longior sim, vides, & intelligis, ni fallor, satis, quemadmodum varia genera ab alijs suis differentijs separentur, quæ vos ferè in vnum Adiunctorū locum confusè, & absq; generum seu formarum distinctione includitis. Quare cum valde ineptum sit, & in sapientiæ legem vitium vel maximum, res diuersas & distinctas facere easdem: non video quin Categoria Adiunctorum vel aliter conformanda, vel in plura genera res illi subiectæ deducēdæ esse videātur.

Propug. DISC. *Primum ego generatim de huius Categoriæ fundamento, deinde sigillatim ad illa vestra genera respondebo.*

Si

Si quicquid prima ac simplici ratione vnum idemque, seu cognatum, amicum, & consentiens, hoc est, Consentaneum est, siue internum sit in re, siue externum circa rem, & quidem vel ante vel post eam, aut cum ea coniunctum: si, inquam, idipsum vel absolutè *&* essentiali *consensione,* vel modo quodam, *&* aduentitia *affectione consentit: efficitur necessario omnes consensionis, vnitatis, & identitatis rationes in duas principes, pro duplici consensionis forma, Categorias esse distribuendas, quarum prior absolutam, altera aduentitiam consensionem explicet.* De Adiunctis. Propo.

Nunc autem quicquid quoquo modo prima simpliciúe ratione vnum, idemúe, seu cognatum, amicum, & consentiens est, siue internum sit in re, siue externum circa eam: id omne aut absolutè & essentialiter, aut modo quodam, vt accedens & Aduentitiũ, Consentaneum est: nec tertium hic esse potest. Assum.

Imo nulla ab alijs Logicis vera argumenta traduntur, præter Dissentanea & Comparata, quæ non aut in has duas Categorias subeant, aut ab his oriantur.

Ergo necessario omnes siue vnitatis & identitatis, siue amicæ consensionis & attributionis rationes, in duas principes, pro duplici consensione, categorias distribuendæ sunt: quarum prior absolutam, altera Aduentitiam consensionem suis generibus & modis interpretetur. Illa est Caussarum, & Effectorum: hæc Subiectorum & Adiunctorum, quæ sunt summa & generalissima Rationis Instrumenta, quibus quidvis alteri Consentaneum, vel idem vel vnũ, inueniri, Compl. Modi vnitatis.

intelligi, & dici possit: omnesq; modi vnitatis, & vnita dicam, identitatis, his Locis, tanquam primis & simplicibus fontibus continentur.

Atq; hinc porrò ex Lege catholica efficio, res cognatas & affectione conuenientes rectè vno genere comprehendi, malè autem in diuersa dispergi.

Propos. Si generalia & natura coniuncta generatim & coniunctè, seruata affectione, doceri debent: certè conuenienter modo quodam Consentanea Subiectorum & Adiunctorum genere comprehenduntur, inconuenienter autem in diuersos locos dissipantur.

Nam quacunque ad rem præter essentiam accedunt, ea & Adiuncti nomine rectè significantur, & ideo semper ad rem subiectam eadem ratione affecta sunt.

Assum. At generalia & natura coniuncta generatim & coniunctè doceri debent.

Alioqui fœda tautologia committitur, atq; affectiones relatæ & coniunctæ magno obscuritatis vitio discerpuntur, vt in illis variè separatis generibus factum esse videmus.

Compl. Ergo conuenienter omnia consentanea Subiectorũ Adiunctorumq; genere comprehenduntur, inconuenienter autem in diuersos Locos turbata affectionis ratione distinguuntur.

Deinde, vt ad singula illa respondeam, hoc vicissim ex præcedentibus fundamentum iacio:

Si omnia ea, quæ à te aduersus Subiectorum & Adiunctorum Categoriam comparata sunt, vel hac modo quodam Consentaneorum affectione subiectiq; & ad-

& adiuncti vocabulis rectissimè comprehenduntur, & commodissimè inueniuntur, vel argumenta etiam non sunt: certè his etiam relatis generibus ac Locis, non aliis distinctis docere debuerunt.

Hoc n. Lex Catholica ad docendi & discendi com modi tatem flagitat Et alioquin sepius subiectum aut inani tautologia est repetendum, aut cetera, neglecta subiecti affectione, confusè tractanda sunt. De Adiun. Assum. demonstrat.

At antecedens ita se habet. Ergo & consequens.

Assumptio duo habet, vel commodissimè omnia Adiunctorum Categoriæ comprehendi, vel vera argumenta non esse.

Primum exemplorum inductione sic demonstro: P. Ramus varia Adiunctorum exempla, genere quidem & adiungendi forma eadem, sed dissimilibus modis nonnihil distincta, ita ordine enumerat, vt quatuor modis distingui possint:

1. Animus & Corpus sunt subiecta: Scientia, Virtus, & similia illius; Sanitas, Morbus, robur, & similia, huius Adiuncta sunt: quia illis hæc adiunguntur, & his illa subiiciuntur, eo modo, vt è Physicis & Ethicis intelligamus (hæc enim distinctio harum artium est) Animum & Corpus eiusmodi in se recipere, & hæc in illis inherere & inesse. Huc refert P. Ramus nominatim illud vulgò tum in Prædicabilibus, tũ in Locis distinctũ Propriũ, distinguendo qualescumque Adiuncta qualitates in Proprias & Communes. An nõ Rodolphus dicit illud in Substantia, id est, in subiecto inesse, an non alij, esse inclinationem seu quiddam Adiacens, seu qualitatem accidentalem con- 1. Modus. Proprium.

uertibilem, seu vim & facultatem rei cuipiam naturaliter, peculiariter, & inseparabiliter adhærescentē: An non Aristoteli modo quodam essentiale dicitur? Cur igitur à Categoria modo quodam Consentanea separetur? Cur si quiddam Adiacens & Adhærescens est, quod ad essentiam accedit: non Adiuncti adhærescentis & inhærentis nomine comprehendatur, eiusq; peculiare exemplum efficiatur, & potius in vnum facilem propriumq; Locum recolligatur, quàm nunc cum Porphyrio in Prædicabilia, nunc in Locos Inuentionis separatim dispergatur? Sic porro cetera etiam recolligantur:

Adiacentia.

Adiacentia *Rodolphi an non dicuntur modi rei inexistentes, vt Prudentia in homine? An non actus quædā exempla sunt, quibus affici dicimur, vt irasci, timere? An non ex Contingentibus & nominatim ijs, quæ Adiuncta & Consequentia dicuntur, quædam inhærent in Corpore, vt significationes, commutationes, & indicia in vultu? At hæc & eiusmodi alia à P. Ramo breuiter & logicè dicuntur esse Animi corporisúe Adiuncta: quia præter essentiam accedunt.*

Sexus Mores Ant. Conſ. &c.

E Philippi & aliorum Locis similiter Sexus, Mores *(qui etiam ex Effectis spectantur) quædam* Antecedentium & Consequentium, *itemq;* Adiacentium & Adiunctorum, *tum* Communiter Accidentium *exempla nempe, quæ inesse dicuntur, quo tandem discrimine ab Animi Corporisque Adiunctis discernentur? Nullo certè, cum subiectis vel speciebus (vt turbata affectione loquuntur) inesse, & adhærescere dicantur. Et quoniam in*

his

his generibus dissimilia exempla miscentur, reliqua in alios Adiunctorum modos cadunt. De Adiunctis.

II. Homo est subiectum: Diuitiæ, Paupertas, Honor, infamia, Vestitus, Comitatus, sunt eiusmodi Adiuncta, quæ extrinsecus attingunt, et Circumstant hominem, vt P. Ramus docet. 2 Modus.

At Rodolphi & aliorum Connexa extrinsecus sic in rem incumbere dicuntur, vt diuitiæ connexæ sunt diuiti. Sic Rex, Imperator, Magistratus: Sic tunicatum, armatum, præcinctum esse: Sic nobilitas, honor, gloria Connexa sunt. Cur igitur non Adiuncta etiam: quorum tam illustris è dissimilibus modis distinctio proponitur, atq; expedita omninò Inuentio est. D. Philippus Connexorum nomine vulgò notatas Circumstantias complectitur, Tempus, Locum, Sexū, auxilia, Euentus: Sed hic dissimiles affectiones Subiecti & Adiuncti, itemq; adiuuantium minus Logicè confunduntur. Neq; enim hæc omnia ideo vnius generis sunt, quòd soleant in propositis negotijs ferè ordine considerari, sed quod eiusdem sint affectionis. Tempus igitur in Adiunctis, vt & Sexus, est: Locus in Subiectis: Auxilia in Adiuuātibus, Euētus in Effectis. Connexa. Circumstantiæ.

Porro è Locis personarum, Vitæ genus, è Locis Rerum Ph. & aliorum Adiunctorum quædam exempla, vt Tutorem esse, barbatum esse, cruentum telum tenere, &c. item Accidentia pleraq;, vt Diuitiæ, paupertas, ceteraq; eiusmodi, ad hunc secundum Adiunctorum modum proprie quadrant, vt & Habitus Categoria, quia eodē modo Subiectum attingunt. Vitæ genus.

III. Locus est Subiectum: Res locatæ, siue in loco 3. Modus.

Locus. Tempus. sint, siue eum occupent, sunt Loci adiuncta. Tempus similiter duratio, nempe, rerum, præsens, præterita, & futura, sic in Adiunctis ab Ramo numeratur. Cum igitur duratio sit, quæ rem extrinsecus Circumstat: cur ab Adiuncto separetur? Cur potius separatim vel ipsum Tempus peculiare argumenti genus constituatur, vel Comexorum & Circumstantiarum nomine cum alienæ affectionis argumentis, Loco, sexu, auxilijs, euentibus id est cum subiecto, quodam adiuncto, adiuuantibus & effectis vno genere comprehendatur, quàm perspicuè distinctis modis in Adiunctorum exẽplis ponatur? Prædicamentũ igitur. Quando & Tempus, vna Adiuncti communione legitimè comprehenduntur.

Quando.

4. Modus. IV. Sensilia & res Virtutibus vitijsque & artibus propositæ, subiecta sunt: Virtutes, vitiaque & artes, quæ in illis occupantur & exercentur, sunt eorum adiuncta ait P. Ramus. Quid hic alij? Obiecti & Materiæ circa quam, nomine, hoc Subiectum quidam attingunt, sed Adiuncti huius vim & vsum non explicant. Sic etiam in genere hoc toto mutua argumenti affectio distrahitur, dum Subiectum quidem à nonnullis attingitur, sed Adiuncta vel Accidentia varie

De Adiunctis, discerpta ad illud non accommodantur; quod tamen fieri vt debebat, sic facilimè poterat, quemadmodum in nostra Logica apparet. Quid verò accommodatius, & iucundius, quam Subiecti & Adiuncti, tum naturalem affectionem mutua definitione exprimere, tum dissimiles quosdam modos, vsumque vniuersum Inductione variorum exemplorum demonstrare? Certè

quàm

quàm breuissimè & facillimè hoc à P. Ramo præstitũ est, plurimaque ab alijs varie dispersa ad mutuam Subiectorum, Adiunctorumque Categoriam ita sunt reuocata, vt decuplo facilius & in arte intelligantur & ad differendum occurrant atque inueniantur.

PAED. Sed de signis, itemque Necessario, Absurdo & Impossibili taces: quæ similiter ab alijs distinguuntur, quod suam quandam affectionem etiam habere videantur. Oppug.

DISC. Omnia adiuncta signa appellantur, & ab Oratoribus, philosophisque pro signis adhibentur: vnde & Rodolphus signa Rethoricarum probationum pleraque tum ex Contingentibus vel antecedentibus, & adiunctis, vel consequentibus: tum ex Adiacentib. Actibus, & Effectis sumi monet. Et ita signum generatim Argumentum vel Argumenti consequens, seu fructum significat: quomodo & Philip. Melanc. signa tum pro Caussarum effectionumque & aliorum argumentorum naturali consecutione seu coniunctione, tum pro diuinis signis ac testimonijs sumit. Ergo signum peculiare argumenti genus nullum est, sed vel ipsum Adiunctum, vel aliorum etiam argumentorum fructum significat. Multò minus Necessarium, Absurdum, & Impossibile peculiaria argumentorum genera constituunt: cùm omnino Argumenta per se non sint. Primo enim Necessitas est Caussæ Efficientis per accidẽs modus quidam, cum videlicet vi cogitur ad Effectũ: deinde Necessariũ est affectio seu fructus Axiomatis veri, quo Cõtingẽti opponitur. Neque Nudũ argumentũ seu Prædicabile per se necessariũ Propug. Signa. Necessariũ

dici potest: sed sententia ex argumentis duobus cõstituta, aut verum, idq; necessarium vel Contingens, aut falsum enunciat.

Absurdũ. Absurdum vero quia manifestè falsum significat, similiter Iudicij fructus non Argumenti genus est. Itaq; monent Hypotheses, ex quibus sequuntur absurda, falsas esse, ideoq; reijciendas: quia ex vero nil nisi verum efficiatur. Hæc igitur vtilis est, de Absurdis disputationibus doctorum hominum admonitio: sed ideo Absurdum Argumenti per se genus nullum est.

Impossi. Impossibile similiter est affectio falsi Axiomatis Necessario oppositi, non genus Argumenti. Neque .n. sola ratio, vt sunt singula argumenta, quæ Inuentio spectat, potest esse vera aut falsa, ideoq; nec necessaria, Absurda aut impossibilis. Absurdum igitur paulò latius omne falsum & inconueniens, Impossibile autem nominatim Falsum necessariò Oppositum significat, vt in Logica dicitur.

Oppug. Antecedentis. Conseq. PAED. Verùm de Antecedentibus & Consequentibus, itemq; Repugnantibus, quem locum Dialecticorum proprium Cicero esse dicit, nondum satisfecisti. Pauca ex Antecedentibus & Consequentibus exempla ad Adiũcta pertinere putas: sed quo cetera, & quo Repugnantia, quæ Cicero addit, referenda censes? Quod si hic locus Dialecticorum proprius esse recte à Cicerone dicitur, propriamq; habet arguendi vim & affectionem: temere ab Ramo prætermissus est, cum tu ipse etiam eius quasi lacerati exempla quædam in adiunctis ponas, reliqua verò relinquas.

DISC.

DISC. Est quidem Dialecticorum quicquid illis generibus continetur, proprium, sed impropriè tractatum est. Nam argumenta seu exempla ipsa Antecedentium & Consequentium natura & affectione ad alios Locos pertinent: Forma autem seu dispositio est connexi Syllogismi, qui Antecedentis & Consequentis nominibus comprehenditur. Quod cum ita sit: Antecedentia & Consequentia contra legem Catholicam inutiliter separatim in arte traduntur, dum eadem, quæ alijs generibus perspicuè distincta sunt, inani tautologia repetunt, & quidem ex diuersis generibus diuersas res, antecedendi et consequendi quadam ratione confundunt. Repugnantia quidem Topicum genus faciunt, & Rodolpho Oppositа ac Diuersa complectuntur, vt ferè etiam hic Ciceroni, qui Contraria & Diuersa seu Disparata hoc nomine cõfundit. P. Ramus quibusdam editionibus Repugnantia nominauit, quæ Rodolphus Diuersa, & ipse tandẽ commodius Disparata dixit. Ergo hoc logicum argumenti genus est, sed logicè à P. Ramo in Dissentaneorum Categoria alijs nominibus explicatum. De Adiunctis. Propug. Repugnantia.

PAED. Si verò antecedentia & consequentia propriam quandam, in anteceßionis & consecutionis vi, affectionem habent: distinctum etiam argumenti genus efficiunt. At suam quandam, et ab alijs distinctam arguendi affectionem habent, vt ipse paulò antè dicecere videbaris. Vnde efficitur, rectè etiam hic Topicum genus distinctum esse. Oppug. Anteced. Consequ.

DISC. Dixi hac antecedendi & consequendi quadam ratione res aliarum Categoriarum seu locorum Propug.

propriasᵉ hic confundi: sed iam apertiùs etiam dico, antecedere & consequi nihil ad argumentorum genera, quæ sunt solæ & singulæ rationes, sed propriè ad iudicij leges attinere, in quibus antecedentia & consequentia tum argumenta in Enunciatis, tum membra in Syllogismis & Methodo spectantur. In Argumentis autem alia natura priora sunt, alia simul: sed hæc proprietas essentiali affectioni, in qua vis arguendi est, adhæret: ideoque vel è Definitione ipsius argumenti intelligitur, vel proprietatis regula Definitioni separatim addita exprimitur in li. 1. cap. 3. & 12. apparet. Sic Caussa natura priores sunt Effectis: quia hæc illarū vi existunt: subiecta priora adiunctis: quia illa habent hæc sibi adiuncta: quæ proprietas, cum vi arguendi, Definitione simul explicatur. Eadem est eorum quæ ab his orta sunt affectio, vt Notationis, Coniugatorum, Distributionis & Definitionis. Dissentanea verò natura simul, vt & Comparata, et æquè manifesta sunt: quod proprietatis Axiomate ad Definitionem appositò nominatim exponitur. Nunc verò quæcunque argumentorum vsquam affectiones occurrunt, ea omnes in hæc Consentaneorum, Dissentaneorum, Comparatorum, & ab illis ortorum genera ita incidunt, vt propriæ arguendi rationes & vires distinctè intelligantur: Antecedentibus autem & Consequentibus exemplum nullum relinquitur. Quapropter cum omnis materia anteceßionis & consecutionis alijs argumentorum generibus: forma autem & vis Axiomatis ac Syllogismi, præcipuè Connexi (quod ad hæc exempla attinet) legibus contineatur: frustra & con-

De Adiunctis.

& contra sapientiæ legem hoc peculiare argumenti genus, ex alijs diuersæ affectionis exemplis, propter aliquam antecessionis communionem confunditur.

PAED. Vicinus quidem est locus Antecedentium & Consequentium loco Caussarum & Effectorum: sed tamen discrimen etiam aliquod est. Nam quædam Antecedentia non sunt Caussæ, sed aut præparationes aut Subiecta, aut signa: quædam comitantur, & si nō sunt proprie Effectus. Sic sationem antecedit aratio, curationem morbus, solis ortum aurora: itemque Posterior dies sequitur priorem, Cruciatus animi sequūtur conscientiam scelerum. Et ideo sunt duplicia Antecedentia & Consequentia: Alia necessariò antecedunt & consequuntur, alia plerunque. Quod cùm ita sit, peculiaris hic Topica requiri videtur. Oppug.

DISC. Imò non vicinus est Caussis & effectis locus, sed quædam exempla omninò caussæ & Effecta sunt, reliqua verò Subiecta & Adiuncta, aut ab his orta, vel etiam Comparata & Dissentanea. Hoc enim, tum ipse dicis, nempe alia esse præparationes, alia Subiecta, aut signa, alia comitari rem, tum exēplorum collatio satis ostendit. Si igitur sunt caussæ, & Effecta aut præparationes, id est, Adiuuantes caussæ, aut Subiecta, signave, aut ex alijs generibus aliquid. cur ex illis hic confusa repetuntur? cur nonpotius ex illis generibus distincte Axiomatis & Syllogismi legibus eiusmodi exempla sumuntur? cur pro alio & diuerso venditatur alieno nomine, quod re ipsa & exemplo idem est? Cur Antecedens & Consequens dicitur, quod propriè ex arguendi vi caussa vel Effectum, Propug.

ctum, vel aliud quoddam genus est? Imo & nominatim Cicero ait, hanc argumenti conclusionem à Dialecticis primum Conclusionis modum nominari. Quin igitur materia à forma separatur, & illa ad Inuentionis proprium locum, hæc ad Iudicium potius refertur, quàm ex vtriusq; confusione nouum Argumenti genus, quod propria affectione distinctum nullum est, effingitur?

Oppug. Diuisio Anteced.

PAED. Sed exempla ab alijs alia traduntur: quæ propriam videntur affectionem habere: atq; Antecedens, vt & consequens, in Propriũ, quod necessariò cohæret: & Improprium, quod vel probabiliter tantum vel fortuitò cohæret, distinguitur. Illa reciprocantur inter se, ac vicißim, retroq; commeant: hæc non reciprocantur. Et certè magnus vsus est huius Loci in omni vita, vt in deliberationibus diligenter prospiciendum est, quæ bona vel mala comitentur actiones, quas instituimus.

Vsus.

Discrimina.

Atq; nisi propriam affectionem eiusmodi exempla haberent, illustria inter Principium, Antecedens & Causſam discrimina non traderentur, cuiusmodi hæc sunt ex Polybij libro 3. qui Causſas ait esse in rebus omnibus primas: Principia verò vltima Causſarum: Deniq; causſas esse, quæ deliberationem antecedunt, vt consilia, & ratiocinationes: Principia verò primas hominum actiones in rebus, quæ decretæ & deliberatæ sunt. Sed antecedentium & consequentium ratio, nihil ad hoc genus pertinet, quod totum consilij est, cum illa sint necessitatis, &c.

Oppug.

DISC. Video exempla qi idem huc multa ex diuersis

uersis generibus accumulari, vt & ipsi auctores indicant, esse aliqua ex causis, aliqua verò etiam ex contrarijs: sed hæc causa est, cur ego putem hoc genus (cuius & materia ex alijs locis colligatur, & forma sit axiomatica, vel syllogistica, in qua præcipuè vis antecessionis & consecutionis insit.) hoc, inquam, propriam & ab alijs distinctam affectionem non habere, ideoq; nec peculiarem argumenti sedem facere. De Aduersis.

Distinctio autem illa Antecedentis in Proprium & improprium, similiter tum ex aliorum argumentorum affectione, tum ex Axiomatum differentia deducta est. Nam cum argumentorum definitionibus & proprietatum regulis apertè doceatur, quæ natura priora aut posteriora, & quæ simul sint, quæq; æqualem reciprocationem habeant, quæ non item: inde etiam tanquam ex fundamentis axiomata necessariò vel contingenter enunciantia distincta sunt. Quod verò tandem ex Polybio discrimen causæ, & Principij tradis, id leuiculum est, nec quicquam huc facit, imo ab illo ipso ad rei militaris officia, de quibus eo loco ait, accommodatur. Principium Aristoteli idem est, quod causa: est tamen etiam cuiuscunque effectionis & operationis initium & inchoatio: sed quid illud ad hunc locum? Neq; Antecedentia omnia sunt necessitatis, cum quædam, vt ante dixisti, sint impropria, probabilia, scilicet, vel fortuita. Diuisio Antecc.

Magnum etiam, ais, antecedentium & consequentium esse vsum: certè vberrimus est omnium argumentorum in omni vita vsus. Sic causæ monent inuestigandum esse, & diligenter in omnibus rebus ponderan- Vsus.

derandum, quæ rei cuiusque proposita caussa sint, à quibus, ex quibus, per quas, & propter quas existat & conseruetur, contraque perdatur & intereat. Effecta deinde, quid res efficiat, quos fructus, quæ commoda pariat: & ita deinceps. Hæc si tu consecteris, certè quæ bona vel mala, actiones illas, quas instituis, comitentur, abunde perspicies, vt antecedentium & consequentium indicia superuacanea esse, & nihil amplius præstare facile intelligas. Sed tandem exempla comparemus.

Anteced. propria. PAED. Propria sunt eiusmodi.

1. Si omne argentum mulieri legatum est: etiam pecunia numerata.

2. Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri.

At pecunia signata argentum est.

Ergo legata.

3. Si viuit, morietur. Si mortuus est, vixit.

Si lucet sol, aurora antecessit.

4. Si Messias ex semine Dauidis natus interficietur, & regnabit in perpetuum: certè à morte resuscitabitur.

At primum. Ergo & postremum.

5. Si Nero se polluit flagitiosis libidinibus, & multos iniuste interfecit, grauissimè etiam ipse punietur, & interficietur.

6. Peruenit ad metam. Ergo iter fecit per priora spacia, &c.

Collatio. DISC. Nihil hic nouæ artis video: argumenta sumis è diuersis locis: dispositio est partim Axiomatis, partim

partim Syllogismi connexi. Et axiomata sunt necessaria habentque necessariam connexionem & cohaerentiam: quia ea est vis affectionis eorum argumentorum, quae enunciantur.

1. Est Axioma ex genere & specie.
2. Est Syllogismus tertio argumẽto à genere sumto
3. Vnum axioma ex habitu natura priore & priuatione in animantibus sequente: alterum est ex priuatione natura consequente habitum.
4. Est Syllogismus à priuationis adiũcto, vnde mutatio priuationis in habitum intelligitur.
5. Est axioma è Subiecto & Adiuncto in eo occupato, vel è caussa & effecto.
6. Est Enthymema à subiecti loci & situs mutatione.

De Adiunctis. Impropria.

PAED. Impropria sunt talia:
1. Si venit in aulam, incidet in multa pericula.
2. Si aratio facta est, satio fiet, &c.

DISC. Sunt Axiomata connexa contingentia ex subiectis & adiunctis: quorum non ita arcta est cohaerentia.

Concl.

Cumigitur & Materia Antecedentium ac consequentium aliorum locorum propria sit, quibus propria eius affectiones rectè distinguuntur, & forma sit axiomatici vel Syllogistici iudicij: nulla certè caussa fuit, peculiares pro dissimilibus hinc inde collectis exemplis, locos cõstituendi. Nam quae spectatur illis antecessio & consecutio, ea tum ex proprijs argumentorum definitionibus & legibus affectionis ratione, tum connexionis collocatione apparet. Caussa enim

enim natura effectum, subiectum vero adiunctum, habitus priuationem antecedit. Et in ceteris dissentaneis, si dicamus mutationem factam, intelligimus alterum ab altero expulsum esse. Si conscientias esse fide pacatas dicimus: facile intelligimus fuisse infidelitate & terroribus perturbatas: si hominis mores iam correctos & emendatos prædicamus, intelligimus fuisse antea malos & deprauatos. Sic enim Dissentanea inter se dissentiunt, & quidem Opposita de eodem dici non possunt. Deinde connexionis ea vis est, vt quia sit Antecedens eius, ideo etiam colligatur consequens. Hanc igitur anteceßionis et consecutionis cogitationem & dijudicationem ex veris argumentorũ generibus ipsa collocatio efficit, vt ideo non sit necesse noua antecedentium & consequentium genera, quæ propriam arguendi affectionem nullam habeant, effingere.

DE MAXIMIS SVBIECT. ET ADIVNCT.

A Subiect. *PAED. Deinceps respondе ad Maximas:*

1. Posito subiecto, tribuuntur etiam natura adiacentia & actus: *vt, Ignis est: calidus igitur. Homo est: patibilis igitur, ad risum aptus & ad fletum. Dilui possunt, si necessaria non sint.*

2. Sublato subiecto tolluntur tam accidentia, quam actus. *Mortui non sunt, ergo nec miseri sunt.*

DISC. Sæpe iam dixi, Maximas non Consequentiam, quæ Syllogismi legibus efficitur, sed primum in propositione intellecta iudicium, & sic quasi fundamentum

mentum consequentiæ, argumento ex argumenti affectione., vel etiam ex Axiomatis doctrina sumpto, demonstrare.

Natura Adiacētia pro proprijs ſæ resumit & actus, id est effecta permiscet.

1. Itaque prima Maxima hic est argumentum ex argumenti, nempe Subiecti & Adiuncti Proprij affectione, huius definitione expressa; & ad hanc propositionem intellectam (Si homo est, aptus est ad risum) demonstrandum, viciſim dispositione accommodatum: sic,

Posito vel affirmato subiecto, etiam proprium Adiunctum ponitur & affirmatur, quod hoc soli & semper insit.

At risus est proprium adiunctum hominis.

Ergo posito & affirmato homine, etiam risus ponitur.

Sed Logicus apertius & accommodatius diceret:

Est axioma necessarium, & quidem catholicum ex subiecto & adiuncto proprio, vt de illo axiomate in eius iudicio præcipitur. Negari igitur ipsum aut impedire complexionem non potest.

Additur admonitio de reliquorum subiectorum & adiunctorum non ita arcta coniunctione.

Logicus ex ijs axiomata contingentia vocat: quæ cōtingentis axiomatis definitione, ex Subiecti & adiuncti communis affectione, declarata, demonstrat.

2. Secunda latius patet, nempe ex Subiecti & Adiuncti definitionibus deducta. Cum enim Subiectum sit, cui aliquid adiungitur, & contra hinc argumentum sumitur, si illud non sit, nec hoc adiungi posse. Logicus diceret hoc axioma: Si mortui non sunt, nec sunt miseri: est necessarium ex negato subiecto ad

negandum Adiunctum, &c.

Oppug. A proprio. PAED. Cui cõuenit & non conuenit Proprium, ei etiam ſpecies ſeu eſſentia conuenit, vel non conuenit.

Propug. Coll. DISC. *Eſt argumentum ſeu conſectarium ex Adiuncti proprij & Axiomatis catholici, quod inde etiã conſtituitur, definitione. Logicus ſimpliciter ipſius Proprij vel Axiomatis catholici definitionem adhiberet.*

Ab Adiacẽibus & adiunctis. PAED. Poſita ſpecie ſimul ponuntur adiacentia & adiuncta: & rurſus, deſtructa ſpecie ſimul deſtruũtur adiacẽtia & adiũcta.

Sic è contra poſita coarceruatione adiacentium, ponitur ſpecies, vt fit in deſcriptione plantarum.

Collat. Maxima Adiunct. propria. DISC. *Eſt admonitio ſeu argumentum (intellige cum ſuo affecto diſpoſitum) tum ex Subiecti & adiuncti definitionibus, tum ex communi Adiunctorum Regula, qua adiũcta ſubiectis leuiora, ideoque coaceruanda eſſe docetur. Inde ſumitur argumentum ad propoſitum aliquod exemplum demonſtrandum. Logicus axioma ex ſubiectis & adiunctis, vel propoſitionem Syllogiſmi, definitionibus Neceſſarij & contingentis ex argumentorum affectione, rerumque ipſarum vi, expendit. Et quia adiuncta praeter eſſentiam accedere praecipitur, inde ferè Contingentia axiomata iudicat; niſi aut Propria adiuncta ſint, aut ita natiua & inſita (quod ex rerum diſciplinis conſtat) vt ſeparari non poſſint, aut denique ita negetur, vt aliter ſe habere nequeat. Sic de ceteris etiã iudicandum.*

DE

De fructu Consentaneorum in vnitate & identitate infra ad dissentanea.

IV. DISPVTATIO DE DISSENTANEIS.

De Dissentaneis.

1. THESES.

DIssentanea rectè sequuntur Consentanea.

2. Dissentaneum, est quod dissentit à re.

3. Dissentanea sunt æquè manifesta.

4. Dissentaneorũ doctrina est legitima.

5. Vt Consentanea omnis vnitatis & idẽtitatis, sic Dissentanea diuersitatis & differentiæ iudicandæ sunt instrumenta, &c.

2. QVAESTIO.

An vniuersa Dissentaneorum Categoria sit legitimè explicata?

Affirmatur à forma subiectum complexa.

Si omnes Dissensionis formæ suis proprietatibus tum κατα παντὸς, καθ'αὐτὸ & καθόλου explicantur, tum suo loco collocantur: certè vniuersa illa doctrina legitima est.

At primum. Ergo & postremum.

CONTENTIO.

Oppug.

PAED. De *affectione & ordine Dissentaneorum & Comparatorum supra ad Argumenti diuisiones disputatum est. Nunc igitur hanc vniuersam Categoriam* κατὰ παντὸς *non esse ita efficio:*

Propo. *Qui valde tum à se, tum ab alijs discrepantia tradit: is non satisfacit legi καθ' ἁπαντὸς*

Assum. *Quod cum P: Ramus præcipue in hac Categoria, tum sæpissimè suâ mutando, tum ab Aristotele & receptis logicis dissentiendo fecerit: non video quemadmodum constantia & perpetuò vera documenta tradiderit, quæ, ipsius si superstes esset, mutationibus semper essent obnoxia. Nam vt illud, quod assumsi, demõstrem, sic in diuersis æditionibus Dissentanea partitus est:*

Compl.

Ex diuersis æditionib. Dissentanea *sunt in tribus generibus, Contrarijs, Repugnantibus, Disparatis.*

Contrariorum sunt quatuor species, Aduersa, Priuantia, Contradicentia, Relata.

Repugnantia tum fecit, quæ postremo Disparata.

Disparata autem tum, quæ nunc diuersa.

In alia æditione sic.

Dissentanea *vel sunt Opposita, vel Repugnantia.*

Oppositorum sunt quatuor species, Ad aliquid, Contraria, Priuantia, Contradicentia.

De Dissentancis. *Repugnantia, quæ postremo disparata, vt homo, arbor, lapis.*

Hic nihil de Disparatis illis, quæ nunc Diuersa.

In alia rursum sic:

Dissentanea *sunt Contraria, vel Repugnantia.*

Contraria sunt Aduersa, Priuantia, Relata, Cõtradicentia: In his totam Propositionum doctrinam posuit.

Repugnantia: vt supra.

In alia rursum aliter.

Sim-

Simplex Argumentum *quatuor species habet, Causſas & Effecta. Subiecta & Adiuncta, Oppoſita & Comparata.*

Oppoſita *ſunt Contraria aut Repugnantia.*

Contraria affirmata aut negata.

Affirmata Relata aut Aduerſa.

Negata Priuantia aut Contradicentia.

Repugnantia vt ſupra.

Poſtremò ſic:

Diſſentanea *ſunt Diuerſa aut Oppoſita:*

Diuerſa, *quæ ratione tantùm diſſentiunt:* (*quæ olim Diſparata*).

Oppoſita *quæ re & ratione: eaque Diſparata aut Contraria.*

Diſparata *quæ alias Repugnantia.*

Contraria affirmantia in Relatis & Aduerſis: Negantia in contradicentibus & Priuantibus.

Vides quot ſunt additiones, tot eſſe mutationes: quæ magnam arguunt tum auctoris, tum præceptorum inconſtantiam.

DISC. *Primum pro arte reſpondeo ad propoſitionem, vitium artificis, ſi quod ſit, id de ipſius artis dignitate propriè nihil deminuere. Attamen diſtinguo, qui temere mutet, eum præcepta quæ natura quidem ſint conſtantia, conſtanter tamen non conformare: qui verò vſu magiſtro & cenſore ſæpè eadem præcepta ad archetypos varie diſperſos effingendo accuratius conformet, eum & artem illuſtriorem facere, & ab inconſtantiæ vitio prorſus abeſſe. Neque mirum ſit, talem artificem, qui ſe vſus, non Pythagoræ diſcipu-* Propug.

lum profitetur, aliquando tum à se, tum ab alio discrepantia tradere. Nam cum archetypi & materia & forma per omnium excellentium hominum monimenta dispersa, propterea q; non modo abdita sed & refractaria sit: certè imaginis artifex nec crebra iteratione, nedum prima adumbratione perfectè typum expresserit, nec cū alijs, quieū dē archtypū nō prorsus intuentur, omnib. partib. consenserit. & sanè laudabilis & prædicanda est industriæ, ad perfectionē magis magisq; contendere. Nunc de P. Ramo videamus, an is temerè pro suo arbitratu artem mutauerit, an verò Vsu iubente & exigente elegantius conformauerit. Certè nihil in tota arte, nedū in hac parte temere mutasse mihi videtur. Neq; n. vnquam vel propositum suum in artib. legitimè conformandis reuocauit, neq; vniuersum artis alicuius structuram inuertit: sed passim quasi magni ædificij particulas quasdā, ad elegātiorē illam corporis formā, quam vsus magister archetypo respondentē requirit, planius exprimendā aliquoties quasi limando, dolando, & ordinando elegantius enunciauit, cōmodioreq; loco collocauit. Itaq; Dissentaneorū quoq; Categoria multis modis à P. Ramo versata, & subinde variè mutata est antequam in aliquam politiorem formā perueniret. Principio enim quoniam in vsu tum rei rationis q; simul, tum rationis tantum dissensionem, & illā quidem priorē etiam duplicem, vnam infestiorem inter duo: alteram leniorē inter plura animaduerterat: inde Dissentanea in tria genera, nempe in Contraria (quorum quatuor species) in Repugnantia & Disparata distinxerat. Sed cum Disparata, quæ, tum rationis tantùm dissensionem

Assum.

De Dissentaneis.

nem significabant, à quibusdam reprehenderentur, quod & Vox illa Ciceroni Negantia significaret, & quæ à disparatis argumenta traherentur, se ignorare reprehensores illi dicerent: Ramus, adhibito Principiorum iudicio, tum vocem illam quidem infestiori esse oppositionis, tum exempla hic valde diuersa & refractaria animaduertit. Itaq; leuissimam illam rationis dissensionem Dissimilibus ad tempus, donec vsus rectius doceret, includit. Sic igitur Dissentaneorū genere tantum Cōtraria in quatuor speciebus, & repugnantia, vtraq; scilicet re ac ratione dissidentia, cōplexus est. Pro genere etiam ipso dissentaneorum Oppositā aliquando dixit ex Aristotele: sed maturiore iudicio dichotomiam Consentaneorum ac Dissentaneorum magis probauit. Postremò cùm illam rationis dissensionē diuturna experientia magis magisq; persuasisset, quod dissimilia sint comparatæ qualitatis, rationis aūt dissensio simplicis negationis: hæc ad Dissentanea, sed diuersorū nomine, est reuocata tādēq; Dichotomiæ Methodiq; accuratio adhibita, ita vniuersā dissentaneorū Categoriam naturali bonorū generū progressu digessit, vt & simplicissima rationis tantū dissēsio nomine Diuersorū, rei rationisq; dissensioni in Oppositis opponeretur, & tū ab illa ad hāc, tum in hac à Disparatis seu repugnantibus ad Contraria. hoc est, à simplicioribus & latioribus ad infestiora & angustiora procederetur, hoc modo: Dissentanea sunt diuersa, vel Opposita, Opposita sunt Disparata vel Contraria, Contraria sunt Affirmantia in Relatis & Aduersis, vel Negātia in Contradicentib. & Priuantibus. Quapro-

De Dissen.

Dichotomiæ Diss.

ter cùm tam luculentam distinctionem vsus ostenderet, atque & imitatione exprimendam offerret: an ei P. Rami industria ac labor deesset? An ille pro sua quasi auctoritate in lõge dissimilima caussa cum Pilato, Quod scripsi, scripsi, opponeret? Hoc Pythagoricum ab Aristoteleis pro Aristotelis auctoritate nimis celebratum argumentum, in Pilato ordinarium, atque tum ad Iudæos Christi parricidas conuincendum, tum ad Ecclesiam instruendum à Spiritu sancto dictatum fuit: in artes autem scriptore, qui se vsus, vt dixi, discipulum profitetur, valde infirmum & indecorum sit. Vsui obtemperandum est, & quod ei in arte non respondet, id ad exemplorum inductionem corrigendum est & aptandum.

Oppug. PAED. Sed si ita artes tractantur & retractantur sæpius, non videntur esse constantes & κατὰ παντός.

Propug. DISC. At si ab vsu discrepent, multò minus erunt κατὰ παντός. Itaque non ideo κατὰ παντὸς ars fuerit & constans, quia huius aut illius iudicio ac arbitratu scripta, aut etiam iterum tertiove recognita sit: sed quia vsui conuenienter scripta & conformata sit. In nobili præstantium hominum vsu communio κατὰ παντὸς inest: sed eam in lucem eruere, ac præceptis perpetuæ & constantis veritatis exprimere, hoc opus, hic labor est. In hac palestra & grauia aduersariorũ iudicia subeunda, & amicorum consilia, atque inductionis subsidia crebra adhibenda sunt.

Oppug. de Diff. nomine. PAED. Aristoteles in Philosophia cap 10. libro 5. ἀντικείμενα generaliter definit, ὅσα μὴ ἐνέχεται ἅμα παρεῖναι ἀμφοῖν δεκτικὰ quecunque non accidit

dit simul adesse amborũ susceptiuo vel subiecto. Quare & Ramus commodius hoc genus Opposita, quam Diessntanea nominasset, & ita etiam desinuisset.

DISC. Nego consequentiam. Nam Aristoteles tantum Opposita, vnum Dissentaneorum genus definit, imo nominatim Contraria eorumq; quatuor species in Categorijs ἀντικείμενα nominat. Nec enim diuersa ita agnouit, imo nec disparata ita distinxit. Ramus autem latius totam Categoriam nomine Ciceroniano Dissentaneorum extendit, cui Aristotelica ἀντικείμενα pro altero sub alterno genere inclusit. Propug.

PAED. At Rodolphus Repugnantia pro Dissentaneis dixit: quod nomen eorum vim magis explicare videtur. Oppug.

DISC. Is nomine Repugnantium etiam tantum Opposita Ramea complexus est, eaque in Opposita quatuor specierum, & in Diuersa, sicut Ramus Opposita in Contraria quatuor specierum, & Disparata, distinxit. Sed Dissentaneũ pro vniuerso genere ex viarguẽ directius Consentaneo opponitur, quam Repugnans Propug.

PAED. Dissentaneum definitur, quod à re dissentit: sed hæc Desinitio nimis augusta est, cùm etiam, vt dicis, rationis dissensio hic significetur. Oppug.

DISC. Rei nomen, vt & in Consentanei, itemque Caussarum definitionibus non tantum pro rei cuiusq; natura, sed latius pro omni ente & non ente proque altero affecto argumento, vt illud Aliquid, in argumenti definitione sumitur. Analogia igitur eleganter seruatur, consentaneũ, quod consentit cum re, quam arguit, dissentaneum, quod dissentit à re quã arguit. De Dissentaneis. Propug.

PAE. *Si Logicæ Inuentionis, argumẽta omnia æqualiter se arguũt, & æquè manifesta sunt, certè hæc omniũ argumentorum cõmunis affectio malè solis Dissẽtaneis attribuitur. At primũ: quia omnia argumentorũ genera sua affectiõe relata sũt. Ergo et postremũ*

Oppug. Præcepti & prictatis.

Propug. DISC. *Nego Assumtionem: quia vt Caussæ sunt natura priores effectis, & subiecta adiunctis, ita etiam in illis clarius & manifestius argumentum est, dissentanea autem ideo simul natura, id est, æquè manifesta sunt, quod in dissensione & oppositione, qua vtrinque eiusdem est momenti, omnis eorũ vis posita sit. in Consentaneis autem longè aliter est: vbi non est eadem vtrinque ratio, sed distincta, & tamen mutua affectione coharens. In caussis est vis, vnde res existit; in effectis ea ratio, vt Caussarum vi existant: In subiectis ea ratio est, vt recipiant Adiuncta; in Adiunctis, vt præter essentiam ad illa accedant. Vnde etiã in his duo sũt affectionis nomina: in dissentaneis nõ itẽ, quia vtrinque est eadẽ dissentiendi vis est ratio: quãquam hic etiam in Priuantibus & Contradicentibus aliqua ex rerum natura & vocũ significatione distinctio est, at vis oppositionis nihilominus eadem. Itaque quia alia vis & ratio est caussæ, quàm Effecti, alia Subiecti, quam Adiuncti: hinc etiam inæqualis notitia & arguendi vis est: quod similiter de ijs, quæ ab illis orta sunt, intelligendum est: in qua tamen etiam Reciprocatio certa lege incidit. Et certè Caussa aliter effectũ, subiectum aliter adiunctum, quàm effectum caussam, & adiunctum subiectum, propria videlicet affectionis vi, arguit & declarat: quæ vis, vniuscuiusq; definitione explicatur. Atq; argumentorum illa vis, vt in rerum*

natura, ita etiam in verborum significatione ponderanda cõsistit. Neq; n. hic syllogistica tantũ Cõclusio, sed vniuersus argumentorũ vsus spectabitur. Sic è materia, scilicet terra, declaraueris hominis naturam: at nõ similiter terræ naturam ab homine: &c. Et certe felix dicitur, qui potuit rerum cognoscere causſas, vnde effectorum cognitio pendeat, non contra. De Differ.

PAE. Attamẽ in omnib. argumẽtorũ generib. est affectionis relatio: & relata aũt simul natura esse dicuntur. Oppug.

DISC. Dixi supra ad Categoriam Relationis, Affectionem argumentorum esse eorum generalißimum respectum, qui & rerum naturam, & mutuam argumentorum denominationem complectatur, vt sic Oppositionis relatio, certa ratione in illa affectiõe insit. Sed propria eiusq; affectiõis vis prius sui generis præceptis, oppositionis autem relatio inde posterius contrariæ relationis legibus spectatur, sicut in omnibus rebus identitas seu vnitas per Cõsentanea, dissensio aũt & differentia per dissentanea consideratur. In ijsdem igitur rebus diuersæ imo oppositæ affectiones considerari possunt, & quidem per diuersa instrumenta. Causſæ igitur propria in consensione affectio est, quod eius vi existat effectum, non contra, quod effecti vi existat causſa: vnde etiam illa affectione definiuntur. Sed interim Causſa est effecti causa, & Effectum vicißim causſæ effectum: atq; ita in hac denominationis reciprocatione est oppositionis relatio, ob quã etiam, si eius ratiõe & vi vsurpẽtur, æque nota sunt: quæ notitia tamen in rerũ naturãet propriã affectionẽ singularũ causſarũ & effectorũ nõ cadit, nisi relatim sic ex affectiõis denominatiõe accõmodetur: Sutor est causa calcei. Er- Propug.

Ergo calceus est sutoris effectum: &, Suter est caussa calcei. Ergo calceus non est caussa Sutoris. Sic igitur in omnia Argumentorum genera relatio denominatio

Compl. *nis incidit: sed vnumquodque genus propriam arguēdi affectionem habet. Atque inde efficitur, illam notitiam arguendique vim aqualem reliquis argumentorum generibus non ita, vt Dissentaneis conuenire, sed hinc in illa certa considerationis ratione accommodari.*

Oppug. Dichotomiæ. Diss. PAED. *Porrò Dissentaneorum dichotomia in Diuersa & Oppossita, non videtur esse legitima: quia Diuersa non generale & commune argumenti genus faciunt, sed distinctionem quandam, ex reliquis argumentis deductam, continent. Nam cùm cetera omnia argumenta ad Quæstionem concludendam valeant, Diuersa minime, sed tantum distinguunt. Distinguere autem non est arguere: vnde etiam à Philippo de Nominibus distinctionum ad finem Inuentionis tanquam de aliquo argumentorum fructu præcipit.*

Propug. I. Diuersa. DISC. *Scio P. Ramum hic valde anxium fuisse nec sibi etiam ipsum satis potuisse facere. Attamen apertè in Diuersorum exemplis quædam spectatur dissentio, quæ in quibusdam dissimilitudo videri queat: verùm quia dissimilitudo non est simplex negatio, sed similis qualitatis negatio: in illis autem exemplis simpliciter vnum negatur & tollitur: rationis tantùm dissensionē (cuius etiam Aristoteles vsp iam meminit) hic Ramus non incommodè videtur distinxisse, quam donec melior ratio ostendatur, retinendam puto. Sed distingue re cur non sit arguere, aut argumenti? An non quid-*

uis

ius ratione efficere est arguere & iudicare? Qui distinguit, ille certè argumentis distinguit: certè & nō ideo separatim de Distinctionibus explicat doctissimus Philippus, quod non distinguamus argumentis, sed vt peculiariter de distinctionum nominibus ex argumētorum generibus distinguendis admoneret. Alioquin ipsa Realis & Rationis distinctio exemplis ex argumentorum generibus declaratur. Ramus autem quia quæ ab alijs variè dispersa sunt, recollegit, & docuit eadem generali Inuentione omnia illa separata officia præstari, rectè etiam Rationis distinctionem inter locos numerauit, cùm cetera Dissentanea realiter distinguant, vt paulò post dicetur. Nec Argumentum ex syllogismi vsu, sed è sua affectione definitur, vt propterea argumenti nomen non amittat si tertium argumentum non faciat, &c. Frequentissimus autem Diuersorū vsus est in distinguendo, declarando, & quoquo modo illustrando: vbi non minus arguunt, quàm tertium argumentum in syllogismo. De Dissentaneis.

PAED. Sed hæc diuersa carent auctoritate & consensu præstantium Dialecticorum: cum Rodolpho & alijs quibusdam Diuersa seu Differentia, sint illa, quæ Ramus alias Repugnantia, postremò Disparata nominauit. Deinde etiam Diuersa, seu res Diuersæ opponuntur ijsdem, vbi de vnitate seu identitate, & contra de Diuersitate seu de rebus differentibus agitur: vbi sic Diuersa generatim omnes differentias, etiam è contrarijs complectuntur. Oppug.

DISC. Esto, careant logicorum in artis descriptione consensu Diuersa illa Ramea, non tamen carent vsus

insti-

insigni auctoritate, vt constat ex inductione exemplorum. Nec mirum sit, esse verborum quandam in arte tradenda diuersitatem, cùm magna sit rerum ipsarum discrepantia. Diuersa igitur quidam pro Disparatis seu Repugnantibus dixerunt: sed in vsu latinæ lingue, Diuersus præcipuè ad hanc tenuissimam rationis tantũ dissensionẽ refertur: quanquam etiã dissimilitudinem aliquando, & alias maiore dissensionẽ significat. Sed quia commodior vox non occurrebat, quod reliqua essent maioris dissensionis: Ramus ordinarium hunc in bonis auctoribus vsum hac appellatione distinxit. Nec impedit, quòd aliquando generatim vnitati opponatur: quia hic pro huius argumenti vsu definitur, & illa diuersa potius Dissentanea generatim & hinc Differentia seu res differentes nominantur: quemadmodum & Prædicabile Differentia distinguitur, vnde præcipuè res differentes per formarum Oppositionem diiudicantur.

Oppug. de Notis. PAED. *Diuersa, vt & infra Comparata, Ramus docet certis formulis & notis exprimi. Ergóne ipsum philosophum, an potius Grãmatistam appellabimus? Nam Dialecticæ rationem puram & simplicem esse debere, in eaq; nullam omnino sermonis curam habendam ipse scribit.*

Propug. DISC. *Dialectica est omnis entis & non entis: ideoq; etiam verborum, quatenus ea sunt rationes, & res significant. Cum aũt Ramus sermonis curam à Dialectica remouet, tũ nec vocũ Genera, vt Nomen & Verbũ, suis adsignificationib. ac simib. nec Syntaxeos cõuenientiã & rectionem in rationis arte explicãdam, esse recte iudicat. Alioquin Logica, tam de verbis est, quam*

quam de rebus ipsis, verborumq; significationes observat, definit, & explicat. Et sic in ipsa Logica cum & argumentorũ & iudicij genera definiuntur, simul res ipsas & verborum significationes definiri, idq; similiter in reliquis artibus fieri intelligimus. De notis autẽ, quæ in quibusdam argumentorum generibus adhiberi Ramus tradit, respondeo, earũ significationem generalem & logicam esse: quia argumentorum affectionẽ & vim declarant. Eiusmodi aũt quasdẽ etiã Ramus in diuersis, non vt eius generis proprias (quia etiã in Oppositis, quanquam diuersorum potius imitatione adhibentur) sed, vt frequentissimas imo potius vt coniunctiones in comparatorum autem generibus passim proprias indicat. De Differentiis.

PAED. DISPARATA, quorum vnum multis pariter opponitur, Rodolphus Diuersa, & differentia, Ramus aliquando, & alij etiamnum Repugnantia, nominant. Ergo Repugnantium nomen hic potius fuisset retinendum. Oppug. de Disparatis.

DISC. Nego Consequens, vel potius intellectam Propositionem, in qua est fundamentum huius iudicij. Neque enim paucorum exemplа obtinent consensus vniuersalis auctoritatem. Boetius, Philippus, & alij etiam Disparata hoc genus nominarunt. Ramus autem ideo Disparata dicere maluit, quod Diuersa potius rationis tantum dissensionem, Differentia verò vel totam dissentaneorum Categoriam aliquo modo vel eius fructũ significẽt, vnde etiã trito in Scholis verbo appellatur Differentia cõmunis, propria, maximè propria: deinde quod Differentia etiã ab Aristotele Propug.

oppo-

opponatur Similitudini pro dissimilitudine. Repugnãtia quidem ipse aliquando pro Disparatis dixit: sed tandem animaduertit, Repugnantiæ verbum, maioris esse cuiusdam oppositionis, quàm hic significaretur vt 2. Philip. Qui tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profecto sapis: Tum videbat etiam Rodolphũ Repugnantia pro toto Oppositorũ genere dixisse. Disparari, autem verbum non minus latinum, quam rei accommodatum esse notauit.

Repugnãtia.

Qui est imperator diuum & hominum Iupiter,
Is nos per gentes, alios in alia disparat,

ait Plautus, Cicero quidem de Inuent. Disparata pro Contradicentibus nominauit, vt sapere. Et Quinct. c. 5. lib. disparata dicit, dura, non duris. At Contradicẽtium verbum magis vsitatum est in hoc genere. Boetius 1. lib. de Syllogisinis Hypothecis disparata dicit, quæ tantum à se diuersa sunt, nulla contrarietate pugnantia, veluti vestis, ignis. Quare cùm Disparatorũ verbum logicè hoc genus significaret, hoc ex Boetio, vt aptissimum & commodissimum cum Philippo & alijs adsumpsit.

Oppug. PAED. Deinceps Contraria, Aristoteles & Rodolphus Oppositæ: Philippus & alij quidam Pugnantia: Contrariæ autem in Scholis inferiorem speciem nominant.

Contrariorum.

Propug. DISC. Memini: sed quæ Definitio & Proprietas Oppositis illis tribuitur, ea etiam Disparatis cõuenit. Ergo Ramus Oppositorum nomen ad altiorem euexit gradum, & hoc subalternũ genus cum Cicerone Contraria nominauit, speciem autem inferiorẽ Aduersa

Pugnan-

pugnantiũ etiã nomẽ paulò latiùs patere hic visũ est. De Diffen.
PAED. Contraria definiuntur opposita, quorum vnum tantum vni opponitur; sed alias ipse Ramus addidit, aut summũ duobus: & certè Contraria alia sunt mediata, alia immediata. Vnde apparet, minus aptã esse illam definitionem. Nec enim inter virtutẽ, exuperantiam, & defectum veram contrarietatem esse, aut duo vitia vni virtuti sic opponi, videtur posse negari. Vnde quod vnum vni contrarium esse dicitur, id ita est distinguendum, vt dicamus, vna ratione spectata, vnum semper vni: in rationis verò dissimilitudine, vnum duobus pluribusue posse esse contrarium: quia in vnaquaq; ratione, quasi vno interuallo, extremitates plures duabus esse non possunt: quarum maxima distantia Aristoteli facit contrarietatem. Oppug.

PAED. Memini Ramum etiam ex receptâ consuetudine sexta præsertim additione, vnum duobus frequenter esse contrarium scripsisse, vt auaritia liberalitati & effusioni contraria sit. Sed tandem obseruatio & Platonis, Aristotelis, ac Rodolphi auctoritas vnum vni contrarium esse, duorum autem Contrariorũ media, non directè illis extremis, nec inter se contraria esse, sed quasi oblique disparari docuit. Sic, ait, Liberalitas & auaritia inter se disparãtur: nec. n. vel liberalitas & auaritia, vel liberalitas & effusio maximè differũt, cũ auaritia & effusio vt Aristoteles ait secundo Ethicorũ ad filiũ) magis differant. Imo vitiũ, quod horum specialium vitiorum genus est q. d. generaliter, Illiberalitas (magis à liberalitate differt, vt Par magis opponitur Impari, quam maiori & minori, qua Propug. Media Cont.

species Imparis sunt. Binarium autem Contrariorū numerum tum Plato in Alcibiade secundo, tum post eum Aristoteles, sed per species, in Categorijs, Interpretatione, Topicis, quinto & decimo Philosophus probauit. Et inde præcipuè Rodolphus Agricola Disparata & Contraria distinxit: quod disparatum æquè pariterque multis disparatum sit: contrarium vni tantum. Atque discrimen, tum vnitatis, tum diuersitatis in rebus ipsis, hanc dissensionis differentiam facile ostendet. Colores sunt res physicæ: in iis Albedo & Nigredo extrema & aduersa sunt: quorum vnitas seu identitas est in communibus causis, qua genere, Color, comprehenduntur: sed pugna in Materia ac forma propria, quarum natura & vis maximè è regione aduersa est, vt altera ex altera nihil participet. Medij autem colores, vt cineraceum, rubrū, viride, generis quidem identitate etiam consentiunt, sed materiam mixtam & participatione quodammodo eandem sed mistione disparatam habent. Sic in exemplis logicis, Par eiusdem, Impar inæqualis quantitatis omnem vim & rationem è regione pugnantem: sed Maius imparis vnam quādam rationem, scilicet excedentem, Minus alteram scilicet deficientem significat. Itaque par & impar Aduersa, Par & Maius seu minus disparata sunt. Similiter in ethicis rebus Liberalitas & Illiberalitas generatim sumpta aduersantur. quia illa & in dando & in parcendo, vt decet, hæc et in dando & in parcendo, vt nō decet, versatur. Itaq; illa beneficentiam & parsimoniā, hæc effusionē & auaritiam complectitur: quæ specialia vitia obli-

Agric. li. 1. Inuent.

Albor. Nigror.

Par Impar.

Liberalit. Illiberal.

non eadem vi, qua suum genus, à virtute dissentiunt. Ergo P. Ramus in Disparatis primum exemplorum genus fecit illa media, quæ inter contraria interdum interiecta sunt, vt, quoniam Disparata ideo præcedunt, quod leuiorem habeant pugnam, illud deinceps cognitum ad contraria adferatur, & in illis considerandis teneatur, vtque in exemplorum Analysi ac consideratione, primum simul Disparata, deinde an contraria animaduertatur. Atque ita quod addis, vna ratione spectata, semper vnum vni, in rationis autem dissimilitudine vnum duobus pluribusve posse esse contrarium: ea certè rationis dissimilitudo & differentia Disparata & Contraria nobis distinguit, non duplex Contrariorum genus facit.

De differ. Iacob. Carpent.

PAED. Attamen luculentius Contraria in Mediata & immediata distribuuntur: quæque media interiecta habeant nominatim docetur.

Oppug. Contrarijs mediis. Propug.

DISC. Quomodo Contraria in Mediata & immediata rectè diuidentur, si illa media contraria non sunt: Aut in Contrarijs propter illam diuisionem tribuetur, quod ab eorum dissensione alienum est? Illud igitur, quod Media inter aliqua contraria interiecta sint, omnino quidem docetur, sed logicè, nempe in Disparatis, non illa aliena diuisione in Contrarijs. Quæ autem Contraria medium habeant, id logicum non est, sed rerum disciplinis conuenit: nec id alij Logici generatim docēt, sed in exemplis quibusdam attingunt.

Oppug. Diui. Contra. Propug.

PAED. Sed Contraria temere videntur in Affirmantia & negantia distingui, cum eodem modo & enuncientur, & concludantur omnia.

DISC. *Inuentio argumentorum genera nulla ex enunciandi aut concludendi rationibus, sed omnia ex arguendi vi & affectione explanat: ideoque hinc & eorum genera distinguit, & significationes eorundem definit. Affirmantium igitur hoc & negantium discrimen, est significationis nudorum argumentorum, non coniunctorum & conclusorum. Affirmantia sunt, quorum vtrumque affirmat, hoc est, vocabulum vtrumq; affirmatè rem seu qualitatem verè & sua natura existentem significat, vt sic duæ sint & voces & res significatæ (quanquam aliquando etiam vtraque res vna voce exprimitur) sed inter se infestæ & pugnantes. Negantia sunt, quorum vnum rem quandam affirmatè, alterum autem non rem aliam infestam & contrariam, sed eiusdem negationem & priuationem significat: Itaque hæc distinctio ad rerum naturam & vocum significationem distinguendam valdè logica & necessaria est.*

Contrar. affirm. negant.

Oppug. Relatorū. *PAED. RELATA propterea non accuratè definiri videntur, quod alterum dicitur constare è mutua alterius affectione: quia constare est essentiæ: At essentia patris à filio, Domini à seruo, & ita deinceps, non est. Deinde nec fit mentio Correlatiui. Ergo non rectè definiuntur.*

Propug. DISC. *Nimis puerile hoc est: an non satis perspicuè dicitur, ex affectione, id est, σχέσει, habitudine, qualitatisque respectu alterius constare alterum? Et hæc mutua qualitatis & denominationis seu iuris, nō personarum aut rerum, in quas cadunt relationes, essentia verbo,* Constat, *exprimitur. Et hinc supra dixi,*

alias

alias esse aliorum argumentorum, pro rerum natura & vsu diuerso, affectiones: sed certa ratione in ijs etiam relationem oppositionis inesse. Sic pater est caussa procreans filij. Cicero & Tyro, sunt Disparata, sed propter qualitatem & ius, relatio existit inter patrē & filium, Ciceronem dominum, & Tyronem seruum. Correlatiuum barbara vox est: latinè vtrumque relatum nominatur, & vocibus, alterum, *&* alteri⁹, *significatur. Si tamen eo libet vti: facilis est admonitio.* De Dissen.

PAED. *Relata nomine mutuæ affectionis Dissensionem & oppositionem non faciunt, sed potius consensionem. Ergo & malè opposita nominantur, & ineptè mutua consensione pro oppositorum specie desiniuntur.* Oppug. De consensione Rel.

DIS. *Imò ex Definitiõe duplex illa Relatorum vis intelligitur, & nominatim etiam deinceps per exempla distinguitur. Itaque illa accurate conformata est, vt vtramque affectionem exprimat. Primo genus ipsum* (Contraria) *significat hic duorum esse oppositionē: deinde forma* (alterum constare ex mutua alterius affectione) *tum relationis contrarietatem, quod in mutua illa, vt ita dicam, existentia, alterum non sit idem, sed iuris ratione oppositum, tum mutuā etiam consensionem, quod alterum sit alterius causſa vicißimque effectus, designat. Sic cum in homine patris qualitas seu ius incidit & occurrit, protinus è regione & filij qualitas ac ius incidit & occurrit, cogitaturque Patrem non esse illum filium, nec filiū hunc patrem, sed alterum ab altero relationis vi & alter-* Propug.

natione dißidere, interimque tamen alterius qualitatem & ius ab altero eodem momento tanquam effectum à cauſſa, exiſtere. Sic enim in contrario alternationis ſitu mutua denominationis occaſio potius, quã vera cauſſa eſt.

Oppug. De Affectione. PAED. Porro contra legem Ariſtotelis tertiam cõmunis Diſſentaneorum affectio repetitur, quod relata ſint ſimul natura, vt qui alterum perfecte norit, norit & reliquum.

DISC. Mihi vero hoc duplici ratione defendendum videtur. Namprimum cum, Natura ſimul eſſe, ſupra generatim de æquali luce & notitia tantum intelligatur, dico hic nominatim rationem reddi, cur Relata æquè manifeſta ſint, cùm id in caiſſis & effectis (quorum affectionem illa repræſentent) ita non ſit nempe propter mutuã illam vim, quæ ſimiliter in cauſis non ſit. Deinde ἅμα φύσει εἶναι, ſimul natura eſſe de eſſentiæ reciprocatione etiam intellectum, Relatorum proprium eſt. Nec enim ceterorum Relatorum οὐσία, eſſentia eſt reciproca, licet eorum notitia ſit æqualis & ſimul natura. Atque inde etiam in arte nominatim infertur æqualis notitia relatorum perfectior, quod qui relatorũ alterum ἐιδη ὡρισμένως nouerit definite & perfectè, is & reliquum definite nouerit. Vnde intelligitur, Relata dupliciter natura ſimul eſſe, primo ex communi Diſſentaneorum regula, qua ſunt æquè nota: ſecundo ex proprio præcepto, quia reciprocæ ſunt eſſentiæ, & mutuæ ſibi cauſſæ.

1. Ratio.

2. Ratio.

DISC. ADVERSA ab alijs & Contraria rectius dicti, & duæ qualitates inter ſe oppoſitæ, quarum vna

pellit

pellit alteram, aut quarum vna posita in gradibus excellentibus, altera in eodem subiecto simul non ponitur, commodius definiri videntur. De Dissen.

DISC. Rectius cum Cicerone Aduersa nominantur: quia inter se velut è regione perpetuo aduersantur. Propug. Cur autem Aduersa sint tantum qualitates? An non essentiae etiam, vt homo & bestia, contrarijs formis, vt animal rationis tum participe, tum experte, & erectis pronisq; corporibus aduersantur? Commodius igitur aduersa definiuntur contraria quauis affirmantia, quae velut è regione perpetuo aduersantur. Quod vnum pellat alterum hic contra legem catholicam repetitur: quia ex lege omnium oppositorum communi intelligitur: vide Dial. lib. 1. cap. 13. Et cur duae qualitates dicuntur, cum tamen vulgo in mediata & immediata diuidantur: mediata autem plura sunt. Vnde etiam illo iudicio colligitur, media illa contraria nõ esse, quia cõtraria duae sint qualitates: aut illud, duae tollendum. Paulo autem ante nos diximus media pertinere ad Disparata.

PAED. CONTRADICENTIA sunt axiomatici iudicij. Ergo nihil ad Inuentionem attinent. Etenim topica contradictio extra axiomaticam nulla est. Oppug. Contradi.

DISC. Nego consequentiam propter falsam intellectam Propositionem. Non enim ideo Contradictio Inuentionis non est: quia etiam iudicij est. Nam & Inuentio suam, & iudicium suam Contradictionis doctrinam habet: Imo inuentionis Contradictio vt & cetera argumenta, Dispositione iudicij tantum vsurpatur. Sed distinctio hic est tenenda. Inuentionis cõtra-

tradictio singulas rationes affirmatas & negatas spectat: Iudicij Contradictio est legitima eiusdem consequentis in axiomate de eodem antecedente affirmatio & negatio. Vide Dialect. lib. 1. cap. 16. & in eum locum annotat.

Oppug. Priuantiũ. PAED. PRIVANTIA & enunciandi & concludendi modo cum aduersis conueniunt: per se autẽ genus κατὰ παντὸς non constituunt: quia cum sint naturalis tantum subiecti, non sunt omnis entis & non entis. Ergo nec separatum oppositorum genus faciunt, sed aduersis sunt eorum qualiacunque exempla subijcienda.

Propug. DISC. Non ideo cum aduersis eadem sunt Priuantia, quod eodem modo enuncientur & concludantur, vt supra etiam monui, inde affirmantia & negantia non distingui. Sed ideo cum aduersis eadem non sunt, quod illa sint vtrinque affirmantia, duorum videlicet affirmatorum sensorum: hæc verò eiusdem affirmationi eiusdem negationem, et quidem in re, quæ illius per naturam capax sit, opponant. Et hoc discrimen, vt supra dixi, tum ad rerum affectiones, tum ad vocum significationes necessarium est. Itaque Cæcum parietẽ per Metapho. dici, Rethorica ex hoc loco distinguit, quod ex aduersorum doctrina non intelligeretur. Est autem κατὰ παντὸς hoc argumentum de ijs, quibus definiendo attribuitur.

Oppug. De Maximis. PAED. Maximæ etiam superiores locos plurimum illustrant: de quibus Ramus nihil.

Propug. DISC. Imo Ramus veras in Dissentaneis Maximas accuratè docuit: vnam omnium communem, quod

æquè

æquè manifesta sint *alteram Oppositorum tantum communem*, quod eidem non attribuantur: *tertiam Relatorum propriam*, quod natura simul sint ob mutuam affectionem: *quibus omnes vulgatæ maximæ comprehenduntur.* De Differentiis.

PAED. *Recitabo præcipuas regulas, tu comparato:* Oppug.
1. Posita vna specie, remouentur omnes Disparatæ. *vt: Scientia est qualitas mentis, Ergo non est magnitudo vel figura.* A Disparatis.

DISC. *Consequentia propter Syllogisticam dispositionem, non propter illam regulam sequitur. Sed hæc regula omnium Oppositorum communis sic ad Oppositorum definitionem enunciatur* Propug.

Itaque ex altero affirmato, alterum negatur: *qua illorũ argumentorũ vis & accommodatio in axiomate, non Consequentia demonstratur: Si scientia est qualitas mentis, non est magnitudo.*

Axioma necessarium est: quod illa physica qualitas & geometrica magnitudo sint disparata. De Differentiis.

PAED. *2.* Negata vna specie, non protinus quælibet disparata affirmatur: *vt, Pannus hic non est ruber, Ergo est viridis. non sequitur.* 2. Reg.

DISC. *Imo ex Syllogismi regula sequitur: sed quia Propositio intellecta est contingens: ideo talis etiam iudicatur complexio. Logicus igitur diceret: Propositio omissa est contingens: quia ex vnius affirmatione alterius cuiusuis necessaria negatio oppositorum regula asseritur: sed contra vbi vnum opponitur pluribus, vt in disparatis, vno negato alterius cuiusuis affirmatio est contingens.* Collate.

RELAT. MAXI.

Relatorũ Maximæ.

1. Max. PAED. *Relata dupliciter vsurpantur: primò vt Consentanea iuxta hanc maximam;*
Posito relatiuo, necesse est poni correlatiuum, sed in alio subiecto. Destructo autẽ altero, destruitur & alterum. *Si filius est, patrẽ habet, Non est dominus, Ergo nec seruum habet.*

Collat. DISC. *Consectaria sunt è relatorum definitione. Logicus dicit: Axioma connexum est necessarium. Et Propositio intellecta est necessaria: quia alterum relatorum constat è mutua alterius affectione, Ergo vna existunt & intereunt. Sic enim ipsam definitionẽ pro argumento seu maxima adhibet.*

2. Max. *PAED. Secundò vt Dissentanea vsurpantur, ex hac regula:* Relatiue oppositorum vnõ affirmato, necessario sequitur alterius remotio: *vt, sum tuus pater, Non igitur sum tuus filius.*

Collat. *DISC. Est communis oppositorum regula alijs verbis enunciata:* Oppositorum affirmato vno, negatur alterum (in Dial. cap. 13.) *quæ contra legẽ catholicam in hac specie iteratur. Logicus dicit: Intellecta propositio est necessaria: quia oppositæ eidem attribui nõ possunt. sed ex affirmato vno negatur alterũ.*

ADVERS. MAXIMA.

2. Aduers. Max. *PAED. De contrarijs aduersis hæ traduntur regulæ.*

1. Duæ qualitates graduum excellentium non sunt simul in eodẽ subiecto. *vt, Aqua valdè calefacta nõ potest simul esse frigida.*

DISC. Est admonitio ex communi oppositorum regu-

regula, quod ijdem attribui, secundum idē & ad idem, & eodem tempore non posint: ideoque in specie est tautologa. Additur distinctio de gradibus exellentibus, hoc est, de verè contrarijs, quæ non possunt eidem attribui, & de de remissis, hoc est de contrariorum seu oppositorum lucta & pugna, expulsione & cessione, cum alterum accedens incipit pellere alterum, vt primo conflictu aliquid vtrinque miscerivideatur, vnde quiddam medium seu disparatum existat, quod neq; hoc, neq; illud sit plenè ac propriè, sed quiddam tertium ex vtriusq; extremi particulis seu affectionibus quibusdam coniunctum, vt crepusculum aliquid & diurnæ lucis & nocturnæ vmbræ participat: sic leucophæus color albi nigriq; particeps est. Et certè cōtrariorum expulsio progressu videatur fieri, vt paulatim indoctus sit doctus, tenebræ lux, aqua frigida mediante tempore calida. Hæc autē expulsionis progressio nihil noua in logica artis requirit: quia, qua lege oppositare ac ratiōe pariter dissentire itemque eidem non attribui, sed altero affirmato & posito, alterum negari & tolli, eadem etiam inter se expelli, & quidem certo expulsionis & cessionis modo intelliguntur. Hic tamen modus suæ artis, hoc est, inferioris & rerum disciplina proprius est, vt physica quomodo dies nocti, color colori. Ethica, quomodo virtus vitio, & ita deinceps cedat, nominatim ostendat. Atque hic etiam Theologia longissimè humanæ rationis captum excedens, quædam propria, peculiaria, & aliarū rerū dissimilima, ideoq; sola fide apprahē dēdæ docet, vt quod in vna Christi p̄sona duæ disparatæ natu-

De Differ.

turæ, diuina & humana, ad humani generis redemptionem copulatæ & vnitæ sint: quod in vno homine regenito Caro & Spiritus pugnet, id quod quibusdã, qui tamen etiam logicam aspernantur, absurdum videtur, quibus homo plene & perfectè recreatus, & ex impio totus omnibusque viribus pius & nouus factus videtur. Sed illi dum logica vti videri non volunt, rationis tamen & logicæ præsidio de rebus contrarijs, humanarum rerum similitudine, temerè iudicantes, apertæ scripturæ contradicunt. Logicus igitur res humanas è suis artibus rerum humanarum similitudine inquirendo: res diuinas è sacris litteris, vt illic patefactæ sunt, credendo, eiusdem artis instrumentis explicat, monens vbi hæ illarum similitudini & exemplis non respondeant. Itaque tale Axioma: Aqua valde calefacta non potest simul esse frigida: logico artificio, scilicet, axiomatis necessarij definitione, & communi Oppositorum lege ex physicarum rerum natura, iudicat necessarium. De gradibus remissis, tum communium de Oppositorum expulsione, regularum interpretatione, tum è disparatorum definitione respondet: res diuinas ab humanis sacrarum litterarum patefactione distinguit, & nihilominus logicè totius Christi personæ naturas duas, diuinam & humanam, partes nominat, &c.

PAED. De omnibus pugnantibus obseruanda est regula, Opponi ea iuxta differentias, quibus dissident, non iuxta genus aut communia accidentia: *vt non valet consequentia: Albor est color, Ergo nigror non est color. Pater est robustus, Ergo filius*

lus non est robustus. Virginitas est bona, Ergo coniugium non est bonum, &c, De Dissentaneis.

DISC. *Cautio est aduersus captionem, quæ oritur ex communi oppositorum lege non rectè adhibeta: itaq; extra artè in fallacijs locũ habet, vbi & à Petro Ramo ponitur c. 14. l. 19. Scho. Dia. Lex oppositorum cõmunis sic habet:* Opposita eidẽ attribui nõ posse &c. *vnde incautior aliquis, si etiã ipsis oppositis idẽ tribuatur, id cõtra legẽ fieri arbitretur. Sed lex nõ dicit,* ipsisidẽ attribui nõ posse (*quia & idem genus, & eadẽ adiuncta oppositis attribui possunt*) sed ipsa eidem attribui non posse. *Ars igitur verũ & rectum præcipit, vnde falsum, minus rectum, & contortum colligi potest: attamen propter imperitiores & incautiores, de captionibus cautiones etiam, sed extra artem, traduntur.*

Logicus in illis non proprie negat consequentiam (*quia in hac nihil vitij sit*) *sed hanc tamen propter intellectam falsam Propositionem non admittit. Itaque talia axiomata, Si albor est color:, nigror non est color: Si virginitas est bona, coniugium non est bonum: falsa iudicat. quia idem sit genus albedinis & nigredinis, nempe color: itemque virginitatis & coniugij, videlicet, bonus vitæ status, à Deo institutus & probatus. Et si quis vrgeat per regulam Oppositorum: eam interpretatur, contortam captionem ostendens, quòd non idem oppositis, sed ipsa eidem attribui vetet.* 3. Regula.

PAED. In omni oppositione vitanda est ambiguitas. Nam vera oppositio intelligitur. quæ fit eodem tempore, in eodem subiecto, &c.

DISC.

Collat. DISC. *Hæc nominatim tribus notis in communi illa oppositorum lege, lib. 1. cap. 13. cauentur.*

4. Reg. PAED. Posita vna qualitate in gradibus excellentibus, remouetur contraria qualitas, *vt, Paries est niger. Ergo non est albus.*

Sed è contra, remoto vno contrario non oportet poni alterum, præsertim in contrarijs mediatis: *vt, Vestis non est alba. Ergo est nigra: non sequitur.*

Collat. DISC. *Eadem est cum prima regula: & ad alteram partem respondi in Disparatis.*

Et quatuor illæ regulæ contra legem catholicam Aduersis attribuuntur: cùm sint omnium Contrariorum, & quædam etiam Disparatorum communes.

CONTRADIC. MAXIM.

3. Contrad. PAED. Nomine Contradictionis alij *vtũtur, non de simplicibus vocabulis, sed de duabus Propositionibus categoricis, vt, Sol mouetur. Sol non mouetur.*

Collat. DISC. *Ergo illa etiam Contradictio ad Axiomatum tantum iudicium, non ad Inuentionem attinet, & illic accurate conformatur: sed argumentorum Contradictio Inuentionis est propria.*

Regu. PAED. Impossibile est duas Contradictorias, in quibus non est ambiguitas, simul veras, aut simul falsas esse. *Hæc est regula diuini & humani iudicij æterna & immota.*

Collat. DISC. *Nominatim in Logica cap. 4. & 5. libro 2. præcipitur, Contradictionis specialis & compositæ semper alteram partem veram esse, alteram falsam: hoc est*

hoc est, vtramque nunquam simul veram aut falsam esse: quod conuenit cum illa regula omnino. Sed de generalis contradictionis partibus, vtramque aliquando falsam esse, etiam ca. 4. cauetur, vt, Omne animal est rationale. Nullum animal est rationale. Sed nunquam vtraque pars est vera. De Dissen.

PAED. Est & forma argumentandi, cum ex vniuersali affirmatiua ducitur per contrapositionem consequens negatiuum à genere ad speciem: vt, Omnis homo est animal, Ergo quicquid non est animal, non est homo. Per contrapositionē.

DISC. Non est noua doctrina, sed est argumentum à Contradictionis affirmatione ad negationem concludendam, quod habet aliquid peculiaris obseruationis in inuersione, & vtriusque membri negatione, vel potius in vera argumentorū affectione asseueranda ad falsum absurdumq; reiciendum. Sed ipsa contradictionis vis, proposita Quæstione, sic argumētum offert. aut asserta veritate, inde ita absurdum colligitur. Collat.

PAED. Est & à contrario sensu argumentatio, cum Subiecto & prædicato adduntur negationes in altera propositione, etiamsi non fiat conuersio, & valet consequentia, cum subiectū & prædicatum sunt paria: vt. Omnis agens pœnitentiam, & credens sibi remitti peccata propter filium Dei, recipitur à Deo. Ergo omnis non agens pœnitentiam, & non credens recipitur, &c. A Contrario sensu.

DISC. Est similiter argumentum à Contradictione, nisi quod hic ordo nō inuertatur. Logicus vtrobiq; nō Colla.

con-

consequentiam, sed intellectam propositionem connexam ex vi argumenti iudicat: Si agens pœnitentiam recipitur, non agens non recipitur.

Sed vtrobique Lex communis dissentaneorum accuratè adhibenda, itemque aliorum argumentorum affectiones spectandæ sunt, ne hic captio existat, vt, Si amicus est mutabilis, non amicus non est mutabilis, quia, Mutabile, & amico, & non amico tribui potest, Verum recipi à Deo, non similiter & pœnitenti, & nõ pœnitenti, sed soli pœnitenti attribuitur sacræ scripturæ auctoritate.

Priuant. Max.

PRIVANTIVM MAXIMA.

PAED. In gradibus remissis simul esse possũt habitus & priuatio: *vt in loco caliginoso, parũ lucis & aliquæ tenebræ simul sunt.* Sed in gradib. excellentibus, detracto habitu, necesse est subiecto tribui priuationem, *& contrà. vt furiosus est, Ergo non consentit.*

Collat. DISC. *Respondi supra ex communi oppositorum regula hoc dijudicari.*

De fructu Dissent. PAED. *Postremo ad finem Dissentaneorum additur, inde quiduis ab altero differre quolibet modo posse: ergo nunc coniunctim de vnitate & de diuersitate quæramus.*

QVAESTIO.

An vnitas seu identitas simpliciter argumentis consentaneis, simbolicè autem inde ortis: Diuersitas autem seu Differentia Dissentaneis arguatur & dijudicetur.

DISC *Affirmatur hoc iudicio.*

Si

SI nihil tum vnum, idem, ac consentaneum est, quod non simpliciter distincteq; per prima Consentanea, coniunctè simboliceq; per orta consentiat: tum nihil diuersum & differens, quod non aliquo Dissentaneorum genere differat: certe efficitur Consentanea argumenta vnitatis, Dissentanea autem diuersitatis arguendæ & dijudicandæ generalia esse instrumenta. At primum. Ergo & postremum. De Dissen.

PAED. Dialectici cum quatuor quasi Instrumenta præter generales Locos tradant, vnum de Inuentione medij & Propositionum delectu, secundum de explicatione verborum, quæ multiplices potestates habent, tertium de ratione cognoscendi differentias, & quartum de inueniendis similitudinibus: cum differentiarum inuentione coniungunt explicationem, quot modis aliquid cum altero idem esse dicatur. Istos tractatus Ramus omnino præterit, & obscurè monet, ex ijsdem inuentionis locis illos fructus percipi: quod vel valde alienum, vel nimis obscurum est. Oppug. De instru.

DISC. Imo illa instrumentorum separatio maximæ obscuritatis latebra est: dum iuuentus quasi noua doctrina implicatur, cuius vtilitates multo facilius ex vna generali arte hauriat. Sed perge vnitatis & diuersitatis alias adferre rationes. Propug.

PAED. Tres sunt generales & præcipui modi positi ab Aristotele, in 1. lib. de Inuentione Dialectica, quibus aliquid cum altero idem esse dicatur. Nam vel numero duo plurave, vel specie, vel genere eadem esse, ijsdemq; modis vicißim differre dicuntur. Primo hæc contemplatio, an eadem numero sint, adhibetur, quo- Oppug.

1. eadem numero.

ties disceptandum est, an vnum cum altero ita idem sit, vt numerus rerum & formarum non augeatur. Et sic eadem numero iudicantur, quæ etiamsi nominibus forte differant, tamen re & individuo idem sunt, veluti, vestis atque indumentum. Secundo specie dicuntur eadem, quæ referuntur ad eandem speciem, vt Demosthenes & Cicero: quia vterque homo est. Tertio genere eadem sunt, quæ eidem generi proximo subiiciuntur, vt homo, elephas, leo: quia omnia hæc tria animantia sunt. In his tribus modis primus rursus est tripartitus. Nam vel nomine aut definitione aliquid est idem, vt vestis, & indumentum; item, ars benedicendi, idem quod Rethorica: vel proprietate aliqua naturali, vt. Suum cuiq; tribuere, & iustum esse, nõ differunt: vel re aliqua fortuita, vt Socrates, & atticus ciuis, qui cicutam bibit.

2. Eadem specie.

3. Genere.

1. Modus. Triplex.

1.

2.

3.

Diuersæ res.

1. Numero.

2. Specie.

Nunc contra diuersæ etiam res ijsdem modis dicuntur. Primo numero res singulares & individuæ differentes censentur, quæ sub eodẽ & genere & specie, tamen inter numerandum discernuntur, vt, Petrus, Paulus, Ioannes, &c. Secundo specie differunt, quæ sub vno genere, eoq; infimo, proprietate tamen inter se discrepant: nam proprietas quæq; speciem efficit: Sic platanus, laurus, pinus, quercus, non genere, sed proprietate ac nomine inter se disiuncta sunt. Hẽ individua, quæ eadem specie non continentur, sic differũt, vt Thersites, & Bucephalus, ille homo, hic equus. Tertio genere differunt, tum ipsa diuersa genera, tũ quæ ad idem proximum saltem genus nõ referuntur. Illo modo Animal & Arbor; quorum illud ad corpus anima-

animatum sentiens, hoc ad stirpem refertur: hoc modo, Homo et Quercus, quæ sunt Animali & arbori subiecta, distant. Sic potissimum ipsa prædicamenta differunt. Ex his igitur perspicuum est, quã necessaria et subtilis doctrina Eiusdẽ & Diuersi ab alijs tradatur. De vno & diuerso.

DISC. Certè illa commẽtatio Scholastica, ad Categoriarum constitutionem, non ad verum differendi vsum accommodata est. In illa enim ordines generum & specierum aliquo modo gradatim tantum iuxta rerum naturam distribuendo: in hoc autem caussa, effecta, subiecta, adiuncta, dissentanea, comparataq; omnium generum, notationes, coniugationes, distributiones, & in his tum totum integrum membraq; tum genera specieſq;, definitiones & testimonia spectantur: ijsq; verè communibus ac generalibus instrumentis vsui conuenienter omnia considerantur, dum non modo argumenta cogitantur, sed rerum quoque vis ac natura, verborumq; significatio exquiritur; atque ita in ijs primùm omnis vnitas seu identitas, deinde diuersitas seu differentia, tum distincte per prima argumenta, & quidem simpliciter ac comparatè, tũ symbolice per orta dijudicatur. Distincte ac simpliciter eadem sunt, q̃ caussis, effectis, subiectis & adiunctis; cõparate quæ quantitate & qualitate cõueniunt: Symbolice illa ipsa etiam eadẽ sunt, quæ nimirum ortũ argumentis, & quidem propriè Genere, consentiunt. Et contra differentia & diuersa p̃ dissentaneorũ genera quibus præcipuè rerũ formæ opponũtur, dijudicantur. Atq; hæc cõsideratio plena est, & cũ vero differẽdi vsu p̃spicuè cõgruit: illa vero numeri, speciei et generis Vnitatis & diuersitat. doctrina ad Categorias applicata.

partim commentitia est, partim à vero vsu aliena & obscura. Commentitia est primo numeri vnitas ac differentia: quia per se nulla est. Nihil enim vnum numero, nisi ipsa vnitas numeralis, quare res vna dicitur vnum. At vnitas iam non numeri, sed consensionis & affectionis nomen est, quare eadem & consentientes dicuntur. Numero vnum idemq; dicunt, quod etiamsi plura forte nomine habeat, tamen re & individuo vnum idemq; est. At hoc in re ipsa singulare, individuū & vnum numerale est: ideoque vnitas & consensio cū alio nulla, nisi in externis symbolis ac nominibus est, quæ synonima, hoc est, significatione eadem & paria sunt. Specie eadem dicunt individua sub vna specie infima, vt loquuntur, vt Demosthenes & Cicero: vterq; enim homo. Et hæc ipsa dicuntur numero, hoc est multitudine tantū & accidentibus non formis discrepare. At illa vnitas diuersitasq; cōmentitia est, nimirum ex vitiosis generis, speciei, & individui distinctionibus & definitionibus nata. Nam de illis duæ opiniones diuersæ in scholis fuerunt, et vtraq; quidem ab Aristotele collecta ac tradita. Vna, quam Porphyrius secutus est, eorum, qui individua non proprijs formis, sed tantum numero, accidentibusq; , species autem communibus formis differre censuerunt: vnde etiam tales individui, speciei & generis definitiones exstruxerunt: Genus est, quod de multis specie differentibus in quæstione, quid est, affirmatur; Species, de qua genus dicitur, in quæstione quid est: Specialissima species autem, quæ de pluribus numero tantum differentibus in quæstione, quid est, prædicatur. Altera quam Ram-

probat

Quid hic vnitas.

Num. vnū.

Specie.

Defin. Generis. &c.

probat, eorum qui indiuidua etiam proprijs formis, De vno & Diuerso.
speciesverò subalternas communibus discrepare, & genus communem specierum essentiam significare asserunt. Itaque ex hac mutua communionis & participationis affectione genus & species commodè definiunt, vt Aristoteles cap. 3. lib. 10. Phil. Dicitur verò genus, quo ambo differentia, vnum secundum essentiam dicuntur. Et Cic. de Inuentione: Genus est quod plures partes amplectitur, vt animal: Pars est, quæ subest generi, vt equus. Apertius et accuratius Ramus: Genus est totum partibus essentiale: Species est pars generis: & nominatim Specialissimam, quæ sit indiuidua in alias species, definit. Atque ita, quæ alijs infima species, ea Ramo etiam subalterna est, quippe genus indiuiduarum specierum, quod tota eius essentia in his insit. Species verò inter se quemadmodum differant, nihil ad genus eius q; definitionem attinet, sed alterius est considerationis, nempe per formam, quæ deinde in indiuiduis, & alijs etiã speciebus, oppositione differentias gignit. vide infra locum distrib. Hinc iam collatio apparet: Indiuidua alijs specie, sed Ramo genere eadem sunt: quod idem superius genus ipsis conueniat, hoc est, eandem essentiam communem habeant. Talis igitur speciei vnitas commentitia est, quia illa species inferiorũ rectè genus, perperam & contorte eorundem species dicitur, cum species sit superiorum. Et illa ipsa dicuntur alijs numero tantum discrepare: at Ramus ea specierum differẽtia, id est, formis etiam distingui ostendit; quod etiamsi indiuiduorum & singularium essentiales for- Aliæ defi. Generis.

mæ obscuræ sint, & non nisi accidentibus explicari possint, tamen nihilominus sint. Itaque quemadmodum homo & bestia forma communi differunt: ita Cato et Cicero forma quoque propria differunt: nec numeri differentia, quam alij inducunt, aliud est, quam propriæ & individuæ formæ differentia: speciei q3 & formæ, vt communis & diuiduæ, sic propriæ & individuæ differentia sua est. Ergo Specie eadē, illa ratione, Ramo nulla sunt: quia præposterа est inferioris ad superius tanquam ad speciem affectio. Porrò Genere eadē & differentia, sic etiam Ramo eadem differentiaque sunt, si Generum affectione spectentur: alioqum etiam per alia argumenta apertius considerantur, vt mox dicetur. Quapropter triplex illa vnitas & differentia tantum duplex est, nempe generis ac speciei: & tamen speciei vnitas nulla, sed tantum differentia ab individuis (quæ malè numero differre dicuntur) per media ad summū genus adscendens. Hinc rectè Arist. 3.c.10. Phil. Quicquid differt, differt aut genere, aut Specie.

Typus collationis huius.

Alijs			Ramo
Num.	Eadem / Differētia	sunt	Synonima ac paria nomina specie differētia.
Specie	Eadem / Differētia	sunt	genere eadē nō specie. / Specie seu potius oppositis formis differētia.
Gene.	Eadem / Differētia	sunt	Genere eadē, vt ante. / Genere seu oppositis formis potiꝰ differētia

Sed tamen tota illa consideratio nisi primis argumētis illustretur, obscura est, ac [illegible] minus conuenies.

Neq; n. res propositæ generū affectione semper symbolice, sed distincte etiā sæpe prima affectione considerātur. Itaq; P. Ramus legitime docet, Quicquid vnū idemq; sit, id distinctè Caussis, effectis, subiectis & adiunctis, symbolicè aūt & coniunctè ortis argumētis, præcipueq; Genere idē esse. Atq; illa tū progrediendo à primis ad symbola, tū retexēdo symbola in sua prima, dijudicātur. Sic Homo & bestia præcipuè Materia & forma cōmuni, id est, corporea mole, & anima vegetante sentienteq; eadē distincte, sed symbolice Genere eadē iudicantur quod idē genus habeant, quo illæ cōmunes caussæ cōtineātur, & significētur. Rursum cùm Genere eadē dicūtur, tū genus in illas primas caussas retexitur. Præterea & effectis, subiectis, adiunctisq; quibusdā quædā vnitas & consensio in ijsdē, vt & quātitatis parratio, & qualitatis similitudo spectatur. Item legitimè Ramus docet, Quicquid diuersum & differēs sit, id aliquo dissētaneorū genere distingui debet. Qpita sit, etiāsi speciei, & Generis cogitatio nō incidat, Sic Plato, Cato, et Aristot. numero (proprie tamē specie) dicuntur differre: at simpliciter & legitime disparatorū lege distant: si speciei & generis cōsideratio cōincidat, dicuntur disparatæ species indiuiduæ. Sic Homo & bestia dicuntur specie differre: at simpliciter et legitime Aduersorū lege discrepant, et cū speciei ac generis cōsideratio cōcurrit, dicuntur aduersæ species vnius, quo eadē sunt, generis. Et denicq; diuersæ species diuersorū generū, vel ipsa diuersa genera dicuntur genere differre, vt Homo et Qᵗ erᵒ, Animal et arbor: sed

De vno & diuerso. Ad finem Adiunct. Ad finem dissen.

sed legitimè ea disparatorum affectione dissident; ac si in generum deductione aliquis versetur, dicuntur disparatæ species, & disparata genera. Et ita in cæteris. Oppositæ enim primæ atque etiam ortæ consentaneæ, & præcipuè formas iuxta se è regione considerando, inde differentias arguunt. Atque hæc legitima vnitatis seu identitatis, vt ita dicam, consideratio est: qua quæuis res & voces vsui naturali ac populari cõmentissimè inquirruntur.

Concl.

Hactenus igitur de Consentaneis & Dissentaneis: sequuntur Comparata.

DISPVTATIO V. DE COMPARATIS

I. THESIS.

COmparata rectè sequũtur Dissentanea.

2. Comparata sunt quæ inter se comparantur. &c.

2. QVAESTIO.

An Comparatorum doctrina sit legitima?

Affirmatur à subiectis & forma hoc iudicio:

Si omnes & quantitatis & qualitatis rationes legibus conuenienter explicat: certè legitima est.

Omnis enim Comparatio in quantitate & qualitate versatur.

At primum. Ergo & postremum.

CONTENTIO.

PAED. Cum præposterum & vitiosum sit ea coniunge-

iungere, quæ sua natura & ab alijs prudenter separata sunt; & ea distinguere, quæ finitima & ab alijs sunt coniuncta: P. Ramus temerè Paria, Maiora, Minora, itemque Similia & Dissimilia seu Differentia vni Comparationis generi subiecisse videri queat. Hæc enim ab alijs ita erant distincta, vt Comparatio in Maioribus, Minoribus, & paribus, ab Aristotele, Cicerone, Quinctiliano, & alijs poneretur; Similitudo & Differentia separatim, & quidem ante Comparationem, etiam alijs quibusdam generibus interiectis traderetur. De Comparatis. Oppug. Perion. Oratione secunda.

DISC. Memini quidem, quæ Ramus quantitatis & qualitatis discrimine, vno genere complexus est, ea ab alijs leui quodam discrimine esse separata: attamen ea, nec illi prudenter diuellerunt, nec Ramus inscite coagmentauit, vt aliquando ipsi obiectum fuit. Imò vero ea ab Ramo scienter & sapienter affectionis conuenientia coniuncta sunt, quæ alij distorta affectione malè dissiparunt. Aristoteles fere absq; accurata affectionis distinctione argumentorum genera ad quæstiones variè accommodat. Cicero cum argumenta insita vel ex toto, vel partibus, vel ex notatione, vel ex ijs rebus, quæ quodammodo affectæ sunt, distinxisset; tãdem hæc posterioris generis ita enumerauit, vt sunt Coniugata, Genus, Forma, Similitudo, Differentia, Contrarium, Adiuncta, Antecedentia, Consequentia, Repugnantia, Causſa, Effecta, Comparatio maiorum parium, minorum. Quinctilianus & alij similiter quæ si in turba nullo, aut valde leui, interni vel externi, aut alio discrimine locos eiusmodi cumulant. Ramus ex Propug.

naturali arguendi affectione diuisionem accuratissime cõtinuando, vt alia omnia, ita & Comparata, prudenter digesit, vt cum sint artificialia prima, & in collatione versentur, ceteris, quæ simpliciter & absolute considerantur, commodè succedant. Nunc an non illa omnia comparationis videantur esse subijcienda, quæ in comparatione seu collatione ita versantur, vt inter se conferantur seu comparentur? Certe quod cõparatur, id comparationis fuerit. Sed an tibi Paria, Maiora & minora tantũ videantur comparari? Cur non etiam Similia & Dissimilia comparentur? An nõ ipse Cicero de Orat. dicit, Comparare similitudines, vti exemplis? Item in Offic. Homo per rationem consequentia cernit, similitudines comparat? Sed quid opus est verbis? Similia & Dissimilia omnino inter se conferuntur & comparantur. Quare & P. Ramus ea prudenter Comparatorũ generi inclusit, cõparationẽque omnẽ in quantitate & qualitate versari docuit: illa vero generis synechdoche, qua cõparatio ad paria maiora & minora tantũ adstringitur, ratione caret.

Prop.

Assum.

Compl.

Oppug. Quant. & qual.

PAED. Sed dum Ramus comparationem in Quantitate, & Qualitate esse docet, duas Categorias seu prædicamenta obscurè confundit. Et quantitatem, qualitatemq́, ita incertis definitionibus explicat, vt eadem exempla, mutata saltem nota vel particula, et in Quantitatem, & in Qualitatem cadant. In quadã editione dicit: Quantitatem esse vim & potestatem quandam, qualitatem verò esse habitum compaeatarum rerũ. In alijs Quantitatem definit, qua res comparatæ quantæ dicuntur, Qualitatem, qua quales. At

Cic.

Cic. in Top. ita scribit: Comparantur ea, quæ aut maiora, aut minora, aut paria dicuntur: in quibus spectãtur hæc, numerus, species, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio. Sed in Prædicamentis quantitas reiãdictis in dimensionibus & numeris intelligitur: quantitas in vi & potestate, aut qua res quantæ dicuntur, non solet ita intelligi. Ergo Ramus vocabulis, quæ aliter vsurpata & trita sunt, ad suũ institutũ abutitur. De Com. paratis

DISC. De Categorijs supra respondi, eas quasi principia quædam philosophiæ, ex rebus & argumentis quibusdam permistas esse: ideoque res ad suas disciplinas, argumẽta ad logicam legitime reuocari. Quãtitas igitur & Qualitas logica quidem argumenta sunt, sed in Prædicamentis angustius, illa ad geometricas dimensiones, & arithmeticos numeros, hæc ad habitus, potentias naturales, affectus & figuras, quibus substantiæ quales dicuntur, adstringitur. At vsus longè secus quantitatem & qualitatem vsurpari ostẽdit, illam qua quoduis ens vel non ens quantum, hanc qua quale dicatur. Ergo Ramus Quantitatẽ & Qualitatem simpliciter attributam in Adiunctorum exemplis ponit, imo qualitates nominatim Proprias & cõmunes in adiunctis distinguit. Sed, quia omnis Comparatio logicè vel quãtitatè, vel qualitatẽ spectat, rectè etiã eius genera ex his, in quib. omnis eius vis versatur, distinxit. Itaq; quæ tibi incertis definitionibus explicata videntur, ea omnino logicè & generali vsui cõueniẽter definita sũt, vt Quãtitas & Qualitas ex Categoricis angustijs laxatæ & euectæ, non modo illa categorica, sed qualicũq; quãta et qualia significent. Propug.

Nec

Nec mirũ sit, mutata aliqua nota seu particula, eadẽ exempla in Quãtitatem & Qualitatem cadere: quia vtraque comparatio mutata affectionis consideratione in easdem res incidit: vide Dial. & annotad Comparata. Quod Quantitatem aliquando vim & potestatem Ramus desinuerit, Cicero autem paulò aliter quædam addendo explicuerit, parum aut nihil interesse puto: quantitas enim certè quædam vis est & potestas, siue in numero, siue in alia affectione spectetur. Attamen paulò generalius & commodius tandem Ramus definiuit quantitatem, qua res comparatæ quantæ, qualitatem, qua quales dicantur. Quare, cum illustris præstantium auctorum vsus tales quantitatis & qualitatis cõparationes omnium frequentißimas offerat, Ramus etiam in Logica illas Categorias omnino logicè & longe amplißime declarauit. Neque hic vocabulis abusus est, cum nõ scholasticam in Categorijs significationem, sed popularem atque præstantibus auctoribus familiarem facultatem argumenti secutus est.

Concl.

Oppug. Partum. PAED. PARIA *definiuntur*, quorum est vna quantitas, *sed* Paria *potius sunt duo facta specierũ vicinarum sub eodem genere, quorum eadem est ratio, nec multum antecellit alterum alteri. Cicero etiã in Topicis aliter explicat: Comparatio parium, ait, nec elationẽ habet, nec summißionem: est enim æqualis. Præterea à quibusdam diuiduntur, vt alia sint propriè paria, alia impropriè.*

Propug. DISC. *Ramus accuratè affectionis propriæ vim definiendo explicat. Itaq;, cùm definiantur tum Cõ-*

para-

parata quæ inter se comparantur, tũ Quãtitas, qua res comparatæ quantæ dicuntur: inde Paria analogicè definiũtur, quorum sit vna, hoc est, eadem & æqualis seu æquè magna, quantitas. Quid accuratius & cõcinnius dici queat? Neq; in factis tantum, sed in omni ente & non ente talis quãtitas spectatur: nec specierum affectio huc quicquam facit. Cicero definitionem remotione imparium quãtitatum exposuit: quod in Commentario potius quam in arte locum habet. Diuisio verò Parium etiam aliena videtur, quod & reliquorum argumentorum talis distinctio communis, & eadem artis vis sit, siue æqualitas pendere, numero & mensura percipiatur, & sensu iudicetur; siue quantitas ad qualitatem transferatur, & quasi mente ac ratione appensa, numerata, & dimensa sit. Ad Inuentionem, quæ in singulis rationibus solis & per se vnam eandemq; quantitatem cõsiderat, tale discrimen nihil attinet; imo illud ad Categoricam quantitatem & qualitatem accommodatum est, quam logica non distinguit, sed ad inferiores artes remittit. De Comparatis.

PAED. Imparia ab Ramo definiuntur, quorum quantitas non est vna: sed potius illa disparia dici, &, quæ cum eiusdem naturæ sint, tamen propter elationem aut submissionem, id est, propter maius aut minus inæqualia sunt, commodius definiri videntur. Itemq; Disparia tum propriè dicuntur, quæ sensibus percipiuntur, veluti impares in libra lances; tum impropriè, quæ ad animum & rationem translata sunt, veluti dispares mores, disparia studia sequuntur. Imparia.

DISC.

Propug. DISC. *Impar propriè Pari, & Dispar simili opponitur, vt in hoc ipso exemplo dispares mores sunt dissimiles mores, & disparia studia, dissimilia. Nec enim sic quantitas, sed qualitas spectatur. Sic Cic. de senect. Animus simplex est, nec habet in se quicquam admistum, dispar sui atque dissimile. Itaque etiam Dispar à Ramo inter notas Dissimilium numeratur. Diuisio etiam illa non magis hic quam in Paribus locum habet. Inuentionis est nude cogitare & suis definitionib. æstimare affecta argumenta, nec ipsa attendit, sensúne an ratione percipiantur exempla.*

Oppug. Maioris & Minoris. PAED. Maius *Ramo dicitur*, cuius quantitas excedit: Minus, cuius quantitas excediturr: *Ex his definitionibus vis & accommodatio horum argumentorum non satis percipitur: quare sic potius explicanda est: A maiorum comparatione ducitur argumentum, cum res maior probationem præstat, & minor concluditur: contráque cum ex minore sumitur argumentum, res minor probat, maior concluditur.*

Propug. DIS. *Imo vero omnino nostra definitione vis et efficacia horum argumentorum exprimitur, quia maioris quantitas excedere, scilicet minorem, & sic minoris excedi dicitur. Hæc enim propria horum argumentorum vis & affectio est. Illa autem quam adfers descriptio tautologiam habet, & nimis angusta est: quia & generatim definitione Argumenti semel explicatũ est, affectorum argumentorum alterum arguere alterum: & argumenta non modo in Syllogistica cõclusione, sed etiã in Axiomatica dispositione arguũt. Quinimo*

nimo nec Inuentionis est docere, quo & quomodo accommodentur argumenta: sed id iudicij est, tum Axiomatici, quo argumentum ad argumentum, id est, a d thema simplex, tum Syllogistici, quo argumentū tertium ad Quaestionem accommodari, apertè docetur. Inuentionis autem est, quæ argumenta inter se affecta sint, quæq; affectionis vis sit & ratio explicare. Itaq; tum ex Definitione Argumenti generali, tum ex Diuisione Imparis, Maius & minus esse affecta argumēta intelligimus, quorum alterum arguat alterum: sed axiomate ea inter se disponimus, tū extra Syllogismū ad aliquid simpliciter declarandum, tum in Syllogismo ad Quaestionem concludendam. De Comparatis.

PAED. SIMILIA sunt, quæ conferuntur in singulis, quorum quemadmodum hoc in isto, sic illud se habet in illo, *definit Rodolphus: Philippus verò ita*: Similia vocantur non solum duæ qualitates similes, sed etiam officia, quorum aliqua est conuenientia. *Alij porrò aliter, sed ferè eandem sententiam explicāt, Quare Ramus nimis concisè & anguste*, Similia sūt quorum est eadem qualitas, *definit.* Oppug. Similium. Confeq.

DISC. *Nego Consequens propter intellectam Propositionem falsam. Nec enim consequens est, Si illi ita definiuerint, ideo Ramum malè definiuisse: nisi etiam ostendatur, alios ita rectius definiendo explicasse. Sed Rodolphus cum paulò angustius comparationem, qua duo conferātur in vno tertio, tum à Similitudine, qua conferantur in eodem, tum ab exemplo, cum à moribus & vita sumitur argumentum, distinxisset: sic etiā angustius Similia descripsit, vt tantum Similitudo dis*

iunctè quatuor terminis explicata intelligatur. Philippus latius quidem & magis logicè qualitatum & officiorum collatione definire voluit, sed tamē, vt qualitatum nomine ad prædicamentum Qualitatis angustius respexit, ita etiam in Officijs reliquam similiū rationem nimis strictè collocauit. Qualitas enim hac logicā, qua res quales, hoc est, similes vel dissimiles dicuntur, est omnis entis & non entis, nempe, quæuis affectio qualitatem qualemcunq; siue in caussarum vi, siue in effectorum, aut subiectorū, adiūctorumve, aut aliorum argumentorum ratione et naturā significās. Ad hanc exprimendam Ramus, cum Qualitatis comparationem definiuisset, qua res comparatę quales dicantur, ncmpe similes vel dissimiles: Similia porrò, quorum sit eadem qualitas, accuratè definiuit. Et ne quid præteriret, cum omnis Comparatio ante in Contractam & Explicatam esset distincta, rursus Similitudinem explicatam vel disiunctam esse vel continuam, præcepit. Sic igitur & qualitas illa Categorica, ac quæuis officia, & præterea quæcunq; qualitatis ratio esse posśit, Ramea definitione legitimè significatur.

Qualitas Logica.

Oppug. de Maximis.

PAED. Sed vt breuiores hic simus, illud de Maximarum in hoc genere vsu ac varietate argumentum, quod solet nos in schola vehementer torquere, nonnihil discutiamus. Sic igitur tecum ago: Si comparatorum argumentorum vis absq; Maximis nec satis intelligi, nec rectè adhiberi potest: certè videtur imprudenter P. Ramus feciśe, qui cum alias vniuersi huius generis rationes suis Maximis exposuisset, tandem

Propug.

has

bas omnino è postrema editione excluserit. Nunc autem Comparata, nec satis intelligi absq; maximis, nec cōmode adhiberi posse, inde manifestum est, quòd quantitas alioquin & qualitas nimis vaga & incerta sit. Nosti enim alijs maius, & maioris quantitatis videri, & difficilius insit et attribuatur, alijs verò, & præstantius aut dignius sit, alijs etiā quod maiorē rationē habeat ad aliquid, quod magis ℞bile si: & vero propius sit, quod maiore ratione cōuenire posse videatur. De Com. paratis.

Itaque cum Cicero etiam hic ab Aristotele quibusdā dissentire videatur: vel ab eo quidam discedunt, vel eius maximas emendandas esse censent. Et certè hic magnam in nostris etiam Dialecticis discrepantiam experimur, dum alij aliter maioris ac minoris vim explicant, alij etiam duo exemplorum genera in vtroq; distinguunt, alij denique à maioribus negando & refellendo, à minoribus affirmando & confirmando recte argumenta duci, alij contra, alij etiam vtrunque statuunt. Imò quidam eandem rem, diuersis affectionibus & in Paria, & in Imparia cadere, ac interdum maioris vim, interdum minoris sustinere censent. Atque ideo meministi in hoc genere cum cōdiscipulis nos mirificè sæpè torqueri. Quæ cum ita sint, Ramus mihi imprudenter Comparata à Maximis, quarum certis rationibus ea aliquando astrinxerat, soluisse videtur. Quanquam nec asseuerauero, ipsum è tanta dissimilitudine tum veras, Imparium præsertim, maximas tradidisse. Hottom. Dial. lib. 3. cap. 31. Periō. li. 2. Iac. Gorsc. lib. 5. Compl. Propug.

DISC. Memini, & quotidie experior, quæ dicis, omnia. Ramus aliquando tum communi consuetudine, et

Aristotelis auctoritate, tum fortasse illa difficultate adductus. Maximas Comparatorum in quibusdam editionibus posuit; sed tandem eas prosus hinc tollendas esse deprehendit; quia & eiusmodi argumentorum vis rectius suis definitionibus explicetur, & Syllogismus, non Maxima, sit regula cuiusuis consequentiæ, vel inconsequentiæ. Sed ais vim comparatorum absq; maximis vagam & incertam esse: at ego eam definitionibus eorundem rectius explicari oppono. Nam cùm alij vim illam aliter, imo contrarie interpretentur, maximarũq; axiomata quisq; in suam sententiam ita torqueat, vt tamen omnia exempla in ipsarũ lege non subeant: maximarum doctrina facit, vt in alteutrã partem imperfectam concedendum sit: sed definitionibus Rami generalibus tota res plene explicari potest. Quocunq; enim vertas maximarum axiomata, semper quædam exempla incident non eiusdem affectionis, vt in Maiora, partim quæ verè maiorum vim habeat, partim quæ potius minorum, & vicissim sic in Minora partim genuina, partim aliena. Definitiones aũt illorũ argumentorũ ita accuratè conformatæ sunt, vt nõ in alterutrã partẽ inclinent, sed sui argumenti vim cuiuis exemplo conuenienter explicent; vt ad quæuis Enunciatorũ inde factorũ (sæpe enim dixi, Inuentionis maximas nihil ad consequentiã facere) exempla declarandũ, non Maximæ peculiares adhibendæ sint, nec etiam adhiberi possint, sed illæ ipsæ Definitiones sufficiant, & argumentum declarationis quasi prosyllogisticum ipsæ faciant. Illa igitur Maximarũ dissimilitudo & cõtentio P. Ramũ mouit, vt triplici communis

nis omniū cōparatorū proprietatis regula contentus, potius singula eorū genera suis definitionib. & distributionibus accuratè explicaret, quæ alterutri Maximarū generi ea coactis & congregatis diuersæ affectionis exemplis, adstringeret.

PAED. Mihi vero & definitiones illæ hic non sufficere, & Maximis exempla rectè suis affectionibus distingui à quibusdam videntur. Oppug.

DISC. Hoc si tibi ita videtur, vtrunque exemplorum inductione experiamur: & exempla primum ad maximas accommodemus; deinde eadem definitionibus explicemus. Tu igitur iam Maximas oppone. Propug.

PAED. PARIVM & Imparium Maximas ita ex Aristotele magni viri distinguunt, vt quadrifariam illa argumenta tractari ostendant. Nam aut rem vnā duabus, aut duas vni, aut duas duabus attribui in argumentando posse, & denig, etiam è duobus aut pluribus propositis, vtrum melius sit, aut quod optimum quari docent.

PARIVM MAXIMAE.

Parium v. sus. 1. Modus.

Parium igitur Locus & ad confirmandū, & ad refellendum valere dicitur.

Prima tractationis, cùm vnum duobus tribuitur, Maxima talis ex Arist. 2. Top. cap. 4. traditur:

Maximæ. Si vna aliqua res duabus pari ratione cōueniat, aut conuenire videatur, neq; alteri conueniat: ne alteri quidem etiam conueniet: quòd si vni conueniat, etiam alteri: *vt,*

Si fidem debet tutor, debet etiam procurator.

Si non licet iurare, nec maledicere licet.

Huiusmodi exempla illo firmamento, vnde robur & fidem accipiunt, demonstrantur.

Respon. De separatis arg.

DISC. *Aristoteles nominatim profitetur, nominib. & verbis separatis, hoc est, nudis argumentis, neque verum, neque falsum, ideoque neq; necessarium, neq; probabile significari. Quare cum Inuentio tota solas & singulas rationes separatim consideret: certè alienum est, in ea vel de affirmatione & negatione veri falsive, vel de cõfirmatiõe & refutatione per cõsequentiam præcipere. Tota illa res est Axiomatici & Syllogistici iudicij: vbi affirmatio & negatio in Axiomatis & Syllogismis ad confirmandum & refellendum, omninoq; ad quiduis quocunque modo iudicandum legitimè distinguuntur. Itaque in Inuentione, quæ separata & nuda argumenta inuenit, eiusmodi distinctiones & accommodationes sunt heterogeneæ. Dixi aliquoties supra, ad propositum aliquod Enunciatum, siue separatum, siue Syllogismo inclusum declarandum vel probandum, duplex argumentorum genus posse accõmodari, vnũ ex ipsa logica, quod vel ex argumenti, vel ex axiomatis aliquo præcepto ducitur (quomodo & consequentia Syllogismi, & Ordo Methodi legibus demonstratur) alterum ex ipsarum rerum disciplinis, quod inde artificio & iudicio Inuentionis sumitur. Nunc, si Maximæ quid habent præsidij, sunt ex ipsa logica, hoc est, è logicis præceptis ducta argumenta, quibus non Consequentia (ea enim solius Syllogismi est) sed Axioma ex argumentis illis, de quibus est eiusmodi maxima, confectum demonstratur. Veræ igitur Maximæ sunt tum ipsæ Definitiones & Diuisiones,*

Argum. Maxim.

Vide earũ catalogum supra.

tum

tum proprietatum explicationes, quales Ramus passim & in Locis & in Iudicio posuit. Sed tũ eæ aliquãdo alijs verbis exprimuntur, & ad institutum accommodantur, tum ex ijsdem Consectaria alia, permistis præsertim, & aliorum argumentorum affectionibus, vt in ijs quæ sunt de attributione, & ex rerum disciplinis admonitionibus, deducũtur. Hinc variæ ab alijs Maximæ, & in ijs multæ fortuitæ, traduntur: cum P. Ramus tantum constantes & perpetuo veras, tum in Inuentione de argumentorum Vi & affectionibus, tũ in iudicio de certis iudicandi rationibus doceat. De Comparatis.

Nunc ex his fundamentis institutũ persequamur: Dicis quatuor argumentorum genera è Paribus & Imparibus elici, vel vtraque quadrifariam tractari. At Inuentionis tantum est Argumentorum affectiones earumq; vim., non enunciationis & argumentationis modos explicare, qui Axiomatis & Syllogismẽ præceptis continentur. Paria inuenendo separata disponendo in vnum Axioma coniunguntur: quòd deinde an verum necessarium seu cõtingens, falsumve sit, ipsius legibus iudicatur, quo & argumeti affectio adhibetur: aut ad Syllogismi tribunal transit, vbi per tertium argumentũ, vel ex ipsa logica, vel ex rei disciplinæ, sed semper Logicæ artificio., sumtum concluditur. Hic naturalis disserendi progressus est. Quæ igitur Maximæ vim affectionemq; argumenti legitime tantum explicant: eæ Inuentionis sunt propriæ: quæ veritatem vel consequentiam respiciunt, eæ iudicij sunt. Quod autem ad Parium affectionem & vim attinet, ea definitione, & ei addita regula. Collat.

(Argumentum igi-

tur paris est, cùm par explicatur à pari) perfectè exponitur. Ergo illæ Maximæ, partim superuacaneæ sunt, vtpote Consectaria ex Definitione & ex illa regula deducta, partim etiam alienæ, quod aliquid iudicij misceant. Et quam tu quadruplicem facis Cõparatorũ rationẽ: ea quadruplicẽ artis rationẽ, nullo modo habet, sed omnino eodẽ redit, vnaq; cõmuni artis vi perficitur, vt exemplorũ collatione intelligitur.

Non quadruplex hic artis ratio.

Si fidem debet tutor, debet etiam procurator,
Si non licet iurare, nec maledicere.

Hac demonstras illa Maxima, Si vna aliqua res, &c. vt supra.

At non dicis, an necessaria sint Axiomata, an verò probabilia. Qui ad Enthymema redigunt, Tutor debet fidem. Ergo & procurator: ij bonam aiunt esse cõsequentiam (quæ tamen Syllogismo iudicatur) sed non ostendunt, an ex necessario, vel probabili fundamento, quod est in propositione, deducatur. Noster igitur Logicus, Axiomata illa Connexa ethice necessaria esse iudicat: ex necessarij definitione, quia ita vera sint, vt falsa esse non possint, & necessariam habeant connexionem: quam deinde Parium definitione declarat.

Sin eadẽ illa connexa alicui dubia sint, fiunt Quæstiones, & transeunt ad Syllogismi tribunal: ad quas confirmandas alij maximam illam, noster logicus argumentum ex definitione Parium, id est, ipsam definitionẽ, quæ sic illi maximæ est, adhiberet, hoc modo:

Quorum est eadem quantitas, ea sunt paria.
At tutoris & procuratoris est eadem quantitas, hoc est, eadem æquitas, iurisq; ratio.

Ergo

Ergo sunt pares, hoc est, paris iuris in fide præstanda & officio. Vel breuius dixerit: De Comparatis.

Est enim eadem tutoris & procuratoris quantitas & ratio in officio præstando: & hoc porrò ex rei disciplina, hoc est, ex politica seu iurisprudentia demonstrauerit. Pergè igitur ad reliqua.

PAED. De secunda ratione, cum duo vni tribuuntur, est hoc firmamentum. 2. Modus. Oppug. Maxima.

Si duę res eidem pari iure & ratione conueniant, & vna non conueniat, ne altera quidem conueniet: quòd si vna conueniat altera etiam conueniet.

Sed hoc etiam caput, alijs verbis exprimi solet:

Si duæ pari iure in vna re valeant: & vnum non valeat: nec alterum quidem valere oportet: quod si vnum valeat, alterum etiã valere oportet: vt,

Si Respub. administranda est, etiam amanda est.

Si Reip. cõsulẽdũ nõ est, nec ea administrãda est.

Nauius à Quinctio satis accipere vult.

Ergo etiam debet illi satisdare.

Si non vult satisdare, nec satis accipere debet.

Huiusmodi vel axiomata, vel Consectaria solent illo firmamento demonstrari.

DIS. *Dicitis benè sequi, aut valere consequentiã propter tale firmamentũ: at improprie hoc dicitur. Nã si Axioma tantũ connexũ est, id proprie verũ, & quidẽ necessariũ vel contingẽs, aut falsum iudicabitur. Sin Enthymema est: eius consequẽtia nõ propter maxima firmamentum, sed ex syllogisticis legib. sequitur, aut non sequitur.* Respon. & Collat.

Itaq; ego illa axiomata connexa necessaria iudico: quia necessariam connexionem habent, vt est li. 2. Dial. cap. 6.

Si quis illa aut nō intelligat, aut dubitet: demōstro necessitatem argumentorum affectione, quod Rempu. administrare & amare sint paria, hoc est, paris quantitatis, id est, paris iuris & æquitatis. Vel quod pari iure & æquitate Administratio & Amor, Reipubl. conueniant.

Si consequens Enthymematis aliquis aut non intelligat, aut neget: non talem maximam adhibeo: nā sic adhuc obscurum & incertum manet iudicium: sed Propositionem addo, demonstroq;, & ipsam suo iudicio necessariam, & Syllogismum suis legibus consequentem esse. Et hoc iudicium, vt perspicuum, ita certum etiam & firmum est.

3. Modus. Oppug. Maxima.

PAED. *De tertia argumentandi ratione, cum duo duobus attribuuntur, hoc caput traditur:*

Si duo duobus pari ratione conueniunt, si alterum alteri nō conuenit; nec alterum item alteri conueniet: quod si alterum alteri conuenit, etiam alterū alteri cōuenit: vt,

Si virtutem sequitur laus, certe vitium sequitur reprehensio.

Si voluptas malum est, & dolor bonum.

Dauidi esurienti licuit vesci panibus propositionis.

Ergo etiam discipulis Christi esurientibus licuit vellere spicas die sabbathi. Matth. 22.

Respon. Collat. Concl.

Consequentia eiusmodi illa maxima demōstratur.

DISC. *Consequentiam dicitis bonam esse ex illo firmamen-*

mamento: at ego, vt supra, hoc iudicium obscurum & incertum esse dico. Itaq; Axiomata illa necessaria, & consequentia certa, vt supra, iudicabitur. De Comparatis.

Nec interest an vnum vi, vel duobus, an vero duo vni, aut duobus attribuantur: eodem semper redit, & semper par eademq; quantitas eadem parium definitione facilime iudicatur. Sed quatenus hæc postrema ratio in res contrarias incidit, de ea nominatim in Parium loco præcipitur li. 1. ca. 17. hoc modo: Huius vero loci sunt consectaria illa è cõtrarijs quidem orta, sed parium collatione tractata. Distinctio illa tollitur.

PAED. De quarta Comparatorum tractatione infra coniunctim agemus: nunc ad Maiora progredior. Oppug. 4. Modus. MAIORA

De Maioribus & Minoribus dissimilia traduntur firmamenta. Quidam sic tradunt,

Locus, qui ex maiori sumitur, firmus est solum in refutatione: itaq; eius caput, è quo fidem & robur capit, & quo sua argumenta stabilit, hoc apud Aristotelem est de prima tractatione.

Si cui multo maiori rationi res aliqua cõuenire potest, ei non conuenit: nec ei quidé conueniet, cui minus videtur posse conuenire. quod Cicero ita reddidit: Quod in re maiore non valet, non valeat in minore: vt, 1. Modus. Res vna duabus. Perion. Gorscius.

Satrapes si siet amator, nunquam sufferre eius
sumptus queat. Ergo nec tu.

Si virtus non est seipsa contenta ad beatè viuendum, ne diuitiæ quidem sunt: 2. Modus. Duo de vno.

Cùm verò duæ res vni attribuuntur, talis adhibetur maxima.

Si quæ res magis conuenire videtur, nō conueniat, nec quæ minus: *vt*,

Si in voluptate non est virtus, nec beata vita.

Si terrena dixi vobis & non credetis: quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?

3. Modus. duo de duobus.

Deniq; cum duo de duobus dicuntur, tale firmamentum traditur:

Si id, quod alteri magis inesse videtur, non inest: neq; inerit reliquum reliquo: *vt*,

Sacerdotes nō violāt sabbathū mactādo pecudes.

Ergo multò minus ego violaui sabbathum permittendo discipulis meis, vt vellerent spicas ad pellendam famem: Matth. 12.

Si in vrbe fines non reguntur, neq; aqua in vrbe arceatur.

EX MINORE.

De Minorum *prima tractatione hoc traditur Axioma ab Aristotele:*

1. Modus.

Si cui minus verisimile est conuenire aliquid conueniat, ei etiam conueniet, cui verisimilius: *quod confirmationis elementum Cicero ita expreßit.*

Quod in minore valet, valeat in maiore: *vt*,

Legati quod erant appellati crudelius, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt: vos eum regem imultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem, vinculis ac verberibus, atq; omni supplicio excruciatum necarunt?

2. Modus.

Si ipsum patremfamilias Beelzebulem vocarunt: quanto magis domesticos eius?

Secundo cum duo vm tribuuntur, hoc firmamentum locum habet.

Si

Si quæ res min⁹ videtur in alterã cadere, cadat: ea etiã cadet, q̃ magis cadere videtur: *vt, Si homo rerum futurarum sensum habet, & earum quæ adsunt.* De Com: paratis

Pater cœlestis dedit vobis animam.

Ergo multo magis dabit alimentum. 3. Modus

Tertiò cũ duo duob. tribuũtur, hoc axioma traditur. Si duo duob⁹ inesse videantur, alterũ alteri: & id inest, quod alteri inesse minus videtur: etiam reliquum inerit reliquo: *vt, Si gloria expetenda: quo magis vitandum dedecus.*

Cum adhuc essemus peccatores Christus pro nobis mortuus est.

Ergo multò magis iustificatos seruabit ab ira.

Postremo cum comparatè quæritur, etiam ex cõparatis alia ratione argumenta sumuntur. Nam cùm vtrum è duobus melius, vel quod è pluribus optimum sit quæritur: ex comparatis argumenta præcipuè, sed tamen etiam ex alijs locis adhibentur per comparationem, vt à Definitione, ab enumeratione partium, à coniugatis, à contrarijs, à caussa efficiente, & interimente, ab effectis, & interitu, à consequentibus q̃ sumuntur. Atq; ad eiusmodi comparatam disputationẽ etiam quasdam accommodant maximarum institutiones: vt, Cui verius definitio conuenit, id magis sit tale necesse est. *Sed illas hic enumerare nimis longum esset. Quapropter illi auctores omnem Imparium vim maximis satis accuratè explicuisse mihi videntur.* 4. Modus. Perion. Dial. lib. 2. Conclu. Respon.

DISC. *Hoc amequam comparetur, ego aliorum*

Respon. *in his generibus Maximas tuis illis opponam, vt & quemadmodum dissentiant,& dissimilia exempla ad Maximas torqueant,appareat.*

PARIA. *P. Ramus in quibusdam editionibus hæc Parium axiomata tradidit.*

Maximæ. Rameæ. Si parium alterum sit, & reliquum erit: sin alterum non sit,nec reliquum,*vt,*

Quorum facinus est commune, cur non eorum præda communis?

Quando ego non curo tuum,ne cura meum.

Quæ eidem sunt æqualia,inter se sunt æqualia.

Quæ rationes eidem rationi sunt eædé, inter se sunt eædem, &c.

IMPARIA. Imparium,*hæc communia:*

Si æqualium alterum tertio fuerit inæquale,& reliquum eidem erit inæquale.

Si inæqualibus æqualia addantur,tota erũt inæqualia,&c.

MAIORA Maiorum *hoc est Aristotele.*

Si cui minus videtur inesse,inest: & cui magis.

Et in quadam editione addidit. Ideoque hoc argumentum dũtaxat affirmat, vt docetur secundo & tertio Topico:*vt, Saxa & solitudines voci respondent, &c.*

MINORVM. Minorum *hoc ex eodem:*

Si cui magis videtur inesse,non inest: neq; cui minus quod tantũ valet in negando:*vt, Satrapes sumptus ferre non posset, nedum tu.*

Sic

Sic enim Maius id quod difficilius, & Minus quod facilius ineſſet & attribueretur ex Ariſtotele interpretatus eſt. Ea enim videatur eſſe Ariſtoteles ἐνύπαρξις, q.d. inexiſtentia, nempe ſpecialis illa rationis, cum Syllogiſticè tractantur, differentia, quod rationes æqualiter vel inæqualiter inſint. Similiter & VVillichium illis diſtinxiſſe Gorſcius lib. 5. teſtatur. Sed tandem Ramus, vt Maximas, ita & hoc diſcrimen nimis comortum ſuſtulit, quod ita exempla & vere maiorum ad minora, contraq; torquerentur, & diſſimilia etiam in vno genere permiſcerentur. De Com. paratis.

Franciſcus Hottomannus ſic de Impariibus præcipit: Maius eſt (non quod Cicero, Quintilianus & alij innumeri crediderunt, id quod præſtantius, aut quod difficilius eſt: neque Minus id verè eſt, quod facilius & expeditius eſt) ſed Maius, quod maiorẽ rationem habet ad aliquid, quod magis probabile eſt, quod vero propius eſt, quod maiore ratione conuenire poſſe videbatur. Minus autem eſt, quòd à vero & probabili diſiunctius eſt, quodque minorem rationem habet ad aliquid: quod minore ratione alicui conuenire poſſe videbatur. Alioquin vis argumenti nulla prorſus exiſteret: vt ex firmamentis conſtabit, quorũ hoc prius eſt. Frã. Hott.

Quod in re maiore non valet, etiã in minore non valet. *Itaq; locus ex maiore tantum ad refellendum valet, Ciceroniſq; regula ſic emendanda eſt:* Maioris. Max.

est: Quod in re maiore non valet, non valeat in minore: *vt.*

Satrapes sumptus ferre non posit, nedum tu.
Familiam regere non potuit: tantum abest vt Rempub. posit.

Minoris. Quod in Minore valet, valeat in maiore:

Itaq; hic locus tantum ad confirmandum valet: vt
Si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? (ros.
Si patrē audet fallere, multo magis audebit cete-

Collat. *Atque ita fere Parium & Imparium vsum ac tractationem dissimiliter explicant: & dum alij aliter quantitatem considerant ac definiunt, locosq; alios affirmationi, alios negationi tantum, aliosq; vtriq; adstringunt, exempla variè torquentur & dissimiliter explicantur, vt quæ alijs maiora sunt, alijs videātur minora: dissimiliaq; etiam à pleriſque, hoc est, & maiora & minora in vtroque loco ponantur.*

Hoc igitur cùm P. Ramus videret, & tam affirmantia, quàm negantia in vtroque Imparium loco exempla obseruaret: illud difficilioris & facilioris, indeq; affirmationis & negationis discrimen vna cum ipsis Maximis sustulit, quantitatemq; parem & imparem ita definiuit, vt ad quæuis exempla distinguendum facilimè accommodari posit. Liberior itaq; hac & promptior faciliorq; consideratio est: altera autē illa coactior, difficilior, et implicata magis erat. Quantitas logica. Quantitas igitur logica est, qua res cōparatæ quātæ dicuntur, *hoc est, tantæ vel non tantæ. Et hac nō solum præstātia, seu difficultas est, sed* quicquid in

tē

re quantum consideratur, nempe alias mathematica dimensio vel numerus, alias in quauis re vel dignitas præstantiaque, vel facultas, potentia aut infirmitas, vel facile aut difficile, vel ius aut iniquitas. & ita deinceps. Quocunque enim quiduis alteri æquale vel inæquale est, in eo est logica quantitas. Itaq; nec quod difficilius, nec quod præstantius, nec quod probabilius, nec quod vero proprius, nec quod magis conueniat, logicè Maius tantum fuerit, sed quiduis in quo excessus seu elatio est, vt & illa ipsa, si in ijs elatio spectetur. Sic in duobus difficilibus alterum difficilius, in duobus præstantibus alterum præstantius, in duobus veris & æquis alterum verius & æquius, & ita in ceteris, id quod excellit maius est, contraq; minus difficile præstans, æquum, Minus est. Hac liberiore consideratione exempla recte distingui possunt qua caussa est, cur Ramus maiorum ac minorum rationes ex illis maximarum angustijs laxandas esse censuerit.

De Comparatis.

Maius & Minus logice.

PAED. Sed temere mihi videris dicere, exempla & dissimiliter esse à doctis considerata; & dissimilia in vno aliquo genere posita. Neque etiam hac laxiore ratione videantur apertius distingui posse.

Oppugn.

DISC. Vtrumq; exemplorum Inductio collatioq; ostendet: Ita enim simul ad Imparium Maximas & exempla respondebo.

Propugn. & Collatio Maximarum.

Primum ex Perionio, Gorscio & alijs eiusmodi maximas enumerasti, quibus maiorum & minorum tractatio quadrifariam distinguebatur.

Respondeo iterum illam distinctionem inutilem esse, quod eadem ad qualiacumque exempla artis vis sit,

sit, siue vnum duobus, siue aliter aliquid attribuatur: Itaque & pauci docti viri ipsam in arte posuerunt. Nunc exempla conferamus: Maiorum exempla ad primum modum eiusmodi traduntur.

Exempla Maiorum dissimilia. 3 Modi. Collat.

Satrapas si siet amator, nunquã sufferre eius sumtus queat. Ergo nec tu.

Demonstrat alius maxima, consequentiam bonã esse: Ramus eandem Syllogismi legibus rectè effici, nec propositionis absentis, quæ sit Axioma, ex maiore arguente minus; necessarium, vitio aliquo impediri iudicat. Si propositio non admittatur, ostendit maiorem in Satrape, homine opulento & diuite, sumptus sufferendi facultatem: in ea enim hic quantitas & ad sumptus ratio maior est.

Si virtus seipsa non est contenta ad beate viuendum, ne diuitiæ quidem sunt.

Eadem huius exempli cum superiore ratio est: & Ramo hic arguendi vis est à maiore: quanquam cùm etiam ad Maximas adstrinxisset, eiusmodi ad minora retulerat.

2. Modi. Secundi modi talia erant.

Si in voluptate non est virtus, nec beata vita.

Si terrena cum dixi &c.

Collat. *Dicunt consequentiam bonam esse ex Axiomate ad illum modum tradito: & nos quando enthymema est, vel perfectus Syllogismus, legitimè formatus, tum eius vi consequentiam certam effici dicimus. Sed proposita illa exempla dicimus Axiomata vera esse, & quidem nec ex illo Axiomate, nec maiorum, sed minorum vi & quantitate negata. Minor enim quanti-*

tas

tas & ratio tum virtutis ad voluptatem, quam beatæ vitæ, tum fidei humanæ ad res humanas, nempe homini familiariter notas, quàm ad cœlestia ab hominis cognitione longissimè remota. Nam quantitas in his duobus exemplis rectè in faciliore & difficiliore attributione spectatur, qua & virtus beatæ vitæ in voluptate collocatur, & fides terrenis cœlestibus adiungitur. Hic igitur nota in Maioribus dissimilis affectionis exempla, tantum propter negationem, cui Maxima adstringuntur, adhiberi: quòd postrema quantitatis ratione sint potius à minoribus. Minora in Maioribus

Tertij modi hæc fuerunt: 3. Modi.

Sacerdotes non violant sabbathum mactando pecudes.

Ergo multo minus Christus permittendo vt spicas vellerent discipuli, &c.

Si in vrbe fines non reguntur, nec aqua arceatur: Collat.

Consequentia ab alijs firmatur maxima: nobis syllogismi, si legitimus sit, legibus firma est. Axioma autem conexum, tum in Syllogismo intellectum, tum hic expressum, suis etiam legibus verum iudicatur, & si opus est, hoc iudicium quantitatis ratione declaratur: Minora pro ma. Sed & illud à minore videatur: *Si sacerdotes non violant sabbathum mactando pecudes, nec Christus permittendo spicas vellere:* quòd hic negatio membrorum vim affirmationis habeat, *Si sacerdotibus sine peccato licet, & Christo.* Minor enim illorum quantitas in dignitate & iure Sabbathi, quàm Christi, qui est dominus sabbathi, & omnis æquitatis auctor. Similiter minus necessarium & minus excellens est in ceteris exē-

plis Luc. 13. Soluere bouem & asinum, quàm sanare hominem.

Minorum exempla. 1. Modi. collat.

Minorũ deinde exempla huiusmodi erant ad primum modum.

Legati quod erant appellati crudelius, &c.

Si ipsum patrẽfamilias Beelzebulẽ vocarunt, &c.

Maxima huius modi ad consequentiam demonstrandam ab alijs adhibetur: Nos verò prius exemplum enthymema ex minore, alterum Axioma connexum ex maiore potius ad minus arguendum nominamus. Illius consequentiã Syllogistica collocatione rectè effici, & intellectam Propositionem à minore quãtitate iniuriæ, ad maiorem arguendam, veram esse asserimus: Iniuriæ enim quãtitas hic æstimatur. Huius verò connexi axiomatis veritatem à maiore pendere asserimus, quod cùm Christus prædicat discipulis, prõptum fore, vt à mundanis infestentur, à maiore & difficiliore, argumentum adhibeat. Difficilioris enim est & maioris audaciæ ipsum dominum insectari, quam ministrum. Nec ideo minus est, quia minus Christo cõueniat iniuria: sed ideo ratione accommodationis maius, quod ausi sint ipsum violare, qui omni honore sit excipiendus.

2. Modi.

Secundi modi hæc erant:

Si homo rerum futurarum sensum habet, & earum quæ adsunt.

Pater cœlestis dedit animam. Ergo multò magis dabit alimentum.

Collat.

Et hic vtrunque à maiore est, sed affirmationis maxima ad minus contortum. De sensus in res illi subiectas

tas facultate si disseras: maior erit difficultas in rebus futuris apprehendis, quam in præsentibus. Sic enim quantitas hic in difficultate consistit. Et cum de alimento à Deo dando consolatio est: à maiore & præstantiore, quod difficilius is largiri videatur, rectè argumentum adhibetur. Expressum igitur illum Connexum, & intellecta Enthymematis Propositio sunt Axiomata vera ex maioribus ad minora arguendum adhibitis: qualia & illa: *Si me persequuti sunt: & vos persequentur. Si in viridi ligno ista faciunt: in arido quid fiet?*

De Comparatis.

Maiora in Minoribus

Ioan, 15. Luc, 23.

Tertij modi eiusmodi.

3. Modi.

Si gloria expetenda, quo magis vitandum dedecus?
Cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Iustificati igitur, &c. Rom. 5.

Vtrunque etiam à maiore est: quanquam prior illa contrariorum attributio in Paribus potius locum habet sine elatione adhibita. Consolatio illa, quod Christi sanguine iustificati, per eundem ab ira seruandi simus, nè difficilis aut aliena videatur, rectè à maiore Christi beneficio, in quo maior quantitas & difficultas homini incredibilis per se insit, probatur.

Collat. Maiora & minoribus.

Sic igitur qui Comparata ad certos illos modos Maioribus negando refutationem, minoribus affirmando confirmationem attribuentes distinguunt, diuersæ in vnoquoq; genere affectionis exempla ponunt: quemadmodum & ij qui modis illis omissis, simpliciter negationis & affirmationis discrimen in Maximis adhibuerunt.

A maiore. Franc. Hottomano hoc exemplum est à maiore.

Satrapes si siet, nunquam, &c.

Et Ramus ita sine maxima considerat:

Sed & hoc illi est à maiore: (*Tantum abes à perfectione magnorum operum, vt fundamenta, quæ cogitas nondum ieceris*) *quod Ramo est à minore: Si fundamenta nondum iecisti, nec opus absoluisti. Temporis & precij quantitate, fundamenta iacere, prius & vilius est, proq; initio habetur. Item hoc, Familiam regere non potest: tantum abest vt Rempub. possit: illi à maiore, Ramo à minore est: quia certe facilior quantitas est domesticæ, quam publicæ rectionis. Et in tali accommodatione, quid quis possit, aut debeat, consideratur. Plura eiusmodi sunt apud eundem.*

A minore. In Minoribus *hæc conueniunt cum Rameis:*

Si feræ partus suos diligunt: quanos in liberos nostros indulgentia esse debemus?

Si singulas disciplinas percipere magnum est, quãto maius omnes?

Sed hæc non item:

Qui fallere patrem audet, magis audebit ceteros.

Non debet cui plus licet, quod minus est non licere.

Quia à maiore quantitate sunt: Maior enim & difficilior est iniquitas in patrem: vnde minor, & facilior colligitur. Et Plus licere, est maioris quantitatis & facultatis, quam quod minus sit licere. Etsi, Plus illud, minus conuenire & licere videbatur, tamen & difficilius ideo licebat, & quando licuit, fuit maioris ac difficilioris licentia.

Sed

Sed & Ramus non potuit non offendere, cùm Maiora, contra quam alij, affirmationis, & Minora negationis *axiomati allegauerat, hoc modo:* De Com. paratis. Ramus Maximis offendit.

Hæc tum vera Maiorum erant exempla. Maiora vera.

1. *O socij (neque enim ignari sumus &c. Virg.*
2. *Noli tam iniustus esse, vt cum tui fontes &c.*

Hæc verò Minorum, sed propter affirmationis maximam ad Maiora contorta:

1. *Saxa & solitudines voci respõdẽt: bestiæ sæpe &c.* Aliena.
2. *Vt corpus redimas ferrum patieris, &c.*
3. *Facinus est vincire ciuem Romanum: &c.*
4. *Orem non modo visu fædã, sed etiam auditu, etc.*

Contra, hæc in Minoribus rectè collocabantur: Minora vera.

1. *Tantum abes à perfectione maximorũ operũ, etc.*
2. *Romule, concedes, facit hic tua magna tuẽdo etc.*

Hæc vero maiorum vim habentia, ad minora propter negationis axioma impropriè relata sunt: Contorta.

1. *Satrapes si siet amator, nunquam, &c.*
2. *Magnanime Aenea, non si mihi, &c. Vir. 5. Aen.*

Loquor autem de ijs, quæ Syllogisticõs tractata sunt alioquin & in ceteris pauca sunt mutata.

Itaq; in postrema editione, vt supradictum, sublato illo contorto discrimine, exempla ita ad maiora & minora digessit, vt quæ vnius in quantitate affectionis essent, ea in vno genere collocarentur, siue affirmatè, siue negate enunciarentur aut concluderentur: quantitas autem in eo spectaretur, cuius vi & ratione exẽpla accommodarentur.

Hinc & VVillichius quidem *non satis logicè*

Villichi Gorsci. l. 5.

gicè. Maiora affirmãdo, Minora negãdo valere, Gorscio videtur tradere: sed hic rursus sequentia exẽplã à minorib. elicita esse minꝰ etiã logicè setut: vt Christꝰ passus est ꝓ nobis, iustus pro iniustis. Ergo & nos crucẽ nõ detrectabimus. Si me persequuti sunt, & vos persequetur. Si patrefamilias vocauerũt Beelzebulẽ, &c. Si angelus cecidit: q̃d mirũ, si labatur homo? Seruare potui, ꝑdere an posim rogas? O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finẽ. Vos & Scyllea rabie, &c. Qui sacrilegiũ facere nõ dubitauit, is & furtũ facere ausit, &c. In his. n. omnib. arguẽdi vis est à Maiore: necaffirmatio impedit: quia ꝓ diuersa accõmodatiõe ex vtroque loco affirmate & negate argumẽtamur: Minus q̃dẽ cõueniebat Christo ꝓ alieno peccato pati: sed ideo nõ fuit minor passionis quãtitatis ratio & difficultas. Illud minꝰ aut magis cõuenire, nõ satis distĩguit Impariũ rationẽ: alijs exẽplis conuenit, alijs nõ similiter: Omnino indignũ et alienũ augustissima Christi psona fuit, acerbissimos ꝓ hostib. cruciatus sustinere: attame ipse voluit. Nos dignissimi supplicio & cruciatu sumus ob ꝓpria scelera: quare moderate ferre debemus: Illic sũma iudignitas & difficultas sp̃te superata est: hic nulla indignitas & minor difficultas ipsius ope moderate ferẽda est. Ramus ab eode Gorscio reprehẽditur, ꝙ hac in Maiorib. posuit: O passi grauiora, &c. Item, Noli tam esse iniustus, vt cũ tui fontes, &c. Cur? quia, inq̃t, à minore ducta vel mediocriter erudito apertũ est. Nam si æquũ est, vt inimicis suis Seruius suos fontes aperiat: multo æquius est, vt Cicero amicis riuulos aperiat. Minus. n. & cõuenit, et æquũ est, præstare operã inimicis, eamq̃ nõ mediocrem, sed sũma iuris sciẽtia maximã, quam

Rami iniq. reprehẽsus

De Com. paratis

riuulos aperire, hoc est, exiguũ dicẽdi præsidiũ amicis præstare. Et si Troiãi grauiores casus, ad quos pferẽdos minus firmi videbantur, superarint: debuerũt etiã firmo animo nauſi agiũ illud apud Carthaginẽ ferre.

Maxima.

Nã cui ea cõueniũt, quæ minus ei cõuenire verisimile est: multo magis ei cõueniet ea, q̃ verisimilius est ei cõuenire. At, inquã, ad maiora ferenda, quæ maioris sũt momẽti & difficultatis quãtitatis, maior facultas et maiore præsidio nixa requiritur, q̃ ad minora. Atq; ita se habẽt, q̃ fuit ad maiora facultas, reliqua est minora leuioraq; rectè sane ita à maiore et difficiliore illo colligitur hoc minꝰ. Maior sic ratio est eiusdẽ facultatis ad maiora & grauiora, q̃ ad leuiora ferẽdũ. Itemq; maior ratio quãtitatis, id est, vel difficultatis vel inq̃tatis est, sũma iuris sciẽtiæ in viro bono ad hostes iuuandos, quam exiguæ eloquẽtiæ etiã in viro bono, ad amicos defendendos: illud agrius et difficilius, hoc libẽtius et facilius vir bonꝰ faciat. Ergo omnino arguendi in illis exẽplis est à maiore. Certè Ramus, nõ leui brachio sua perstrinxisse, sed maturo iudicio ponderasse existimabitur. Tentauit etiã Cõparatorũ maximas, sed inductione & experientia discrepantiam exemplorum deprehendit: ideoque eas tandem reliquit.

Res eadem maior & minor.

Gorscv. tamẽ monet rẽ eãdẽ iã maioris, iã minoris iã etiã pariũ vim sustinere: & P. Ramꝰ quadã editione sic monet; Aliquãdo in eodẽ exẽplo, & maiorũ & minorũ argumentũ esse videbitur, vt in illo Ouidij, Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes &c. quod ipse poeta indicat esse à minore ad maius, vt & reuera est, si subiecta, Animus & Corpus, spectentur. At si res attributæ considerẽtur, argumentum erit maioris

ad minus: Maius est enim, minoris rei gratia pati, quã maioris: Ideoq; eiusmodi exempla affirmate disputãtur ex lege maioris ad minus. Corporis gratia pateris patere igitur animi gratia. Hæc Ramus. Itaque eiusmodi distinctio in difficilioribus exemplis aliquid videatur subsidij præstare: sed tamen ijs qui Maximas sectantur potius, quam qui generalibus quantitatis paris & imparis definitionibus omnia metiuntur, necessaria est. Hoc certè logicum ac verũ est, & in quãtitate Categorica seu mathematica logicam qualitatem, & in Qualitate categorica, vt in virtutibus & vitijs logicam quantitatem: atq; omnino vtranque in omni ente et nõ ente considerari: sed in vno loco vnaq; accommodatione tantum vnicam vnius affectionis, vt, vel maioris vel minoris rationem adhiberi, attamẽ in eodem exemplo sæpe & imparem quantitatem & dissimilem qualitatem spectari credidero. Sed alioquin easdem res in diuersos locos, mutata accommodatione & consideratione, incidere, nemini dubium esse puto.

Oppug. PAED. *Dicis generalem quantitatis doctrinam, quæ Maximarum angustijs soluta sit, expeditiorem & certiorem esse, atque ex vtroque Imparium loco tum affirmate, tum negate disputari: hoc igitur breuiter exemplis declara.*

Propug. DISC. Affirmata axiomata ex maioribus talia sunt:

A maiore. *Si grauiora pertulimus, etiam leuiora feremus.*

Si ipsum Patremfamilias Beelzebulem vocarunt, certè & domesticos ita vocabunt.

Enthy-

Enthymemata similiter affirmantur: De Comparatis.

Christus pro nobis mortuus est, iustus pro iniustis. Ergo & nos crucem patienter feremus.

Negata: *Si Satrapes non queat sumptus ferre, nec tu poteris. Si Deus naturalibus ramis non pepercit: nec insitis parcet?*

Passim iudico axiomata vera, idq; Maioris definitione declaro, & quantitatem excedentem pro accommodationis ratione expono.

Affirmata ex minoribus.

Si corporis caussa pateris, patere & animi gratia. A minore.

Facinus est vincire ciuem Romanum. Ergo prope parricidium, necare.

Negata: *Si fundamenta nondum iecisti, nec absoluisti.*

Passerculus non cadit absque Dei voluntate. Ergo nec homo. Denarium non daret, nedum solidum.

Eiusmodi axiomata, siue sola sint, siue propositiones Syllogismorum, vel sui iudicij lege, vel definitione Minoris, si necesse sit, demonstro. Est Axioma verum: quia, &c. Illud minus est: quia eius quantitas exceditur. Sic Ouidius intellectam hanc Propositionem. Si corporis caussa pateris: patere & animi caussa: definitione minoris demonstrat:

At precium pars hæc corpore maius habet: hoc est, Corporis quantitas (id est dignitas & præstantia) excedit ab animi quantitate.

PAED. *Etiam Cor. Valerius tum affirmantia, tum negantia argumenta tam è maioribus quam è minoribus*

Oppug.

ribus duci etiam tradit; sed & distinguit, Rhetoribusque eiusmodi tribuit, & maximas etiam addit.

Propug. DISC. Mirum est existimari Rhetorum quædam argumenta esse propria, & non potius omnia omnib. auctoribus communia. Quicunque differit, is Dialecticæ artificio differit. Etsi Rhetor vel Poeta his vel illis argumentis fortasse frequentius vtitur: tamen illa ipsa, eorumq; varietas logicæ propria est. Maximas quidem ad vtranque rationem accommodat: sed ad illas omnia exempla non quadrauerint. Quare præstat generalibus niti definitionibus.

Oppug. de 4. Modo. PAED. Nihil adhuc ad quartum Comparatorum tractationis modum respondisti, quo comparate quæritur. Illis enim superioribus simpliciter res in quæstionem veniebat: sed longius etiam Philosophi progressi sunt, vt, cum & iustitiam & fortitudinem esse expetendam disputassent, quærerent deinceps, vtra earum melior esset, & vtra alteri anteponenda. Huius quidē loci & vsus plurimus est, & à nemine adhuc, nisi ab Aristotele, satis explicatus: quem Perionius & Gorscius etiam perspicuè in eo illustrando secuti sunt.

Perion. li. 2 Gorscius.

Li. 3. Top. & 1. Rhet. Cicero tamen totum illud comparata quæstionis genus, paulò confusius ab Aristotele tractatum, ad quatuor capita redegit, Numerum, Speciem, vim & affectionem: quibus singulis capitibus certos subiecit locos & membra, sed exemplis non illustrauit.

1. Num. 1. Numero comparantur, vt cum plura bona paucioribus anteponuntur, pauciora mala, malis pluribus diuturniora bona breuioribus, longe & late peruagata angustis: ex quibus plura bona propagentur, quæque plures imitentur & faciant.

2. Spe-

2. Species.

2. Specie autem ita comparantur, *vt antepo-*
nantur, quæ propter se expetenda sunt ijs, quæ propter
aliud. Hic multæ species opponuntur, vt insita seu in-
nata assumptis, integra contaminatis, &c.

3. vis.

3. Vis in comparatione *sic cernitur, Efficiens*
causa, quam non efficiens, grauior & melior est. Sic
magis efficiens minus efficienti, per se efficiens fortui-
ta præferenda est. Comparantur etiam inter se causæ
contrariæ, & alijs aliæ præferuntur, & plura hic ca-
pita enumerantur.

4. Affectio

4. Affectio ad res aliquas comparatur: *vbi*
bona non per se spectantur, sed quatenus aliorum sūt,
vel propria, vel aduentitia, vel innata. Sic principum
commoda maiora, quam reliquorum, &c.

Propug.

DISC. *Dixi supra, me deinceps ad hoc caput re-*
sponsurum: & sane eiusmodi difficultatibus artes im-
plicatas & obscuratas esse, deplorandum est. Com-
parata sunt, vt cetera argumenta, omni enti &
non enti communia, vt quiduis cum quolibet, quoduis
affectum argumentum cum suo affecto, caussa cum
effecto, subiectum cum adiuncto, & ita deinceps, atq;
etiam caussa, cum caussa, effectum aliud cū alio, sub-
iectum cum subiecto, adiunctumque aliud cum alio
comparari possit. Deinde ex omnibus argumento-
rum generibus fiunt axiomata, vt ex Consenta-
neis simplicibus, simplicia: ex comparatis compa-
rata, & ita deinceps, quæ si dubia sint, fiunt Quæ-
stiones, quæ sic sunt tum Simplices, tum Com-
paratæ, tum affirmatæ, tum negatæ. Sic, Rem-
publicam foris armis defendere, laudabi-
le est: Rempublicam domi consilijs con-

seruare, laudabile est: *Axiomata sunt simplicia, & si dubia sint, Quæstiones simplices ex subiectis & adiunctis. Porrò*, Domi consilio Remp. tueri, præstantius est, quam foris armis. *Axioma est comparatum è maiore & minore: si dubium sit, Quæstio est comparata. Hic igitur nihil nouæ artis est, sed perspicuè Inuentionis & Axiomatis doctrina constat, quemadmodum ex omnibus argumentorum generibus Axiomata exstruantur: atque in Syllogismo præcipitur, omne axiomatis genus,* Quæstionem *dici, si dubium sit. Postremo nec peculiares Loci simplici aut comparatæ quæstioni attribui possunt, sed loci omnes cõmuniter proponuntur, è quibus ad quoduis propositum quocunque modo tractandum argumenta facile depromantur: delectus autem argumentorum ex eorundem cum re proposita collatione & differentis instituto, longe, quam ex copiosis illis cautionibus, facilior est. Quid igitur implicatis illis tautologijs iuuentus maceratur? cur cũ in plana via versari queat, in illos anfractus abducitur? Qui ita se præsidium lucemq; ad facile differendum adferre existimant, ij certe difficilimum impedimentum obijciunt, tenebrasque manifestæ luci offundunt. Cicero, aiunt condiscipuli, totum hoc genus, ab Aristotele latißime, sed confusius tractatum, in quatuor capita redegit,* Numerum, Speciem, Vim, & Affectionem: *quid hoc est? An illa sunt Comparationis genera? An non hæc sunt in* quantitate Par & Impar, *in* qualitate Simile & Dissimile. *An argumentorum, vel rerum ipsarum genera? Sed genera tum argumentorum*

Delectus.

rum in Inuentione, tum rerum in suis disciplinis, argumentorum generibus distincta, longè alia sunt. Cõparatio, ais, comparatarum quæstionum in illis quatuor consistit: sed illa, vt omnis Comparatio, est omnis entis et non entis: imo vt quodque propositum simplex suis causis, subiectis, adiunctis, dissentaneis, comparatis, nominibus, distributione, definitione & testimonijs simpliciter, ita ijsdem comparatum comparatè dissertur. Semper per illa capita quærendo decurritur, siue primò argumenta, è quibus axiomata & quæst. ones conficiuntur, siue deinceps tertium argumentum ad Quæstionem probandam, aut aliud ad illustrandũ & amplificandum quæratur. Nunc quidem ita fit, vt aliquando numerus, aliquando species, vis & affectio comparetur, sed id ita nimis anguste dicitur: quoduis enim ens & non ens comparatur: & hic distinctio potius ex alijs argumentorum generibus concurrentibus scilicet diuersis affectionibus adhibetur, vt vel caussæ inter se, vel cum effectis, aut hæc inter se, & ità deinceps, vt ante dictum, comparentur. Res autem ipsæ in quas vel simplices, vel comparatæ argumentorũ affectiones cadunt, è suis disciplinis petuntur. Generali igitur logica totum simpliciter vel comparate differẽdi artificium expeditissime constat: illæ speciales admonitiones & cautiones nihil noui adferunt, imo nouis & alienis varieq; cumulatis & confusis rebus inuentutem ita implicant, vt aliquid noui & singularis artificij exspectet. Per se, inquam, & sua sponte, totæ illa res generali arte perficitur: tantum delectus & distinctio exemplorum adhibenda est. Sic P. Ramus in qui-

in quibusdam editionibus, postquam reliqua in singulis Comparatorum locis exempla suo ordine expediuit, etiam eiusmodi comparationis exempla subiungit, in quibus Comparatæ Quæstiones argumentis quidem non ad Quæstionem, sed inter se comparatè affectis disputantur. Tale est in Paribus, Capto tuam pudet heu, sed capto &c. *In Maiorib. ex Catil. 2.* Quod Catilinæ causa sit inferior optimatum causa: *ex adiunctis, quæ ipsa sunt alia alijs maiora. In minoribus illud Ouidij Fast. 2.* Romule concedes, facit hic tua magna tuendo &c. *In quibusdam autem editionibus illa omittit, vel quod tertij ad Quæstionem argumenti affectione non ita propria Comparatorum esse videantur, vel breuitatis causa, quod nihil nouæ artis habeat. Quæstiones enim eiusmodi quidem comparatæ sunt: attamen argumenta ex causis, effectis vel alijs locis sumpta non comparatè ad Quæstionem effecta sunt, sed ipsa inter se comparantur, vt sic tamen Quæstio comparata ex argumentis inter se comparatis concludatur. Similiter si quæratur, An togata fortitudo sit militari præstantior? exquiruntur vtriusq; caussæ, effecta, subiecta, adiuncta, & cetera argumenta, eaque inter se comparantur, vt Quæstionis inde iudicium colligatur &c.*

Comparatæ Quæstiones.

Martial. l. 2

Oppug. Similium. Cor. Val.

PAED. SIMILIVM & DISSIMILIVM *Maximas breuiter etiam comparemus: sed primum in Ramo illam distinctionem, qua Cicero tres similiū formas facit, Inductionem, collationem, & exemplū requiro.*

Propug.

DISC. *Quatenus in illis similitudo similisque qua-*

qualitas spectatur : nihil nouæ & distinctæ artis habent, sed commodissimè generali Similium artificio intelliguntur. Sed Inductio proprie est multarum partium ad constituendum totum collectio: nec enim rectè inductio dicitur, cum duo aut plura similia exempla comparantur. Collatio, vt comparatio vniuersi generis commune nomen est : sed quæ exempla ei nominatim tribuuntur, ea apertè sunt similia. Exemplum exemplo simili collatum, est simile: & omne simile simili collatum eius quasi exemplum est. Sed exemplū generi accommodatum est species illius, vt est in Dial. lib. 1. cap. 26. De Comparatis. Inductio.

Ergo illa distinctio inutilis & aliena est.

PAED. Maxima Similium talis est, Similium similis est ratio : vt, Quemadmodum arbor excisa repullulat, euulsa non refruticatur : sic malum si penitus tollatur, non renascitur. Demonstratur sic: Quia similium similis est ratio. Oppug. Maximæ

DISC. At incerta est demonstratio : quod non dicatur verum aut falsum, consequens aut inconsequens esse. Consequens esse dicis: at sic impropria demonstratio est: quod consequentia non Maximæ vi, sed Syllogismi lege efficiatur. Logicè igitur dicimus, esse Relatum axioma verum contingens, quod sic connexè exprimatur: Si arbor excisa &c. hoc declaro ipsa definitione, Similia enim sunt, quorum eadem est qualitas: at illa sunt similia. Et vestra illa maxima nihil aliud est, quam hæc nostra definitio. Collat.

De dissimilibus similiter ipsorum definitione iudicatur.

PAED.

Oppug. Proportio. Respon.

PAED. *Sed separatim Locus* à Proportione *traditur: de quo nihil Ramus præcepit.*

DISC. *Proportio, aiunt, est duarum quantitatum eiusdem generis collatio inter se; quæ certa appellatione exprimitur, vt quaternarij ad binarium dicitur esse proportio dupla, græcè λόγος Proportionalitas est duarum proportionum similitudo, vt, sicut se habent quatuor ad duo, sic se habent sex ad tria, Græcè ἀναλογία: Sic definiunt. Sed certe nihil hic etiam noua artis est. Similitudo, inquit Ramus, Proportio dicitur, & Similia proportionalia. Sic enim reipsa qualitas spectatur & comparatur: attamen si etiam quantitas consideratur, par ratio in proportionem incidit. Vnde etiam Valerius monuit, locum à proportione partim ad similia, partim ad paria pertinere. Sed Proportiones nominatim docere & distinguere, inferiorum est artium.*

COMPARATIO VI. DE ORTIS ARGVMENTIS ET DE INARTIFICIALI.

I. THESES.

ORTA argumenta perinde sunt ad id, *qđ* arguunt, sicut prima vnde oriuntur.

2. Ortorum Dichotomia est legitima, &c.

3 Inartificiale sua natura non arguit, &c.

2. QVAESTIO.

An tota tum ortorum, tum Inartificialis argumenti doctrina sit legitima?

Affir-

Affirmatur à forma: De ortis argumen.

SI legibus de materia & forma conuenientercõformata est: omnino legitima est.

At primum: quia omnes Transitiones, Definitiones, Proprietatum explicationes, & exemplorum illustrationes legibus sunt conformes.

Ergò & postremum.

CONTENTIO DE ORTIS.

PAED. *Si Primi & Orti argumenti distinctio tam vsu, quam præstantium logicorum auctoritate caret: est à P. Ramo temere affectata.* Oppug.

At primum. Ergo & postremum.

DISC. *Certe vsus se P. Ramus discipulum profitetur cum quo si magnorum hominum auctoritas consentiat, hanc etiã magna veneratione amplectitur. Quare Propositionem tibi largior, sed assumptionem pernego. Vsu caret illa distinctio, inquis: Cur? An illa argumenta non sint infrequentissimo vsu, an vero distinctionem nullum vsum & fructum habere putas? Illud non negabis, hoc igitur sentis. Sed an tu putes, vel illos qui notationes, coniugationes & cetera argumenta fecerunt, non prima, quæ exprimuntur aut comprehenduntur, spectasse, vel nos ad ea, quæ orta sunt explicanda & vsurpanda primorum considerationem non requirere? Certè qui notationes & coniugationes fecerunt, ij in rebus ipsis aliquid spectarunt, quo illas accommodarunt. Sic Adamus ab Adamah, quod terram ruffam significat, appellatus est; & homo ab humo. Sic effectum spectauit Ouidius, cum foci notationem* Propug. Assump. eiusque explicatio. 1. vsus. Notatio & Coniugat. ex vsu.

nem exposuit, quod foueat omnia. Et Terentius, tum inquit, Homo sum, humani à me nihil alienum puto: seipsum vt subiectum considerauit, vnde collegit, sibi etiam eiusmodi adiuncta competere, quæ hominibus communiter attribuantur. Porrò qui Totum integrum & membra distinxerunt, an tu nō existimes eos, membra ex materia facta formæ vi constituere id, quod sic constitutum appelletur Totum, spectasse? Et quoniam res plures occurrunt, in quibus pariter illa membrorum materiatorum formata essentia inest, vt in homine & bestia, essentia corporea animata sentiens: ex illa participatione & communione, Genera, hoc est, tota vniuersalia exstructa & ficta sunt, quæ illam communem essentiam symbolicè significarent, quam pariter & communiter plura tota integra participant, quæ ideo species appellantur, quod sint quasi expressæ ideæ, formæ, & exemplaria, in quibus pariter communis quædam essentia insit, qua superiore quadam & altiore communionis voce exprimatur. Itemque qui distribuerunt, & definiuerunt, eósne tu putes quid distribuerent aut definirent, non considerasse? Rursum cum nos eiusmodi argumentis vtimur, an quasi in ignota regione versantes non intelligemus, quam illa vim & affectionem habeant? Certè Symbolorum istorum ad sua prima reductio & analysis omnino tum ad rerum naturarum, vocūque significationem, tum ad verum vsum rectè suscipiendum necessaria est. Deinde alij auctores etsi artificialium in prima & orta diuisionem apertè non constituerunt: tamen eius occasionem & fundamenta ostenderunt.

Integrum Memb.

Genus. Species.

Distrib. Defin.

2. Auctoritas.

Aristo-

Aristoteles Coniugata vel πτώσεις, Casus, vel συζυγα, cognata & coniugata nominauit, Cicero verò in Topicis σύζυγα καὶ συζυγίαν Coniugata & Coniugationem reddidit: quæ certè nomina significant talem affectionẽ, qua aliud ex alio prima quadam vi oriatur. Et addunt quidam è nostris Logicis, Coniugata esse causarum loco affinia, vt illam ortam rationem ostendant. Porrò Cratylus Platonis docet. Nomina esse instrumenta rerum: & Aristoteles hoc argumentum vocat nominalem rationem, & definitionem nominis, dicitque nomina esse notationes rerum: vnde intelligimus, vt nomina sint rebus ex ipsarum prima affectione imposita, ita eorundem inde notationem sumendam esse. Ramus igitur quæ alij obscurius ostenderant, ea apertius enucleata ad suos fontes accommodauit. Distributionis & Definitionis origo apertius etiam ab omnibus ostenditur: quia vtraq; ex alijs argumentis confici docetur. Hinc Diuisio generis in species, totius in partes essentiales, subiecti in accidentia: &c. itemq; Definitio ex Genere & specie essentialis, ex causis caussalis, & collecta tum ex partibus, tum ex accidentibus traditur, & quidem, quod mirum est, post prædicamenta statim, antequam caussæ, effecta, & reliqua argumenta sint explicata. Ergòne laudabilis est, imo longe præstantissima ortorum argumentorum distinctio: quæ ab alijs obscurius in argumentis varie dispersis adumbrata, à P. Ramo viuis coloribus vsui conuenientissime expressa est? Quare cum & Vsum auctorem habeat, & præstantium logicorum auctoritate introducta sit: maxi-

De ortis argum. Distrib. Definit. origo. Compl. Propo. relatæ.

mas, de tam perspicua rationis luce nobis in densissimis tenebris oblata, Deo auctori gratias agamus.

Oppug. Cõiuga. & Notat. Compl. PAED. *Sed* CONIVGATIO & NOTATIO *dicuntur, argumenta à nominalia: ideoque sunt nominum seu vocum. Vocum autem doctrina & ratio Grammaticæ propria est: quia ad sermonem, nõ ad rationem pertinet. Et certè Grammatici docent à*

Assum. *iustitia deriuari adiectiuum iustus, & ab hoc aduerbium iuste. Itemq; Grammatici etymologici vocum etymologias inquirunt & deducunt in externis nominibus, monentque etiã per ἀντίφρασιν nomina cõtrario sensu deducta esse. Quæ cum ita sint: Coniugatio & Notatio ad Grammaticam, non ad Dialecticam pertinent: sed argumenta, quæ ijs significantur, sunt eorum locorum propria, vnde hæc nominalia orta dicuntur.*

Propug. DISC. *Nominum doctrinam & exteriorem illam in syllabarum deductione & coagmentatione formationem Grammaticæ propriã esse omnino asserimus.*

Assum. *Sed nomina illa, tum in origine prima, tum certo affectionis ordine deducta, aliquid significent necesse est: res autem ipsæ sunt ceu actiones, quæ significantur. Itaque quæ affectio est & vis subiectarum seu significatarum rerum, eadem est etiam significãtium vocũ:*

Propo. Compl. *nec enim vis significans est ipsa res signficata. Et hæc vocum vis significans est rationis, non sermonis: vnde etiam efficitur, vocum hanc coniugationem & notationem logicam esse, non grammaticam. Quemadmodum autem à rebus significatis seu sensus ad significãtia nomina, ita vicissim à nominibus ad res inquirendas*

das deducimur: spectamusque in externa vocum de- De ortis ar
ductione, quod sic est in natura rerum. gumentis.

PAED. De Notatione verò Ramus aliter præci- Propo.
pit, quam alij de Nomine rei, & de Etymologia. No- relata.
tationem enim ille ex aliquo argumento primo ad no
men interpretandum exquirit: sed alij hic duas tra-
dunt regulas de nominum significatione & sermonis Propug.
ratione sic:

1. Argumenta principalia à propriè dictis sumenda sunt, vt, Ioannes vocat Christum filium Dei, per quem omnia cõdita sunt. Ergo Ioannes affirmat filium verè Deum esse omnipotentem, & conditorem cum patre.

2. Quando verba gignunt absurditatem intellecta sine figura, decurrendum est ad figuras, & quærenda concinna interpretatio, vt, Tyrannus est lupus, id est, similis, lupo.

DISC. Ramus rectè de logica notatione præcepit Propug.
cum docet eam esse Nominis interpretationem, quã-
do videlicet nominis ex aliquo argumento primo ra-
tio reddi potest: vnde intelligimus ipsum nomen illa
ratione ad rem significatam affectum esse, qua eius
origo exponitur. Hæc propria igitur est Nominis &
Notationis illius affectio: sed eiusmodi notationes in
plurimis sunt vel incertæ aut nullæ, vel incognitæ. No-
tatio autem non prorsus est significatio, vt hominem
ab humo dictum esse, non ostendit plene quid sit ho-
mo, quod definitione explicatur; sed in alijs significa-
tionem etiam, vt in compositis præsertim, continet, in
alijs est adiumentum ad significationem vocis ex ra-

tura rei declarandum. Vocum igitur propria significatio definitionibus in suis passim disciplinis, vt Homi. nis, bestiæ, terræ, piscis, auis, lapidis, & similium in physica, Virtutis, vitij in ethica, Caussæ, effecti, generis, speciei, & ceterorum in logica, & ita deinceps explicatur. Et ita quando artes & res traduntur, simul etiam voces, earumq; significationes docentur.

Collat. Regul. Nunc illæ duæ, quas adducis, regulæ, non notationem logicam tradunt, sed sunt Admonitiones, tum è generali Grammaticæ, Rhetoricæ, & Dialecticæ differentia, tum è Tropi definitione, & ex illa Rhetorica distinctione (Vocum alia est propria, alia modificata: & Orationum alia est recta, alia figurata) deductæ, quibus iubemur generalium artiũ artificium ad linguarum phrases accommodare. Alioquin id generales artes sua sponte efficiunt: Grammaticæ & Rhetoricæ cognitio ad Dialecticam adfertur, aut saltem cum hac coniungitur. Itaque Dialecticus, qui idem & Grammaticus & Rhetor è distinctis artibus est, vt rerum, ita & verborum in differendo magnam rationem habet, atque cuiusq; artis artificium ad res sibi propositas adhibet, vt ita & Oratio suis virtutibus communi artificio perficiatur, & vitia declinentur. Ergo si quis ita colligat: Tyrannus est lupus. Ergo est bestia. Logicus negat consequens ob intellectam Propositionem (si est lupus, est bestia) falsam: quia lupus per metaphoram, quod similis sit lupo, dicitur.

Rhet. c. 2. & 14.

Oppug. PAED. Sed ne longiores hic simus, Coniugatorũ

& No-

& Notationis maximas conferamus.

De ortu argum. Maxima. Coniug.

Coniugata in Scholis concreta & abstracta nominant: de quibus ita præcipiunt:

Cui tribuitur concretum, in eodem reme esse necesse est, quæ effertur voce abstracti. *vel sic?* Tributo vel remoto coniugatorum vno, tribuitur vel remouetur alterum. Sed argumenta negantia necessaria sunt. Affirmantia ita demum necessaria sunt, si constantia & perpetuitas ostendatur: *vt.*

Aqua est calida. Ergo in aqua est calor.

Si in ciuitatem adscriptus est, ciuis est.

Si libertas non restat amanti, amator nõ est liber.

Non facit iustè, nec iustus igitur est.

Cum autem est ambiguitas in coniugatis, non valet consequentia: *vt, Dauid rapiens alienam coniugem, facti tyrannicè. Ergo Dauid est tyrannus. Negatur consequentia: quia facere tyrannice, significat actionem: Tyrannus, significat habitũ: vnde est ambiguitas*

DISC. *Regulæ illæ sunt Consectaria & admonitiones, præcipuè ex caussarum & effectorum definitionibus: sed quia etiam è subiectis & adiunctis sunt Coniugata, Ramus generali regula fontes indicat, vnde horum argumentorum vis pendeat, hoc modo:* In Coniugatis est symbolum cõsentaneorum argumentorum. *Itaque, si necesse sit, axioma è coniugatis declaratur eorum primorum præceptis, quorum illa sunt symbola, sic,*

Si aqua est calida, in ea est calor. Axioma necessariũ est: quia ex posteriore cõiugato, quod est effecti symbolum, colligitur prius, quod est ipsius naturalis caussæ symbolum. Effectum definitur, quod existit è caussis: hæ igitur fuerint omnino, si hoc sit.

Si in ciuitatẽ adscriptus est, ciuis est. Axioma contingens est, quod ex caussa procreante colligatur effectus, qui aliquo vitio corruptus & sublatus esse posßit.

Respon.

Si libertas nõ restat amanti, amator non est liber. Axioma necessarium est, à sublato priore coniugato, quod caussæ vim habet, ad tollenda reliqua, vt effecta, &c.

Si Dauid rapiens alienam coniugem fecit tyrannice: ipse tyrannus est. Axioma verum contingens esset: quia qui bonus fuisset, potuisset deinceps fieri tyrannus: Sed de Dauide falsum est: in quo, vt pio rege, fuit grauis lapsus, non profectus è studio perpetuo, sed subito motu ex diaboli tentatione profecto. Sic noster logicus simpliciter axiomata ex argumentorum affectione iudicat & declarat, effectaq; è modis efficiendi distinguit.

Notat. Maxima.

PAED. De notatione seu Etymologia *huiusmodi traditur Maxima:*

Cui tribuitur vel adimitur Etymologia (Notatio) eidẽ tribuitur vel adimitur nomen rei; itemque cui nomen rei tribuitur, vel detrahitur, etiam Etymologia: *vt.*

Si sapientiæ studiosus est, philosophus est, &c.

Sed eorum quę non reciprocantur, alia est ratio. Nam in ijs ab interpretatione (Nota-

tio-

tione) ducuntur argumenta negantia: à nomine rei affirmantia: vt *Non sit de meo tuum. Non est igitur mutuum. Mutuum est: igitur de meo tuum.* De notione.

DISC. *Et nominatim Ramus hanc maximam expreßit, sed paulò aliter & generalius:* Est verò vt Notationi ad suum nomen, sic nomini ad notationem sua affectio. *Nam cùm hic locus nomen ab altero affecto, videlicet à notatione, sortiatur, & Definitio quidem eius, mentionem affecti nominis faciat, sed non ita, vt affectio arguendi aperte significetur: mutua hæc arguendi vis explicanda fuit. Sed notandum, quod Ramus generatim affectionem, non speciatim reciprocationem appellet, vt significet non esse semper affectionem æqualiter retro viciß im commeantem, vnde reciproca fiant axiomata, sed talem, quæ suis primis respondendo etiam pariat contingentia. Quare cum alij Notationi idem, quod Definitioni firmamentum tribuunt, ac deinde separatim cautionem de non necessarijs addunt, non satis commode & Catholice loquuntur.* Maxima Ramea. Concl.

DE DISTRIBVTIONE.

PAED. Oppug. Assum.

DIstributio & definitio *duplicem vim habet, vnam, cùm simpliciter exponunt, alteram cùm ad* argumentis ad fidem faciendam adhibendam adhibentur. *Illa ratione statim Prædicamentis subijciuntur ad thema simplex methodice tractandum, hac etiam in locis collocantur, ad thema coniunctum di-* Progr. *ßutandum. Quod cum ita sit: incommode ab Ramo*

tantum in Locis collocari videntur, & quidem postremo inter artificialia loco, vt prior ille fructus pereat.

Propug. DISC. Nego propositionis relationem: nam quia ab alijs tam nobilium argumentorum vsus ita contra legem sapientiæ disiectus & dispersus est: sapienter est à Ramo collectus, & in vnum doctrinæ ordinem redactus. Dicis duplicem vtriusq; generis vsum esse: at, inquam, dupliciter omne argumenti genus adhibetur, vel ad aliquid simpliciter declarandum & exponendum, vel ad Quæstionem syllogismo concludendam. Distinctio autem illa non propriè ad argumentum pertinet, sed in duplici huc accommodato iudicio apertissima est. Nam cum prima Dialectica parte Inuentio Argumentum q; sint ita definita, vt intelligamus illam tantum in argumentis inueniendis & considerandis versari, argumenta autem esse singulas rationes, nulla dispositione per se implicatas, quæ ad aliquid, hoc est, ad quoduis propositum arguendum adhiberi possint: secunda parte nominatim duplex illa accommodatio ad thema simplex vna, altera ad coniunctum docetur. Nam vt Axiomatis definitione generali c. 2. & peculiari regula, quod in simplici axiomate sit prima rerum inuentarum dispositio, cap. 4. argumenta axiomatica dispositione inter se coniungi, hoc est, ad thema simplex accommodari: ita in Syllogismi definitione, cap. 9. argumentum tertium ad Quæstionem, hoc est, ad thema coniunctū concludendū adhiberi, præcipitur. Nec Methodi simplicis gratia distributio, definitio q; ab inuentione separari, sed potius vna cum alijs argumentis in Inuētione doceri debēt: quia nec Methodus simplex distin-

cta est, sed vnica, siue ad rē simplicē propositā, siue ad tota sententiā adhibeatur, nec Definitionib. & Distributionib. hæc tātū, sed etiā causis, effectis, aliis q3 argumētis, q̄ tamē postea in inuētione docētur, cōstat. Quæ cū ita se habeāt: sapiēter Ramꝰ et hæc argumēta in generali inuētiōe ad vniuersū earū artificiū vsū que cōiunctē explicādū posuit, & Methodū postremo in logica loco, p̄missis oībus è q̄bus ea constat, docuit. De ortis argum. Propo. relata. Oppug.

PAE. Sed Definitio in omni legitima explicatiōe pri mū locū obtinet, Distributio secūdū: inde efficitur ma lè et illā in inuētiōe postremo doceri, et hāc illi p̄poni. Propug.

DISC. Ad hoc argumentum supra respondi in 3. di- sputatione circa pag. 586. & 587. Definitionis enim vsus in omni methodica explicatione primum locum obtinet, vt etiam ipsa sc in suo loco primùm definit; Distributio sequitur, vt etiam ipsa definitio definita in perfectam & imperfectam diuiditur, & hoc Methodus ita præcipit. Sed Definitionis & Distributionis conformandæ inueniendæq3 doctrina, vt Inuentionis est, ita in Inuentione recte sic digeritur, vt ea, ex quibus vtraque conficitur, præcedant, hæ sequantur. Distributio igitur quia ex alijs primis, non ex Definitione, Definitio autem ex Distributionis etiam argumentis quibusdam conformatur: Distributionem in Inuentionis doctrina recte sequitur Definitio.

PAED. Distributioni & Definitioni communis proprietatis regula & maxima tribuitur, quæ æqualiter conueniat vtrique: sed illa reciprocatio tantum in Definitione perfecta, non in Distributione ac descriptione firma est. Ergo hic in legem catholicā non parum peccatum est.

DISC.

Propug. DISC. *Præcipitur de communibus vtriusque virtutibus & requisitis, vt videlicet ita conformentur, vt affectio reciprocationis sit in Distributione partium omnium cum toto, in Definitione huius cum definito. Notandum igitur, quid, & quomodo præcipiatur: omnes partes reciprocationem habent cum toto, non vna aliqua, aut quædam. Deinde Definitio cum definito reciprocationem habebit, hoc est, ita erit plena, ne quid desit, aut redundet, sed æqualiter tantum sit in Definitione, quantum in natura definiti. Descriptio igitur, nisi ita sit conformata, non meretur nomẽ definitionis.*

PAED. Distributio *deinde definitur*, cùm totum in partes distribuitur: itemque, Totũ quod continet partes: & pars, quę continetur à toto.

Oppug. *At Genus non est specierum totum, sed communio, nec vel subiectum adiunctorum, vel adiũctum subiectorum totum est, vt nec vicissim illa & hæc partes sunt. Quod autem Ramus Integrum nominat, id recte Totum dicitur.*

Propug. DISC. *Rectè ita Totum & partes logicè, generalissima videlicet significatione definiuntur, vt illud omne distributum, quod quoquo modo distribuitur, hæ distributionis cuiuscunque membra significent. Totũ dicitur quiduis, quod distribui, vel cuius vt vnius affectione plura distingui possunt: pars omnis distributionis membrum, siue in totius essentia insit, siue sub eius significatione cõtineatur, siue vni alicui cum alijs vel subijciatur, vel adiungatur. Sic Caussa totum, quatenus multa eius effecta, & vicissim; subiectum totum*

est

De Ortis argum.

est, quatenus multa eius adiuncta, & vicissim distincte enumerantur & distribuuntur. Sed in Distributionis ex primis argumẽtis modos, incidunt duo Symbolica argumentorum genera, quibus prima non ita simpliciter distribuuntur, sed symbolicè etiam comprehenduntur. Eorum alterum vulgò in Scholis Totũ & Pars, alterum Genus & Species, nominatur: quã distinctionẽ nimis angustam tu iam mihi obijcis. Attamen illud ab Aristotele Totum integrum, hoc totũ vniuersale, & Species etiam à Cicerone & alijs partes appellantur. Sed vsus disserendi in distribuendo communiter Totum & partes, distinctè autem integrum & membra, Genus seu totum vniuersale & species seu formas probat. Causſa quidem & Effecta simpliciter sumpta, itemq; subiecta & adiuncta non ita propriè, sed tamen in Distributione totum & partes, nempe distributionis, nominantur, vt in Integro membrisq; & in Genere ac speciebus, magis propriè, in alijs vero imaginaria quadam ratione, distributionis videlicet vi, Totum, & partes dicantur.

Inductio.

PAED. Inductio est species argumentationis. Ergo male inter argumenta numeratur.

Respon.

DISC. Nego antecedens: quia Syllogismus est vnica argumentationis forma: ceteræ nihil propria & à Syllogismo distincta collocatione efficiunt, vt infra dicetur.

Oppug.

PAED. Sed Inductio non est ex loco Distributionis: quia non est cùm totum in partes distribuitur.

DISC. Imo est affectionis partium ad totũ. Vt enim totius ad partes, ita vicissim partium ad totum sua affe-

affectio est: ideoque illa Distributio, hæc Inductio dicitur.

Oppug. PAED. *Axioma illud de Distributionis origine & accuratione verum esse non videtur, aut sane non κατὰ παντὸς. Nam quomodo inter species eiusdem, generis queat esse dissensio, cum generis essentiam æqualiter participent? Deinde nec membra videntur consentanea integro, cum singula eius naturam non habeant.*

Propug. DISC. *Plus est in specie, quam generis essentia: hanc enim species communem habent, sed præterea propriis formis dissentiunt, vt ad finem Consentaneorum item q; Dissentaneorum de vnitate in communi, & diuersitate in propria essentia, dicitur. Deinde an tibi ideo membra non sint toti essentialia, quod singula ipsius essentiam non participent? hæc participatio specierum est, non membrorum: sed membra aliam & quidem inuersam habent ad suum integri affectionem, Genus est ficta vox, qua communis specierum essentia significatur, ideoque est caussarum symbolum. Species sunt ideæ & quasi expressa illius essentiæ exemplaria: ideoq; symbola effectorum, quæ singula Generis essentiam integram habent. Membra autem vicissim sunt partes ex essentialibus caussis factæ, ideoque caussarum symbola, quæ non singula, sed omnia coniuncta sui integri essentiam constituunt: quod ideo est Symbolum effecti, ex illis caussis in membris constituti. Genus itaq; consentit cum Speciebus, vt caussa cum exemplis effectorum: Totum cum partibus, vt effectum cum Caussis essentialibus.*

DE

DE INTEGRO ET GENERE.

TOtius integri ac membrorum, itemque Generis & speciorum *doctrina non rectè in Distributione collocatur. Nam cùm in ijs & doctrina sit spectanda & vsus: primò doctrina nihil cum Distributione commune habet, quia absque Distributionis ratione, vt alia argumenta doceri possunt: deinde sepissimè extra perfectam distributionem vsurpantur. Ergo vt Notationis & Conugationis, ita etiam Integri & Generis tum doctrina vsusq; simplex seorsim extra Distributionem, eorundem autem distributorum exempla seu distribuendi Integri generisq; rationes in distributione traderentur.*

PAED. Oppug.

DISC. *Si per se prima essent argumenta, concederem, seorsim inter prima explicanda esse. Sed etiam orta ac symbolica sunt ipsa natura ac significatione, vt paulò ante declaraui. Integrum est non simpliciter effectum, sed exemplum peculiare ac symbolum effecti, quod videlicet ex causis non simpliciter & immediate, sed in membra redactis confectum sit. Sic Genus non simpliciter & distinctè est caussa, sed peculiare ac symbolicum argumentum, essentiales suarū specierum causas sua significatione complexum: nec species simpliciter sunt effecta, sed peculiaria exēpla & expressæ ideæ illius essentiæ, quæ genere comprehenditur: ideoq; vt genus caussarum symbolum est, sic species effectorum symbola sunt. Quapropter cùm omnino ortam vim habeant: efficitur etiam in ortis collocanda esse: sed quæritur an seorsim, an verò conjunctim*

Integri & Generis vis orta.

sunctim cum Distributionis doctrina? Certe mihi nul
lam affectionem separatam habere videntur, nec vl-
lam cum alio genere communionem. Integrum ex
membris pluribus constat: Genus species sua commu-
nione plures amplectitur. Ergo etiam extra perfecta
Propo. *distributionis vsum tota tamen eorum vis & affectio*
est distributionis, nempe respectus totius ad partes. Di-
Assum. *stributio sibi totum & partes propriè proposita ha-*
bet. At integrum est totū, cuius essentia constat è suis
partibus coniunctis: Genus est totū cuius essentia tota
est in pluribus partibus, imo in vnaquaque parte. Et
cum maxime vnam partem cum toto vsurpas: tamen
ea distributionis, nempe totius ad partem affectio est:
quæ, si necesse sit, reliquarum partium inductione cō-
pletur. Vnde efficitur, hæc argumenta symbolica, nisi
fœda tautologia distrahi debeant, in Distributionis
doctrina omnino collocanda fuisse.

Oppug: Defiiu. Integri. &c. Collat. infra.

PAED. *Sed definitiones illæ nimis concisæ sunt, &*
definitiones partium præsertim etiam imperfectæ
Integrum est totum, cui partes sunt essen-
tiales. Membrum est pars integri. Genus
est totum partibus essentiale. Species est
est pars generis. *In toto vtroque pars nominatur,*
& Speciei eadē, quæ membro est attributa definitio.

Propug:

DISC. *Quod breue & perspicuum est, id in præ-*
ceptis laudari solet. Tales autem sunt illæ definitiones
non concisæ nimis. Ergo vehementer laudandæ. Con-
stant suis generib. & formis perspicua relatione val-
de concinné expressis. Integrum dicitur Totum, &
Genus dicitur Totum: quia vtrunq; continet partes,

ad eas, affectum est, vt hæ vicissim ad illud. Idem igitur genus rectè vtrique tribuitur: sed Integri partes membra, Generis species distinctè nominantur. Porrò generum definitionibus adduntur formæ contrariæ: quia Integrum dicitur, cui suæ partes sunt essentiales, Genus, quod ipsum suis partibus est essentiale. Quid apertius dici queat? An quis ignorat quid sit essentiale esse? id significat, essentiam continere, constituere, significare, tribuere: Integro toti suã essentiam membra constituunt: Genus verò significat communẽ essentiam, quam singulis speciebus tribuit & communicat: imò ipsum genus est communis specierum essentia. Sed partium definitiones imperfectæ videntur. Quid, an non genere & forma relatione expressa constant? Membrum definitur pars, & Species similiter: quia genere conueniunt, quod contineantur ab aliquo toto. Sed membrum dicitur integri pars: vnde ex integri definitione statim intelligitur talis pars, quæ cum alijs sit integro essentialis. Species verò definitur, pars generis: vnde statim è definitione Generis intelligitur, talis pars, cui genus, vt & alijs sub eodem comprehensis, sit pariter essentiale. Ergo Definitiones illæ accuratæ & concinnæ sunt. Membrũ. Species.

PAED. Alij apertius videntur definire Integrũ (nempe Totum) quod ex partibus constat: & partes, quæ sint totius membra. Oppug. integri. Propug.

DISC. Supra dixi totum ab alijs specialim sumi pro eo, quod Ramus distinctè Integrum nominat. Definitiones autem ferè eódem redeunt: sed Ramus tamen accuratius essentiam definiendo constituit: cuius

essentiæ hic, cum ex pluribus constet, proprie mentis fit. Neq; enim in distinctis argumentis primis, sed in coniunctis essentia est. Itaque hac definitione & veræ essentiales q; partes intelligi, & alienæ, seu partium particulæ distingui possunt. Non igitur illa contemmenda accuratio mihi videtur.

Oppug. à diuis. Totius.

PAED. *Totum illud integrum vel est* substantiale, *quod ex substantialibus partibus constat, vel* integrale, *quod ex partibus cohærentibus & numero distinctis. Et sic partes aliæ substantiales seu essentiales, aliæ* integrales. Substantiales *seu essentiales sunt primariæ, quæ totum proximè componunt, vt sunt Materia & forma. Sic Corpus & anima sunt essentiales partes hominis.* Integrales *sunt secundariæ sic dictæ, quòd collectæ rem integrã perficiãt & totius magnitudinem reddant, vt caput, venter, pectus, manus, et reliquæ partes corpus absoluunt. Sic molem & numeros partimur in partes dissectas, & distinctas. Rursus pars integralis duplex est, Similis vel Similaris, & Dissimilis vel dissimilaris. Similares sunt eiusdem rationis, & vndique in similes diuiduntur, vt caro, ossa, nerui, cutis, ex quibus animaliũ corpora componuntur. Sic partes aquæ, ignis, auri, ligni, &c. quibus totum singulatim tribui potest: vt pars carnis caro, pars aquæ aqua, pars lapidis lapis est.* Dissimilares, *quæ sunt diuersi generis, vt partes arboris, domus, nauis, corporis, de quibus singulis totum dici non potest.* Dissimilarium *aliæ sunt præcipuæ, quæ sine rei pernicie abesse non possunt, quales sunt Vitalia corporis mẽbra, caput, veter, cor, etc. Aliæ nõ p̃cipuæ, sine quib. totũ cõstare potest, vt manꝰ et pedes*

Eiusmodi integri totis diuisiones Ram. nullas habet. De Toto & partib.

DISC. Recte quidem non habet: quia nec Catholicæ sunt, nec κατὰ παντὸς sunt. Nō sunt Catholicæ: quia & idem dicunt quod dictum est, & toti tribuunt, qđ est partium. Semel definitum est, Integrum id dici, cuius partes sint essentiales: quod sic in omni re commode intelligitur. Et illud integrum solet partitione in sua membra distingui, vt Homo in animam & Corpus. Nunc quatenus Corpus vicissim suis constat partibus, rursum Integrum dicitur suorum membrorū, eademq; Integri definitione intelligitur. Itaq; corporis membra, non proprie hominis membra dicuntur: sed progressio hic, vt in Generibus per subalterna, ita etiam in membris est, vt alia aliorum sint membra. Quanquam nec hinc talis Integro & membris, vt Generi & speciei diuiso conuenit: quia membrum non habet integram naturam integri sui: & quàndo Integrum aliquod sic diuiditur in alia integra, tum Generis affectione in speciei diuiditur. Integrales igitur partes distorta affectione secundo gradu superiori toti tribuuntur, vt manus homini, cum sint proximorū membrorum. Imo omnia vera membra rectè essentialia, substantialia & integralia sui integri ratione nominantur. Præterea nec illa ipsa distinctio, nec rursus integralium partium in similares & dissimilares κατὰ παντὸς est: quod nō sit omnis entis & nō entis. Et posterior p̄terea est impropria atq; alius affectionis. Neq; n. gutta aquæ ideo aquâ dicitur, qđ sit idem qđ totū illud integrū, cuius gutta est: sed affectiōe mā teriæ & generis, q̄ sit eiusdē materiæ generisq;. Alio- Propug.

quin integri affectione dicitur membrum illius aquæ, & pars carnis, membrum totius carnis. Sed si ita cõsideres, Hæc caro est caro humana; est genera & speciei affectio: sin ita, hæc caro est membrum tuæ carnis, est membri & integri affectio. Quæ cum ita sint, illas Totius integri, & membrorum diuisiones non satis logicas esse puto.

Conclu.

Oppugn. PAED. *Nunc igitur argumentandi modos & maximas comparemus: quæ à toto Integro sunt eiusmodi:*

1. Maxima. 1. Posito toto necesse est poni omnes prin-

A toto. cipales partes: *vt, Si Dialecticus est, non ignorabit*

Collat. *inuemendi & iudicandi rationem.*

DISC. *Est axioma affirmatum necessariũ: quia necessariam connexionem habet, nempe ex toto integro & eius essentialibus partibus, cum quibus illud reciprocatur, vt est in commum Distributionis & Definitionis Maxima, lib. 1. cap. 25. imo eadem reciprocatio ex Integri & Membrorum definitione intelligitur, quod hæc sint illi simul essentialia, lib. 1. cap. 26.*

2. Maxi. PAED. 2. Ex toto ad partem vnicam præcipuam aiens ducitur argumentum: *vt, Si arbor est, etiam radix est.*

Collat. DISC. *Simile iudicium: quia vbi integrum totũ est, ibi omnes, non modo vna pars est.*

3. Maxi. PAED. *3.* Negato toto, non statim pars negatur: *vt, Si domus non est, nec paries.*

Collat. DISC. *Axioma contingens est, quod vel partes nullæ sint, vbi non est totius essentia, vel aliquæ præparentur, aut præparatæ sint. Intelligitur ex eadem definitione.*

PAED.

PAED. Positis omnibus partibus, ponitur totum: *vt, si Inuentionem & iudicium tenet, Dialecticam tenet.* De Toto & partib. 2. Maxi.

DISC. *Axioma necessarium est, quia necessariã habet cõnexionem ex essentialibus partibus omnibus ad suum integrum, quod cum illis reciprocatur.* A partib.

PAED. 2. Sublatis partibus primarijs, totum tollitur: *vt, Si nec Etymologiam nec Syntaxim tenet, non est grammaticus.* 1. Maxi.

DISC. *Axioma necessariæ connexionis est, ex negatis membris essentialibus ad negandum totam essentiam.* Propug.

PAED. 3. Destructa vna principali parte totum destruitur: *vt, Si huic ædificio deest tectũ, non est domus.* 3. Maxi.

DISC. *Simile iudicium est: quia Integri definitio docet partes simul omnes esse integro essentiales. Definitiones enim sunt generales: quod de rebus enunciant, id simul de omnibus intelligẽdum est, vt hic cui partes sunt essentiales, nempe simul omnes; quod etiam nominatim communi reciprocationis lege cauetur. Vides igitur Rameas maximas sufficere, reliquas superuacaneas esse.* Collat. 34. Ca.

PAE. *De Generis & Speciei definitione supra respondisti: sed collatio hic etiam necessaria est. Alij ita definiunt:* Genus est nomen commune multis speciebus, & prædicatur de ijs in quæstione, *Quid sit: vt, quid est homo? Animal.* Species est nomen commune proximum individuis, de quibus prędicatur in quęstione, De Gene. re & specie nominatim.

ne, Quid sit? *Quid est Plato? Est homo. Aliter vero aliter, vt sic:* Genus est notio, quæ sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas aut plures amplectitur partes. *Vel,* Genus est, quod de pluribus specie differentibus, in quæstione, quid sit, dicitur. Species est notio angustior, quæ cum altera pluribusve alijs generis eiusdem communione continetur.

Prepug.

DISC. *Solemus quidem plures definitiones hic etiã in disputationibus nostris comparare, sed nullam ego hactenus Ramea commodiorem deprehendi. Genus enim & Speciem non alienis quibusdam vel aduentitijs rebus, sed omnino propria affectionis vi ac forma ita definit, vt vtriusq; natura & significatio inde apertißimè intelligatur. In aliorum definitionibus mihi quædam aliena aut cum alijs communia, quædam etiam non affectionis propria, sed extrinsecus accedentia comprehendi videntur. Si Nomen commune non est idem, quod argumentum, alienum hic genus est: sin idem est, remotum, commune, & improprium est, generisq; propriam affectionem nihil definit. Scio equidem Prædicabilia cõmunia nomina & voces appellari: sed vt illa omnia leui quadam è suis in Inuẽtione sedibus communione detorta sunt, ita etiã alieno, vel improprio genere, hoc est, quod propriam & distinctam affectionem minimè complectatur, definiuntur. Proprium igitur & verum hic genus est Totũ, quod symbolicam eius & coniunctam vim, qua partes continentur, significat. Porrò specierum quidem*

Generis genus.

seu

De Genere & specie.

Predicatio 2. ca. 4. & 5 Assum.

Quid est.

ſa partiũ relatio in definitione requiritur, ſed ita expreſſa, vt illud his eſſentiale eſſe intelligatur. Prædicationis modus eſt iudicij, vbi conſentanea affirmate enunciãda eſſe præcipitur: ſed eius fundamentum eſt in definitione generis: quod cum partibus ſit eſſentiale, de his eſſentialiter illud enunciari cognoſcitur. Poſtremo quod prædicatio ad quæſtionem, quid eſt? accommodatur: id primùm Generis proprium & verũ non eſſe, deinde ſi maximè verũ ſit, tamẽ extrinſecus accedere generi, Ramus contendit. Etenim Definitio propriè & vere reſpondetur ad quæſtionẽ. quid eſt, vt Ariſtoteles in Poſterioribus teſtatur: quia hæc omnino explicat quid res ſit, cũ genus tantũ cõmunionẽ ſpecierũ ſignificet. Attamẽ definitio ex ea q̃ſtione & reſpõſione nequaq̃ definitur: quia illud etiã accidẽs definitionis eſt, q̃ ipſa ad quæſtionẽ, Quid eſt, adhibeatur: at illa natura definitionis & eſſentia nõ eſt? Definitio quide definitur, cũ explicatur quid res ſit, id eſt, cũ eſſentia & natura rei definiẽdo aperitur: ſed non ita, q̃ reſpõdeatur ad quæſtionẽ Quid ſit? Sæpiſſimè .n. adhibetur cũ nõ quæritur & reſpõdetur: Quæſtio quidẽ etiã ſæpè adhibetur, ſed illa ad definitionis, vt etiam ad aliorum præceptorum rationem extrinſecꝰ accõmodatur. De partibus etiam, Quot, Quotuplex aut ſimiliter, itemq̃ de alijs argumentis aliter quaritur, ſed nec Totũ aut partes, nec alia argumẽta ex illis q̃ſtionibus & reſpõſionib. definiuntur. Natura & eſſentia rei ꝓpriè cauſſis eſſentialibus, aut im ꝓpriè etiã alijs argumentis definienda eſt. Quæſtiones autẽ ſeu interrogationes ad cuiuſq; præcepti vim accommoda-

modatæ finguntur & applicantur. Ita etiamsi maxime Genus ad quæstionem, Quid est, respondeatur, tamen id accidens eius est; naturale penitus & insitum, id est, essentiale non est. Nec enim sic Generis essentia communiter in speciebus esse dicitur: nec Genera speciesq; per illam quæstionem semper vsurpantur, sed genera rerum omnium cogitari & esse possunt, etiãsi nil interrogetur. Imò cũ rei genus quæritur, non quæritur propriè, quid est, sed, cuius generis, vel, è quo genere, vt inductio, obseruatio, & experientia, indubitata Aristotelis principia ostendunt. Quare si & impropria falsaq; est illa de Genere Quæstio, & per accidẽs adhibetur: ex ea genus minime definiri debuit.

Propo.

Oppug. PAED. Categorematicus sermo tales definitiones requirit: quia Categoremata seu Prædicabilia sunt cognatæ voces, quibus ea, quæ in rebus cognata, consentanea, & essentialia sunt, explicantur, ideoq; ad Quæstiones, Quid est, & Quale est, eorum doctrina accommodata est.

Propug. DISC. Quasi vero Categorematum doctrina sit legitima, vt inde petatur defensio. Male illa ab Inuctione separata, & totam eorum doctrinam affectionibus contortis conturbatam esse, supra pag. 373. & sequentibus disputatum est. Vsus igitur non scholasticus tantum, sed vniuersalis omnino, & omnium bene differentium communis adhibendus: Commenta vero Porphyrij aut aliorum ad suum placitũ aliquid, quod à populari vsu alienum sit, excogitantium à legitima doctrina procul arcenda sunt.

PAED. Sed differentia specierum in Ramea definitione non attingitur.

DISC.

DISC. Nec attingi debuit: quia supra de Distributionis accuratione præceptum est, Partes toti esse consentaneas, inter se autem dissentaneas. Attamen nec dissensio seu differentia specierũ quicquam ad Generis naturam, specierumq; ad illud affectionem attinet; sed ad eam affectionem, quæ est specierum inter ipsas, Genus & species sunt consentaneorum argumentorum symbola: itaque eorum affectio est in consensione, quæ nihil cum dissensione cõmune habet, nec alterius in alterius doctrina fit mẽtio. Cum autem differentia quæritur, ad aliam, nempe Dissentaneorum doctrinam transitur. Cum igitur Generis ac speciei affectio consentanea, sit specierum inter ipsas dissentaneæ affectioni contraria: hæc contra legem κατ' αὐτὸ in illius definitionem perperã attrahitur. Specierum natura ex genere, earumque propria forma, sed earundem differentia oppositorũ legibus iudicatur.

De Genere & specie. Propug. Lib. 1. c. 25.

Prop. relata,

Assum. iterata.

PAED. Porrò Ramus etiam contra omnium consensum speciem specialissimam facit rem singularem & individuam, cui tribuitur nomen Proprium. Aristoteles verò, & reliqui logici omnes eam faciũt specialissimam speciem, quæ rebus singularibus ac proprijs sit proxima, rem verò singularem Individuum nominant, de quo videlicet Specialissima species prædicetur. Hanc autem distinctionem ita confirmant.

Oppug. de specialiss specie.

Propo.

Species inter se specie, seu proprijs formis differunt: ideoq; Genus definitur, quod prædicetur de pluribus specie differentibus.

Assump.

At Individua specie seu proprijs formis non differunt,

runt, sed tantum numero & accidentibus. Homo à bestia communi omnium hominum forma, nempe animâ rationali differt: sed Petrus, Paulus, Ioannes, hoc est, singuli homines communiter illam animam habentes, & illa à bestijs differentes, nullas essentiales praterea proprietates habent, quibus inter se essẽtiali affectione discrepent, sed tantum numero & accidentibus differunt, hoc est, quod plura capita, personæq; sint, vnius tamen essentialis formæ, quæ effectis adiunctisq; imparibus ac dissimilibus distinguantur.

Compl. *Ergo Individua non sunt species.*

Propug. DISC. *De communi consensu respondeo, Aristotelẽ duas opiniones diuersas superiorum Philosophorum de Generis definitione collegisse: vnam, qua genus definitur* totum partibus essentiale: alterã, qua genus definitur, quod de multis & specie differentibus in quæstione, quid est, affirmatur. *Illam videntur Aristoteles & Cicero magis probasse: quam & Ramus sequutus est, quod propriã Generis ad species affectionem exprimat: Hanc Porphyrius in suis Prædicabilibus amplexatus est, vnde postea in Scholas manauit. Atq; inde etiam illa numeri & speciei differentia conficta est, quæ ad priorem illam & legitimam definitionem in speciebus agnoscendis non erat necessaria, nec locũ habebat. Nam sic species intelligitur, cui totum sit essentiale, hoc est, in qua tota generis natura insit; nec attenditur hac consideratione, quomodo ab alia specie differat. Nunc ab*

§. Respon. *Ramo duo ad illam numeri differentiã respondẽtur. Primum, quod iam dixi, Generis ac speciei affectionẽ*

absq;

absq; vlla specierum differentia esse & cõsiderari, ex priore videlicet illa verè Aristotelica & Ciceroniana definitione: qua species, quæcunq; generis essentiam communem habent, rectè appellantur, quotcunq; etiã modo inter se differant. Itaq; ita colligo: De Genere & specie.

Genus est totũ partibus essentiale. Species est pars generis, hoc est, quicquid generis essentiã pariter communem habet, id species rectè dicitur. Propo.

At homo est totum Petro & Paulo essentiale: & hi essentiam hominis pariter communem habent. Quod sic de omnibus individuis et proximis speciebus ádsumo. Assum.

Ergo homo est genus Petri & Pauli, & hi illius species, sed infimæ & individuæ: quod similiter de alijs etiam exemplis concludo. Et sic Aristoteles lib. 3. metaphy. cap. 4. inquit, ἔσχατα γένη ἐστὶ τὰ ἄτομα, ὅιον ἀνθρώπου: id est, Extrema, seu vltima genera supra individua sunt, vt homo. Compl.

Secundum est ex secunda & Porphyriana definitione, quod sic colligo: Si genus est quod de multis & specie differentibus in quæstione, quid est, affirmatur, certè & homo est genus Petri & Pauli. 2. Respon. Propo.

At primum. Ergo & postremum. Assum.

Propositionis consecutio sic demonstratur: Compl.

Si Specie differre est forma differre, certè etiã individua specie differũt. Nã oppositis formis dissidẽt. Assum.

Nunc autem specie differre, est formam essentiali differre. Aristoteles libr. 10. Philo. cap. 8. & 2. cap. 1. Physi. ostendit: vide Ramum li. 3. Scho. Dialect. cap. 6.

Vide

Compl. *Vnde efficitur etiam individua specie differre. At non formis, sed accidentibus ideo individua differre putantur, quod formæ eorum aliter quam accidentibus explicari non possint. Sed omnium rerum formæ difficiles, obscuræ & pœnè incognitæ sunt, & vix per alias argumentationes plærasq; multis verbis describi possunt: an verò ideo non sint? Omnes philosophi vix ac ne vix quidem vnam hominis formam norunt: attamen generali formæ definitione norunt omnium rerum aliquam esse essentialem formam, qua res sint id quod sunt, quamuis specialiter quid vnaquæq; sit forma, nesciant. Itaque ita etiam colligo: Omnis res per formam est id quod est, formaq; est præcipua rerum essentia. At individua sola in rerum natura sunt & essentijs suis existunt. Ergo individua sola formas proprias habent: genera deinceps sunt ex his collectæ cõmuniones.*

Concl. *Quapropter individua etiam rectè hac ratione species nominantur: vtq; illud supra de differẽtia numeri, ita hoc etiam dẽ individuorum à specieb. distinctione commentum scholasticum ab vsu populari & naturali longissimè remotum est.*

PAED. Vt igitur breuiores hic simus, nunc Maximas generis & speciei comparemus. Ex genere species affirmatè & negatè dicuntur concludi.

1. Maxi. 1. A superiore cum signo vniuersali semper valet cõsequentia ad inferius affirmatiue & negatiue: *vt,*

Omne animal est. Ergo & piscis.
Nulla dona Dei sunt vituperanda.
Ergo nec bonæ artes.

DISC.

DISC. Consequentia rectè sequitur, non vi maxima, sed quia bonus Syllogismus est. Sed iudicium perfectum & distinctum non est, nisi primum cum secundo connectum consideretur, ne consequentia, syllogismi legibus alioquin bona, aliquo primi in Propositione & assumtione iudicij vitio impediatur. Si quis igitur neget illa consequi, perficio syllogismum, & sic tum primum iudicium in partibus necessarium, tum consequentiam firmam esse dico. Sim partibus non intelligatur, eas vel è logica, vel ex rerum disciplina; sin consequentia non credatur, hanc syllogismi legibus demonstro. Sic, Si omne animal est, & piscis est. At omne animal est. Ergo & piscis est. Propositio est necessaria, quia ex genere generaliter enunciato ad speciem necessariam connexionem habet. Est autem hoc axiomatici iudicij, quod genus vel generaliter, vel specialiter sumitur, vt & cetera argumenta. Si, Est in Assumptione pro viuit vel existit, sumatur: dico & illam partem ex formato & forma necessariam esse. Consequentiam primo modo connexo legitimam esse confirmo. Sin ita concludas: Omne animal est. At piscis est animal. Ergo piscis est. Propositionem, vt antea Assumptionem, è physica & logica iudico: Assumptionem è specie & genere necessariam facio: Consequentiam explicati in secunda specie (alijs in prima figura) syllogismi legibus declaro. Item: Si nulla dona dei sunt vituperanda, nec bonæ artes. At primum. Ergo & postremum. Propositio necessaria est, ex genere generaliter (quod axiomatici iudicij est) negato ad speciem. Assumptio è theologia verissima est: consequen-

De Genere & specie. Collat.

Simplex.

connexus.

quentia connexo primo legitima. Sic autem, Nulla dona Dei sunt vituperãda. Bonæ artes sunt dona Dei. Ergo nõ sunt vituperandæ. Propositionẽ è subiecto & adiuncto, vt antea Assumptionem veram, & hanc Assumptionem ex efficiente & effecto, vel ex remotiore aliquo genere & specie similiter veram iudico: vnde complexio syllogismi in secunda specie explicati efficacia efficitur. Quod igitur de vniuersali signo præcipitur, id non Inuentionis, sed Axiomatici iudicij est. Genera & species subalternæ suã affectione simpliciter generalem significationem habent, individua propriã: vt Homo est animal: Generale Axioma est: Petrus est homo, proprium. Sed in attributione aliorum, vel generatim vel speciatim enunciari possunt. Sic enim alius argumenti incidit affectio, vt, Si omnes artes sunt coniunctæ, etiam poetica & eloquentia. Necessaria est cõnexio, ex generali generis attributo ad species: quod iudicij est. Si arborem habet, etiã pyrũ habet. Cõtingẽs est, quia attributio speciatim, ideoq; de alia etiã specie potest intelligi. Et hinc in axiomate catholico, nõ docetur genus cũ specie reciprocari.

p. Maxima PAED. 2. A genere sine signo vniuersali ad speciem tantum negatiue ducuntur argumenta. Nam cui adimitur genus, eidem adimitur & species: *vt, Lapis non est animal. Ergo lapis non est homo. Bona est consequentia ex illa maxima.*

Collat. DISC. *Imo bona est è syllogismi boni legibus: maxima ad primum tantum iudicium potest accommodari. sic: Si lapis non est animal, nec est homo. Nam cui adimi-*

admittur genus, & contrarium alius. Ego vero: Est axioma connexum necessarium, è negato genere ad negandã speciem: idq; de finitione generis demonstro, quia genus est singulis speciebus essentiale: quare sublata & negata communi essentia, etiam species, quæ illa constarent, negantur.

PAED. 3. A genere sine signo vniuersali affirmative species non sequitur: *vt Arborem habet. Ergo platanum.*

DISC. *Imò Syllogismi legibus sequitur: sed Propositio (Qui, vel, Si arborem habet, etiam platanum) est cõtingens, vnde talis etiam iudicatur complexio. Demonstro autem contingentem esse è definitione, sic: Genus est partibus essentiale. Species pars generis: vnde contingens est, vt vel hæc species sit, vel alia: quia vnaquæque habet essentiam & nomen generis.* Propug.

PAED. 1. A specie ad genus tantum affirmative ducuntur argumenta: *vt, Homo est, Igitur animal. Valet consequentia:* Posita enim specie, necesse est poni genus. A Specie. 1. Maxima.

DISC. *Compleo syllogismũ sic: Si homo est, animal est. At homo est. Ergo animal. Propositio connexa est necessaria: quia necessariam connexionem habet, ex specie affirmata ad genus. Est enim genus cuiusq; speciei essentia communis.* Collat.

PAED. *Ex illa maxima hæc intelligitur:* Negata specie aliqua, non est necesse genus negari: *vt, Dialecticam non tenet. Ergo nec artem. Consequentia non valet.* Oppug. Respõt.

DISC. *Consequentia ex syllogismo valet: sed quia primum*

primum propositionis iudicium contingens est, etiam illa vt contingens admittitur vel negatur. Qui Dialecticam non tenet, is nec artem tenet. Est, inquam, Axioma contingens: quod genus sit singulis speciebus essentiale: ideoque qui non habet in vna specie generis essentiam, is hanc in alia habere vel etiam non habere possit.

A spec. ad spec.

PAED. *Sed est & argumentatio à specie ad speciem ex tali maxima:* De quo species affirmatur, de eo negatur species diuersa: *vt, Socrates est homo. Ergo non est equus, &c.*

Respon.

DISC. *Miror te ex Generis & specierum affectione in Oppositis recidere. Quomodo species inter se affectæ sint, id ad earum cum Genere affectionem nihil attinet: sed est respectus oppositionis, vbi illa maxima etiam ab Ramo posita est:*

Li. 1. ca. 12.

Hactenus de Genere & Specie.

Diuisio Accidētis. per accid.

PAED. *Præter eos Diuisionis modos, quos Ramus tradit, etiam alij Diuisionem Accidentis per accidentia docent: & Rodolphus Agricola Diuisionem per omnes locos Dialecticos traduci posse censet.*

Respon.

DISC. *Illi subiectum angustius, quam par erat, sumunt: sed logicè etiam adiunctum huius sit illius subiectum. Attamen qui illam accidentis per accidētia diuisionem tradiderunt, ijdem etiam monuerunt eam per omnia genera Categoriarum, excepta Substantia, diffundi. Itaq; in hoc modo reliquos fere repetunt et confundunt, nec vlla exempla tradunt, quæ nō cōmodissimè & appertissimè in nostræ distributionis genera cadant: quod similiter de Rodolphi admo-*

Gorse. lib. 4. &c,

nitione

nitione iudicandum est.

De. Gene. re, & specie Diuisio nominis

PAED. Postremo Diuisio nominis multa significationis praeterita est; quae tamen magnum vsum habet.

Respon.

DISC. Ea ad distributionem è subiectis referenda esse videatur: quod voces rebus significandis adiunctae & impositae sint. Attamen eiusmodi diuisio etiam in milla legitima & methodica explicatione, sed tantum in Lexico & Commentario locum habet: vbi illa potius qualiscunq; & vndecunq; collecta enumeratio, quam accurata diuisio fuerit. In omni legitima et methodica explicatione vocis significatio simul cum reipsa, definitione aperitur: & ad significationes intelligendas subsidio est illa Rhetoricae distinctio, quod voces aliae sint propriae, aliae modificatae:

Leges diuidendi.

PAED. Porrò leges diuidendi praeteritae sunt. Prima, vt omnis diuisio duabus differentijs, è diuerso positis fiat. Secunda, vt per eas differentias, quae repugnent, hoc est, nequaquam in idem conuenire possint, fiat. Tertia nè quid in diuidendo aut praetermittatur, quod necessarium sit, aut addatur, quod natura rei non admittat.

Respon.

DISC. Nemo putet ab Ramo ita temerè quicquam esse praeteritum. Duae illae primae leges vna comprehendi poterant, quod sint de oppositis partibus? Ramus itaque duas primas accuratissimè hoc lib. 1. cap. 24. axiomate complexus est: Distributio sumitur ex argumentis toti quidem consentaneis, inter se autem dissentaneis. Itaq; tantò accuratior erit, quanto partium, & cum toto consensio, & inter se dissensio maior fuerit.

Dichotomia.

Vnde intelligimus, Totius in duas partes contrarias (contrariorum enim maxima est dissensio) Dichotomiam omniũ accuratissimam esse: vbi si maximè voces contrariarum communiouum desiderentur, solèt binis speciebus tamen dichotomia perfici. Sin verò nec id fieri possit, intelligimus quoquo modo in disparata diuidendum esse. Deinde ne quid desit, aut redundet, etiam in Definitione requiritur: quare accurate etiã communi vtriusq; lege Ramus & de diuisionis cum partibus omnibus, & de Definitionis cum definito reciprocatione præcepit. lib. 1. cap. 25.

Oppug.

DE DEFINITIONE.

PAED. *Quia Definitio alia est Nominis, alia Rei: hæc distinctio ante explicanda fuisset, quam alterutra vel vtraq; definienda.*

Respon.

DISC. *Consequens concederem, si antecedens verum esset. At non est alia quædam nominis, alia rei, sed vna est generalis definitio & ad rem & ad nomẽ, & ad vtrunq; definiendum accommodata. Itaq; etiam rectè illa vna generali definitione exponitur, nẽpe,* cùm explicatur quid res sit. *Quæ verò aliys Definitio nominis appellatur: ea vel Notatio est, vel interpretatio sermonis figurarum & phraseos, vt inquit Philipp. li. 1. Notatio non est definitio, sed peculiare argumentum ortum. Interpretatio illa est diuersarum artium artificij: ideoq; non logica definitio. Et præcipua hæc vis est Rhetorices in Troporum & figurarum explicatione. Sed logica etiam hic adhibetur, vt cum vel pari & eiusdem significationis vel contra-*

Defin. nominis.

contraria voce, vel notatione vox explicatur. Attamen hæc explicatio nec definitio est, nec nouum artificium habet, sed communis argumentorum vis est. De Genere & specie.

PAED. Eaque vicissim definito argui potest. Hæc admonitio superuacanea est: quod & ex argumenti definitione constet, alterum affectum arguere alterum, et communi reciprocationis lege apertius hæc affectionis reciprocatio exprimatur. Oppug.

DISC. Imò nihil arguere intelligitur, nisi cui argumẽti nomẽ tributũ est. At nec definitione argumẽti rei, q̃ arguitur, nec cõmuni reciprocationis lege definito argumenti nomen tribuitur: sed illa argumentũ à re, quæ arguitur, distinguitur, hac virtus & laus definitionis, vt sit aqualis definito, sancitur. Ergo ne definito arguẽdi vis negata videatur hic nominatim tribuitur, præsertim cum ipsa Definitio argumentum ante nominata, & iam definita esset. Respon.

PAED. Ramus obscurius Definitionem in perfectam, & imperfectam seu Descriptionem diuidere videtur. Alij enim luculentius Definitionem rei deuidunt vel hoc modo; Definitionum rei sunt quatuor formæ, Essentialis, Caussalis, Collecta ex coaceruatione partium, &, Collecta ex coaceruatione accidentium, vel hoc modo: Duo sunt genera Definitionis rei: vnum, quod ex illis, quæ naturam rei, atque essentiam attingunt, conficitur, vnde illa οὐσιώδης, id est, essentialis dicitur. Alterum, quod per ea fit, quæ etsi naturam rei & substantiam non attingunt, tamen in eam Diuisio Defin. 1. Essẽtial.

conueniunt:& non tam quid verè sit, quã qualis sit, demonstrant. Sumitur enim ex rebus aduentitijs, & Descriptio nominatur. Rursum essentialis est triplex, vna ex genere & differentia, altera partitionis & diuisionis, tertia causalis. Descriptionis verò hæ multiplices formę enumerantur: Descriptio ἐννοιοματικὴ notio ποιότης qualitas κατὰ μετάφορὰν, ex translatione κατὰ ὁμοίωσιν ex similitudine κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου per euersionem contrarij, κατὰ ὑποτύπωσιν per declarationem euidentem, ὡς τύπος per exempla vel exemplaris, κατ' ἔνδειαντον πλήρους per defectum integri seu pleni, κατ' ἔπαινον per laudem, κατ' ἀναλογιαν per proportionem, κατὰ πρός τι per relationem. Et rursus duo sunt Descriptionis genera vnum breue & pauciorib. verbis cõprehensum, alterum longius & pluribus verbis circumductum. *Vides quam multa à P. Ramo prætermissa sint.*

Breuius
Longa.

Respon. DISC. *Video illa omnia non esse ita à Ramo cumulata & confusa: sed video contra ab Ramo legitimè & perspicue Definitionem diuisam esse. Omnis enim definitio vel est perfecta & essentialis, ex causis essentialibus, vel imperfecta ex alijs etiam argumentis, siue cum aliquo essentiali coniunctis (quod accuratius est) siue etiam seorsim adhibitis. Hæc Dichotomia vt certa, ita & perspicua est: cetera illa confusæ, impriæ & obscuræ. Primò* Essentialis & Causalis,

Essential.

quæ

quæ dicuntur, nominibus distinguuntur, sed reipsa eadem sunt, & præterea obscura confusione laborant. De definitione.

Essentialis enim dicitur ex genere & differentia specifica consici: Caussalis ex caussis vel omnibus vel quibusdam. At genus caussas communes, materiam & formam continet: differentia est ipsa forma. Ergo & 2. Caussæ.
essentialis est caussalis. Deinde quando caausssis ex caussis omnibus consicitur, obscuram tautologiam habet, quia vel plus vel minus, quam essentialis cõtinet. Ergo quæ essentialibus caussis, quales genere & forma comprehenduntur, constat, ea Perfecta veraque definitio est, potestq; & Essentialis & Caussalis dici. Quæ verõ vel aliquam caussam essentialem, vel alias aut solas, aut cum alijs argumentis adhibet: ea descriptio est, & quidem aliquando breuitate definitioni ferè par, sed tamen descriptio. Porrò quæ ex par- 3. Partiales.
tibus colligitur, ea, nisi essentiales partes vno definitionis symbolo, vt genere formaq;, comprehendat, nõ perfecta definitio, sed vel descriptio est ex partib. vel potius partitio, quam definitio. Et quatenus partes essentiales colligit, etiam hæc essentialis dici queat: ximo & Caussalis, quod partes sint etiam caussarum symbola. Vnde apparet genera illa vitiosa esse, vtpote oppositis formis non distincta. Postremo Collecta ex accidentibus est omnino descriptio ex effectis, subiectis, adiunctis vel alijs argumentis, nomine Accidentis confusis. Sic enim hæc, vt multa alia, ad Prædicabilium fragmenta contorta sunt: & tamen ante caussarum doctrinam etiam Caussalis definitio docetur, credo vt omnia sint Porphyriana, hoc est, confusa &

traiecta. De altera Diuisione breuiter respondeo, primò quidem Definitionem in essentialem, quæ οὐσιώδης dicitur, & in Descriptionem non malè distingui:

1. Essential. sed genera singulis subiecta, partim impropria, nimisq; confusa, partim verò falsa esse. Essentialis hæc tres primas superioris quadripartitæ speciei cõplectitur tãquam genus, vt ex genere formaq;, & ex causis, & ex partibus dicatur essentialis: sed & causalis vnaquæque harum dici potest, vt antedixi. Ergo nostra perfecta definitio manet verè essentialis, quippe ex essentialibus causis: cetera descriptiones

2. De scrip. sunt. Descriptioni deinde nimis multa aliena & falsa subijciuntur. Nam vel à fine, fructu, seu effectu aliquo, non tamen proprio, vel ab argumentis ipsis, vel à Rhetorico tropo nomina descriptioni tribuuntur, vel descriptiones non sunt, quæ esse dicuntur. At nec ex argumentis, quibus constat, nec ex aliquo communi vsu vel fructu, multò minus è Rhetorico tropo genera Descriptionis distingui possunt aut debent. In analysi quidem argumenta, è quibus cõstat, distinguuntur, et sic descriptio ex his vel illis argumẽtis nominatur: sed

1. inde nõ sunt distincta genera. Prima dicebatur ἐννοιοματικὴ notio, vt quæ ex effectis aut signis rem desinit. At cur illa potius notio, quam vel alia hoc, vel hac alio nomine appellatur? An quod notionem & intelligentiam efficiat? At id & perfecta definitio potius, & reliquæ etiam descriptiones, imo oẽ argumenti genus per dispositionẽ facit. Nec tamen illa ex effectis tãtũ

2. sit sed aliæ etiã argumẽta permiscentur, vt exẽpla ostendunt. Secunda erat ποιότης, qualitas: at qualitas, sim-

simpliciter adiũctũ, cõparate similitudo vel dissimilitudo est. Et cur descriptio ex accidentibus & adiunctis illo alieno appellatur nomine? Descriptio non est qualitas ipsa. Tertia κατὰ μετάφορὰν, vt adolescetia est flos ætatis. At Metaphora tropus est, quæ non describit, nec est descriptio, sed sed in descriptionem, vt malorum etiam argumentorum enunciationem incidit. Descriptio itaq; vel explicatio quædam in hoc exemplo est à toto & adiuncto partis simili expresso, κατὰ ὁμοίωσιν, vt, Os humerosq; Deo similis. At hæc non descriptio vera est, sed argumentum à simili ad explicandum similem qualitatem. Sed si maximè è similibus descriptio sit: non tamen ideo distinctum Descriptionis genus fuerit. Alioquin tot essent Descriptionis, quot argumentorum genera, aut quot modis argumenta quædam coniungerentur. Similiter de ceteris iudicandum est, & recordandum, non omnem ex vno alteróve argumento explicationẽ esse statim descriptionem, nisi quid res sit omnino explicetur. Itaque analysin argumentá nominatim distinguere, è quibus quæque constat descriptio, perspicuum est: sed quot sunt argumenta, tot, aut aliæ etiam, vel ab accommodatione & fructu, vel à tropo. fingere distributionis genera, id maximam confusionem & obscuritatem parit. Sic è generalium artium, tam analogia, quam anomalia, tantam videmus figurarũ & obseruationũ copiã ab interpretibus collectã esse, vt eas oẽs iuuentus nullo modo attingere aut recordari queat: cũ tamen breui illarum artium artificio omnia in vsu perspicuè reteneri possint.

De defin. 3. 4. Copia figurarum.

Leges defi. PAED. *Cum verò definitio ex alijs argumentis sit diligenti accuratione conficienda: non rectè videtur Ramus nullas definiendi tradidisse leges. Prima enim hic lex est, vt neque plura, neq; pauciora complectatur definitio, quàm ea res, quæ definitur. Secunda est, vt definitio sit oratio, quæ quid sit res, hoc est, substantiam rei, explicet. Tertia, vt perspicua & aperta sit, &c.*

Respon. DISC. *Nihil etiam hic præteritum est. Prima lex tradita est communi axiomate, vt definitio cum definito reciprocetur, li. 1. cap. 25. quod non fieret, si plura aut pauciora complecteretur. Secunda est ipsa huius generis Definitio*, cùm explicatur quid res sit: *Sed per species distinguitur, perfectam definitionem è causis essentialibus, quibus essentia accuratissimè definiatur: imperfectam ex alijs etiam argumentis*

Perspicuitas. *confici. Tertia de perspicuitate pugnat cum legibus cognationis & proprietatis. Perspicuitas enim est virtus trium generalium artium communis, ideoque nō Dialecticæ ac multò minus vnius argumenti propria: nec propriè in parte sic enunciatur, quod est totius.*

Breuitas. *Tota oratio aperta & perspicua erit: & talis communi generalium artium artificio, rectè ad illustriū exemplorum imitationem adhibito, efficitur. Breuitas etiam solet requiri, sed ea in definitione perfecta præcipue locum habet, præcipiturq; ipsa definitione, qua illa ex causis essentialibus quales genere & forma comprehenduntur, definitur. Descriptio aliquando ferè breuitate par est, sed sæpius tamen illustrior & magnificentior, quæ etiam virtus est, & hic nominatim præcipitur, l. 1. c. 30.* PAED.

PAED. Postremò vsum Definitionis considerem⁹: à definitione ad arguendum definitum, & viciſſim, argumenta aientia & negantia ducuntur, eaq; nunc ab attributo, nunc à subiecto sumpta, his firmamẽtis. De definit. Maximę.

Cui conuenit definitio, eidem nomen seu definitum conuenit, viciſſimqúe, quod Definitioni conuenit, id definito cõuenit: vt. Si iuſtitia eſt habitus rationi conſentaneus, rectè virtus appellabitur. Pygmæus eſt animal rationale. Ergo eſt homo. Ars benè dicendi eſt vtilis. Ergo & Rhetorica.

DISC. Ramus, non de modo argumentandi, ſed de vi ac proprietate huius argumenti, primum communem cum Diſtributione Maximam tradidit, quomodo videlicet reciprocentur: deinde Definitionis vim propriam ita definitione & ei addita affectionis regula aperuit, vt nullæ præterea maximæ requirãtur: ſed illa documenta tum ad naturam huius argumẽti intelligendam, tum ad axiomata inde facta declaranda ſufficiant. Maxima igitur hæc, ex communi illo Axiomate & definitione eiuſq; appendice ducta, nihil noui præcipit: atque eadem ratio eſt, ſiue directè hæc affecta ſumas, ſiue ijs aliquid attribuas, idq; propter æqualem vim reciprocationis. Sic igitur è Rami logica reſpondeo: Axioma illud Connexum eſt neceſſarium: quia neceſſariam connexionem habet, nempe è definitione & definito, quæ inter ſe reciprocantur, lib. 1. cap. 25. lib. 2. cap. 3. Enthymemata illa bonam habent conſequentiam ex Syllogiſmo: ſed fundamentum eſt in propoſitionibus, quæ ſimiliter ſunt axiomata ne- Collat. Videl. 1. c. 25. & 30.

ta necessaria reciproca.

PAED. Cui non conuenit definito, eidem nec definitum conuenit: valet ad refellendum: *vt, Si neq; sacrum, neq; de sacro quicquam surripuit, non est sacrilegus.*

2. Maxima

3. Maxi. Item, Cui definitum conuenit, eidem & definitio conuenit, & quod definito, idem & definitioni: *vt,*

Si Dialecticam tenet, etiam artē bene disserendi.

Si Dial. est laudabilis, etiam ars bene disserendi.

Collat. DIS. *Idem caßim ex eadem reciprocationis lege iudicium: & vna Maxima hic sufficiebat, imò præter legitima artis præcepta, nulla necessaria erat &c.*

PAED. DE INARTIFICIALI ARGV.

Oppug Compl. Propo. *PRimum Inartificiale, quod dicitur, argumentum in locis Dialecticis male mihi numerari videtur.*

Assump. *Nam quæ non in ratiocinatione, sed in sensibus posita sunt, & facti sunt, non artis: ea nihil ad Dialecticam pertinent. Sed loci probationum inartificialium non in ratiocinatione, sed in sensibus posita sunt, & facti sunt, nō artis, vt testimonium, iusiurandum, præiudicia, rumores, tabulæ. Quare sequitur, eiusmodi locos*

Compl. *ad Dialecticam non pertinere. Fides enim disputando non ex testibus, sed ex argumentis eruitur. Non enim tam auctores in disputando, quam rationis momenta quærenda sunt, ait Cicero libro de nat. Deo. Itaque ex Rhetorum disciplina, in qua sola illa argumenta Aristoteles tradidit, eruenda sunt.*

DISC. *Miror quid hoc sibi velit: si in Rhetorica sunt exili-*

explicanda, cur non in Dialectica? An quæ in Rhetorica argumenta sunt, ea in Dialectica non sint? Cur an nomen aut vim amittunt? Si arguunt & fidem faciunt in Rhetorica etiam in Dialectica. Sed, ais, in Rhetorica probabiliter arguunt. Et in Dialectica, inquam, probabilia & contingentia axiomata à necessarijs distinguuntur. At vero sæpè iam dictum est, Rhetoricam tantum ornatus artem esse: & quæ vulgo in forensi Rhetorica inueniendi & disponendi siue præcepta siue consilia traduntur, ea è Dialectica tanquam riuulos ex fonte, deducta, & ad certa causarum genera accommodata esse. Quo autem tu argumento è logica exterminas inartificialia, eodè etiã è Rhetorica exterminari possunt. Vtraq; enim ars est hoc est generalium documentorum cõprehensio. Breuiter igitur ad illud argumentum respondeo, præcepta inartificialium non minus esse generalia ac rationis, quam aliorum argumentorum. Sed vt testimoniorum, ita & aliorum argumentorum quædam exempla sub sensus cadunt, vt singulares causas, singularia effecta, & ita deinceps: in quibus tamen nihilominus logica, quæ est de omni ente & non ente, vis consistit. Et sic sensus rationis ministri sunt, vt generalis præcepti notio ad singulare exemplum accommodetur, De Inarti. ficial.

PAED. Deinde inartificiale argumentum non sua natura, sed assumta artificialis alicuius vi arguere dicitur. At cetera omnia argumenta ideo potius ab Inartificiali pendere videantur, quod Vsus auctor & censor omnes artes sua auctoritate pepererit & exploret. Oppug. Defin.

DISC.

Propug. DISC. *Ea vis est in exemplis eorumque inductione, vnde generales notiones colligumtur, non in testimonio, id est, huius vel illius auctoris affirmatione & negatione. Non ideo documentum aliquod artis legitimum est: quia ab hoc vel illo auctore sic enunciatum: sed quia ab exemplarum inductione collectum est. Itaque in Præceptis & eorum principijs non est affectio testimonij & rei testatæ, sed exemplorum specialium & generis, seu inductionis partium ad totum. Exempla quidem singula suos habent auctores, sed vt procreantes aut conseruantes caussas: vbi quidem auctoritatis vis etiam inest, sed ea peculiarem qualibet exempla rationem habere testatur, nō vt habeāt per se efficit. Caussa, effecta, subiecta, adiuncta & cetera argumenta, suam arguēdi vim habent, non quidem inde, quod aliquis eam illorum vim esse pronunciauerit: sed quòd ea affectionis in rebus sit, à Deo ordinata, sicut exemplorum inductione deprehensum est. Itaque non cetera argumenta inartificialis vi, sed hoc illorum vi arguit, quæ in teste, & in re testata spectantur, vt inde affirmationi vel negationi in testimonio fides adiungatur.*

PAED. *Sed alij Testimoniorum alia, quam Ramus enumerauit genera: & quidem nominatim γνώμας & χρείας distinguunt, & quemadmodum ea tractā da sint, monent. Quare velim breuem hic è regione collationem instituas.*

Collat. DISC. *Rectè, in tabula breuiter opponam.*

1. Ar-

Ex Ramo.

1. Argumentum inartificiale *est, quod non sua natura, sed assumpti artificialis alicuius vi arguit.*

2. Itaq; cum exquisita rerũ veritas *subtilius, exquiritur perexiguam vim probatiõis habet, etc.*

3. Id vno nomine testimoniũ *dicitur: est q; Diuinum vel humanum.* (*Magna illa in legem catholicam confusio est. Humana quædã testimonia præmittuntur: postremo testium testimonium in diuinum & humanum distinguitur, & præcedẽtia quinque cõmodissimè sub humano comprehendi potuissent.*)

4. Diuina *sunt Deorum oracula, responsa vatum & fatidicorum (Ramus generatim dichotomia cõplectitur. Oracula autem*

Ex alijs.

1. Inartificiales dicũtur loci ex *quibus ea ducuntur argumẽta, quæ foris assumuntur, neq; inhærent in rei natura, &c. Valer.*

2. Constat in Philosophia plꝰ valere *demonstrationes, quam auctoritatem. In doctrina Ecclesiæ, &c. Phil. Mel.*

3. Auctoritas dicitur testimoniũ. *Phil. Est q; Diuinũ vel humanũ. Val. Quinctilianus cõfusè sex genera enumerat, A præiudicijs, à rumore & fama, à tormẽtis, à tabulis, à iureiurando, à testibus.* *Lib. 5. ca. 1.*

4. Diuina *sunt, quæ diuinitus aut aĩs omnium hominum insita sunt, quæ est Lex naturæ: aut sacris litteris prodita, vel diuino quasi*

sunt siue voce, siue ꝑ digio & signo edita sint: cetera sunt responsa vatum & fatidicorum, siue illi somnio, siue alio instinctu moti sunt. Lex naturæ est humanum testimoniū, quippe non pecnliare diuinum &c.)

5. Testimonium humanum est commune aut proprium.

(Omnia testimonia spectantur ex auctoritate: Voluntas ad efficientem, vt eius modus, non ad testimonium pertinet. Species illæ confusius enumeratæ, vel Rami generibus commode comprehendūtur, vel testimonia non sunt.

6. Commune vt Lex

uino quasi ore pronunciata, vt oracula & vaticinationes, aut visis quibusdam somniorum significata, aut de cœlo seruata, vt portēta, etc. Huc ꝑtinēt ethnicorū auspicia, responsa sacerdotum, haruspicum, cōiectorū &c.

5. Humana sunt, quæ *spectantur ex auctoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expressa: in quibus insunt Scripta, pacta, promissa, iurata, quæsita. Huc referuntur, Gnomæ, paremiæ fabulæ, apologi, chriæ, apophtegmata, axiomata Physica et mathematica, probationis non indigentia. Et leges, Senatusconsulta, responsa prudentū, mores, hominum etiam opiniones. Item illa sex, quæ paulò ante ex Quinctiliano enumerata sunt, &c.*

Applicatio.

6. Hic significantur, Lex naturæ

&illustris sententia.
Lex non scripta.
Scripta.

7. Sentētiæ illustres sunt Prouerbia & dicta sapientum.

Proprium tum mortuorum, vt Platonis, Homeri, Virgilij &c: tum viuorum, vt de fundo, cæde, aut alio negotio, & Obligatio, naturæ, Consuetudines seu Mores Leges scriptæ, Senatusconsulta, Responsa prudentū (*quanquā hæc & ppria esse possūt*) Pręiudicia (*si publicā auctoritatē habeāt, alioquin aut similia exēpla, aut ppria testimonia sunt*)

7. Paremiæ *Fabulæ & Apologi sunt similia: sed aliquando Prouerbialem vim habent.*

Gnomæ *sunc dicta sapientum, vt &* Apophtegmata, *nisi ppria sint.*

Axiomata artiū, *quādo vt testimonia adhibētur: alioquin sūt argumēta à definitione, diuisione, et à ppriet atū, per cetera argumēta explicatione.*

χρεῖαι sūt dicta quorūcunq; *artificium, aut hominu, mquibus auctorū nomina adduntur.*

Præiudicium *nominati iudicis Proprij exemplum est, & sic*

tio, vbi Pignus Cõfessio libera vel expressa: vbi Experiẽtia, denique iusiurãdum.

Tabulæ publicæ vim Legis habent.

Apophtegma *certi auctoris*: itemque Respõsum *Scæuulæ, &c.* Testes *nominati.* Tabulæ *sunt Obligationes, vt apochæ, antapochæ, epistolæ, chirographa, codices accepti & expẽsi, pacta etc.*

Ad illustres sententias, tanquam prouerbia, referri videntur Rumor, fama, & communis opinio, sed hæc etiam propria esse potest: quanquam ob incertam auctoritatem vix etiam testimonia fuerint.

De maximis.

PAED. *Ramus nec testimoniorum maximas nec quemadmodum illa argumenta tractanda sint, docet. Sunt autem hic eiusmodi regulæ.*

1. Reg.

1. In Philosophicis materijs plus valet demonstratio, quam auctoritas, si illa adhiberi queat: alioquin rectè dicitur: Fides eruditissimis in arte quauis habenda est, & viris prudẽtibus atque expertis. Hinc valet argumentum affirmativé: *vt, Ptolomeus tradidit solem maiorẽ esse terra centies sexagies sexies. Ergo hoc verum esse credendum est. Sequitur ex illa maxima. At hoc: Ptolomeus non docuit motum octauæ sphæræ. Ergo non mouetur proprio motu: non sequitur: quia valet consequentia ab auctoritate veri artificis affirmative, non negative. Item, Epicurei & Cynici derident doctrinam de motibus cœlestibus. Est igitur inanis. Negatur consequentia: quia artificum iudicijs assentiendum est, non aliorum.*

Negatè.

In

In doctrina Ecclesiæ, auctoritas diuina primus & præcipuus & firmissimus locus est: vnde valet consequentia affirmatiue & negatiue: quia necesse est Deum sic agnoscere & inuocare sicut se patefecit: *vt D. Paulus & Ioannes asserunt vnum esse mediatorem Iesum Christum, etiam intercessionis, vbi de quotidiana pœnitentia & precatione agitur. Rō. 8. 1. Tim. 2. 1. Ioā. 2. Ergo hoc verissimum est, & impia est distinctio mediatoris redemptionis ac intercessionis.* 2. Reg.

Multum valent etiam argumenta à veræ Ecclesiæ auctoritate ducta: sed tamen norma sit vox diuina. In humanis & politicis legibus magna etiam vis est auctoritatis. &c. 3. Reg. 4. Reg.

DISC. *Imò & Ramus verè logicas Inartificialis argumēti maximas tradidit:* nempe primò Definitionem eiusdem, qua assumpta eius vis distinctè docetur, *deinde duplex hoc è subiectis axioma:* Itaque cum exquisita rerum veritas subtilius exquiritur, perexiguam vim probationis habet. In ciuilibus autem & humanis rebus plerumque hoc argumentum præcipuam fidem è moribus arguentis efficit, si prudentia, virtus, & beneuolentia adfuerint. Tum Distributionem eiusdem: postremò de obscuriore reciprocatione. *Hæ Rameæ Testimoniorum & verè logicæ maximæ sunt, quibus non Consequentia sed argumēti affectio & vis, vnde primum iudicium pendet, de-* 3. 4.

1. demonstratur. Nunc conferamus: Prima aliorū maxima est consectarium è prima & secunda Rameæ, quod demonstrationes, hoc est, artificialia argumenta plus valeant: deinde quod auctoribus expertis credendum sit, quod tamen satis non est, nisi prudentia expertorum etiam virtus & beneuolentia coniunctæ sint

2. Secunda est Specialis & Theologiæ propria, ideoque non logica. Deus. n. præcipit nominatim in Theologia: Quæ ipse doceat & mandet, ea credenda & facienda esse, &c.

3. Tertia est admonitio è generali logica & theologica illa deducta: Quarta etiam specialis est, de legū
4. vi ex generalibus duabus primis Rameis deriuata. Exempla autem sic iudicamus Syllogismos complendo:

Si Ptolomæus tradidit, solē maiorem esse terra cēties sexagies sexies, certe id verum esse credendum est.

At primum. Ergo & postremum.

Propositio contingens est: quia cum exquisita rerum veritas exquiritur, testimonium perexiguam vim probationis habet. Consequentia ex primo modo connexo per se firma est, etiamsi quæstionem contingentem concludat. Similiter de negato & ceteris iudicamus.

Si D. Paulus & Ioannes testantur, Christum esse vnicum mediatorem: certe qui plures statuunt, ij impie sentiunt. Axioma necessarium est: quia apostolorū doctrina spiritum sanctum auctorem habet, &c.

In sum-

In summa, Maximarum vsu iudicium necessitatis & probabilitatis à consequentia iudicio non distinguitur.

PAED. Postremo hic reciprocatio non modo obscura, sed nulla esse videtur: quia argumentum à re testata potius est ab effecto. Oppug.

DISC. Si à facto vel dicto simpliciter caussa arguatur & commendetur, argumentum ab effecto fuerit: sin auctoritas & veracitas alicuius vt testis, à dicto testimonio, hoc est, ab affirmatione vera vel falsa, disputetur, tum vis à testato seu testimonij auctoritate est. Propug.

PAED. Perstrinximus hactenus inuentionis praecipua capita: sed reperiuntur etiam alij apud Aristotelem in Topicis loci, vt ab appetitu, idea, complexione, ente, bene habēte, cognomine, compositione, oppositione, ablatione, instātia, digressione, potestate: quos quia minuti sunt, praetereundos censeo. Oppug.

DISC. Imo insulsi & inepti sunt: ac si quid in exemplis veri sit, id sua sponte in veros locos cadit. Itaq; inuentionis repetitiones concludamus. Propug.

Finis libri primi.

AD P. RAMI DIALECTICAE LIBRVM SECVNDVM DE IVDICIO.

COMPARATIO I. DE AXIOmatico Iudicio.

I. THESES.

DIALECTICAE pars altera est in iudicio.

2. Iudicium est secunda pars Logicæ, de disponendis argumentis ad bene iudicandum. &c.

Et ita deinceps vel ipsa præcepta, vel eorum consectaria ad disputandum proponi solent.

2. QVAESTIO.

An Iudicij Definitio & distributio, totaque deinceps Axiomatum doctrina sit legitima.

Affirmatur à forma & subiectis:

SI tum iudicicij Definitio ac distributio omne disponendi ac iudicandi artificiũ reciprocè complectuntur, tum Axiomatica doctrina vniuersa omnes veri falsiq; iudicandi rationes legibus conuenienter explicat: certè & vtraque illa, & tota axioma-

tum

tum doctrina legitima fuerit.
At priora. Ergo & posteriora.

CONTENTIO.

QVoniam de ipso ad iudicium ingressu: deque primo iudicio proximè in Schola nostra disputatum est: eius disputationis præcipua quædam capita nunc breuioribus repetitionibus perstringamus. PAED. Transitio.

Principio igitur mihi altera pars Logicæ potius Dispositio, quam iudicium nominanda videtur. Oppug.

Nam si Inuentio est de argumentis, quæ sunt singulæ rationes, inueniendis, vt Etymologia de simplicibus vocibus distinguendis: certè vt altera pars Grammaticæ, de vocibus construendis, Syntaxis: ita altera pars logicæ, de argumentis disponendis, Dispositio rectè nominatur. Nam ita & ipse Ramus iudicium per Dispositionem definit, cùm analogia potius requirat, vt sicut Inuentio de inueniendis argumentis, sic Dispositio de disponendis ijsdem definiatur. Propo. As. co.

At primum. Ergo & postremum.

DISC. P. Ramus nominatim monet, hanc partem & iudicium, & Dispositionem pro eodem dici, vt nulla hic contentionis materia sit. Propug.

PAED. At iudicium est effectus Dispositionis logicæ, & præterea omnes artium regulæ iudicant. Ergo potius Dispositio à caussa, quam iudicium ab effectu, & quidem aliarum artium communi, appellabitur. Et sic Aristoteles τάξιν, θέσιν, διάθεσιν & γένεσιν, id est, ordinationem ac Compositionem argumentorũ, cõtra, ἀνάλυσιν, dispositorũ resolutionẽ, nominauit, Oppug.

Propug. DISC. *Dispositio instrumentum est, iudicium autem finis, quo non modo illa ipsa, sed etiam inuentio refertur. Ergo hinc potius præcipua appellatio est.*

I. *Iudicium enim hic principalis animi intentio est, vt verum à falso, consequens ab inconsequente, ordo à confusione distinguatur: vnde potius hæc pars κρίσις & κριτικὴ, id est, iudicium & iudiciaria, quàm dispositio videtur appellari. Deinde & Dispositionis nomẽ Rhetores angustius ad Methodum Orationis detorserant. Plurimum autem inter logicum, & aliarũ*

2. *artium iudicium interest. Logicum iudicium est causa omnis iudicij, aliarum artium iudicium est illius, fructus & effectus. Quia illud est generalissima doctrina de formãdo iudicio, hoc autem est formatum iudicium, Axiomatum logica est doctrina de enunciationibus formandis, ac veris falsisq; iudicandis, Syllogismi de argumentationibus conficiendis, eorumque consequentia æstimanda: Methodi de axiomatũ variorum ordinatione ordineq; à confusione dijudicando. At regulæ aliarum artium sunt axiomata, legibus axiomatica doctrina formata: quibus tanquam Syllogisticis propositionibus, de exemplis ipsis propositis, iudicatur, sed nulla iudicandi doctrina instituitur. Syllogismi in bonis auctoribus sunt exempla syllogisticæ doctrinæ, quibus hæc non instituitur, sed exercetur. Sic denique & Methodus in artibus & alijs scriptis Methodicæ doctrinæ, non institutio, sed ad exem-*

Propo. relata. *plum accommodatio est. Quapropter cum Logicum iudicium sit magistra omnis iudicij certa dispositione conformãdi cumq; omnium artium regulæ, omniaq;*

adeo

deo omnium auctorum axiomata, argumentationes & ordinationes, vt illius fructus, eius etiam vi, de suis exemplis iudicent: rectè generalissima iudicandi doctrina & magistra iudicium nominatur. De iudicio

PAED. Quid si iudicium non in Genesi seu Dispositione, sed in Analysi, esse ostendam? Nam cum tota Dialectica in Theoricam & Practicam seu Poeticam diuidatur: Genesis Syllogismorum est Theorica; Inuentio autem & iudicium practicam partem faciunt. Genesis enim Syllogismorum nudos canones prescribit, quibus ratiocinatio conformetur, & sic communem argumentationum formam tradit sine certa materia, quæ deinceps posit in quamlibet materiam accommodari. Inuentio autem inueniendæ deinceps materiæ rationem explicat: vnde argumentatio, forma cõmuni in illam accõmodata, exstruitur qua deinde analysi iudicatur, dum & de materia & de forma quasi sententia fertur. Quapropter nec iudicium in Dispositione est, sed in analysi, nec inuentio Genesi Syllogismorum rectè præponitur. Itaq; etiam dispositio seu Genesis illa potius Synthetica, quã Critica, & Analysis Critica appellanda est. Ordo autem is in Logica describenda seruandus est, vt præmissa de cõmunib. elementis Stœchiologia, primo Synthetica de Argumentationũ cõmunib. formis, deinde inuentio de triplici materia, necessaria, probabili & sophistica, ac tertio analysis de iudicio & censura argumẽtationũ ex triplicis materiæ et formæ exploratione doceatur. Oppug de analysi. Ordo Dialectic. Propug

DISC. Agnosco quæ cum è multis alijs Alexandri & Porphyrij sectatoribus, tum è Ioan. Hospiniani lib. 3.

lib. 3. & 5. ad veram naturalis iudicij lucem obfuscandam obijcis. Quæ cùm ad Logicæ partitionem initio fere disputata sint, nunc ita breuiter respondeo: Omnis ars ijsdem omnino præceptis & θεωρίαν ac ποίησιν seu praxim, & similiter Geneſin ac Analyſin efficit: nec enim quiſquam mihi diuerſa documenta in vlla arte oſtendat. Modi quidam exercitationis, quæ eſt praxis, iuxta præcepta artis ſeu contemplationis rectè ſuſcipiendæ præſcribi poſſunt, ſed præcepta diſtincta & noua non poſſunt. Tota igitur ars logica Theoria eſt, et vniuerſæ artium ceterarũ theoriæ domina, quæ ſuis præceptis vſum & exercitationem gignit. Item eadem ijſdem documentis axioma, Syllogiſmus aut Methodus, tum è ſuis principijs componitur, tum in eadem retexitur. Ergo qui diſtincta, tum theoriæ & praxeos, tum geneſeos & analyſeos præcepta fingunt, illi inanem tautologiam & pernicioſam obſcuritatem in artes inducunt. Et porrò, qui primum cõmunes argumentationum formas, deinde Inuentionem de triplici materia tradunt: illi non conſiderant, tum ſe naturæ ordinem, quo ſimplicia, vt ſunt argumenta inuenta, antecedunt compoſita, inuertere, tum vniuerſam logicam eſſe rerum inanem, communeſq; tam inueniendi vias, quam diſponendi formas tradere, quæ in res quaſlibet poßint accommodari. Tota autem Inuentio quaſi ſtœchiologia eſt communium elementorum, hoc eſt, ſingulorum argumentorum ſeu terminorum, è quibus omne Axiomatis & Argumentationis genus conficitur.

Ars eadem theoriæ & praxeos &c.

Obſcuritatis magnæ cauſſa.

Oppug.

PAED. Inuentio definita eſt de inueniendis argumentis.

mentis. Ergo analogia requirit, vt Iudicium similiter de ijsdem iudicandis definiatur: ea enim eius propria vis est.

DISC. At dispositio natura prior, & quasi anima atque lux iudicij est, vt hoc per eam, tanquam suam formam, seu efficiens instrumentum, per quod forma creetur, sit definiendum. Propug.

PAED. Sed ego sic ex Aristotele à disparatis aduersus eandem definitionem colligo: Si iudicium est habitus, vel actus, vel energia: certè non est pars logica, de disponendis argumentis ad bene iudicandū. At primum. Ergo & postremum. Oppug. Ia. Sce.

DISC. Agnosco illam, ex Sceico & alijs, ratiocinationem: cuius ego primum propositionem, deinde assumptionem repudio, vt ita consequens omnino corruat. P. Ramus de arte & præceptis agit, atq; in his iudicij nomen propriè ad alteram artis partem significandam ponit. Tu verò habitum animi, & actum, ex consuetudine, arte, & exercitatione conflatum comparatumq; illi, tanquam disparatum, opponis. Sed túne causſam eiusq; effectum, hoc est, artis doctrinam & habitum, eius vi comparatum, disparatæ facies? Ars scientiam, & vsum, exercitationemq; gignit ac gubernat: cuius idea ac facultas mente comprehensa, est animi habitus, qui certè à sua causſa, hoc est, ab artis præceptis non disparatur, sed cum his cōsentit. Iudicium itaq; logicum proprie iudicandi artem ac præcepta, deinde per metonymiam causſa, etiam factum iudicium & fructum artis significat. Nā sic, vt ante dictum, omnia artium documēta sum per Propug.

metonymiam iudicia, hoc est, fructus & exempla logici iudicij, quæ porro de rebus & exemplis propositis non quidem docent iudicium formare, sed simpliciter iudicant. Et ita cùm Scientia vel opinio, consequentia vel inconsequentia, ordo vel confusio, certis iudicij regulis percepta sunt, iudicium, pro iudicij fructu, per eãdem metonymiam nominatur. An tu igitur ipsam doctrinam, & eiusdem fructum, vt disparata temere oppones? Sed falsum etiam assumis ad te & alios decipiendum. Dicis te ex Aristotele illud argumentum depromere: At Aristoteles nullo loco dicit, iudicium esse habitum, vel actum, vel energiam. Et tamen si maximè Aristoteles ita scriberet in arte tradenda, repugnaret sibi ipsi, & melioribus sententijs seipsum emendaret. Sed, quid te hic meis argumentis reprimere conor? certè seipsos ij protinus reprimunt, è quibus tu hæc sumpsisti: Analytica (ait Iacobus Scecius) est pars artis logicæ, præcepta tradens, quibus argumentorum dispositio cognoscatur. Itemq; Ioach. Perionius, Est enim iudicium argumentorum, quæ inuẽta sunt, ordine certo collocandorum scientia. Ergo illis etiam auctoribus, iudicium est pars logicæ de disponendis argumentis ad bene iudicãdum, non est habitus, non est actus, non est energia, nisi cum metonymicῶs pro artis fructu ita sumitur, vt vel expeditam mentis facultatem, vel operationem ipsam, & factũ exemplum significet. In arte autem vocabula ita significant, vt definiuntur: si aliter alias sumantur, aliter etiam considerandæ sunt.

Assum.

Concl.

PAED. Attamen iudicium seu analysis non est dispo-

dispositio argumentorum omnium, sed tantum necessariorum. Ergo, cùm illa differentia prætermissa sit, non rectè iudicium est definitum. De iudicio Oppug. l. 5.

DISC. Eandē cantilenā de necessarij & probabilis differētia recītas, q̄. ego supra nihil ad totā artē, sed tātū ad ei⁹ particulā, nepe, ad Axiomata, imo ad axiomatū exepla, nō doctrinā ptmere, aliquoties ostēdi. Tota ars necessariorū et ꝓbabiliū cōmunis est: sed in inuētione tamē ita argumētorū affectiones distinguūtur, vt ex ijs et appareat, q̄ necessario vel ꝓbabiliter cohæreāt, et nominatī in axiomatis illud necessitatis et ꝓbabilitatis iudiciū inde distinctè instituatur. Propug. Vide supra

PAED. Certa dispositionis regula vniumquodque iudicari, inquit Ramus: Sed etiam ex argumentorum vi ac reciprocatione est certa iudicādi ratio, quæ non modo ab alijs per regulas consequentiarum & maximas, sed ab Ramo etiam ipso peculiaribus proprietatum regulis exponitur. Vnde appareret: regulam illam non satis firmam esse. Oppug.

DISC. De Maximis primo libro sæpe respondi, eas esse prosyllogisticas ad axiomata declarandum argumenta: quatenus autem eiusmodi regulæ in inuentione ponuntur argumentorum vim & affectionem exponunt, non iudicij formandi doctrinam tradunt. Iudicant vt omnes artium regulæ de rebus sibi propositis, non docent iudicium logicum. Solus autem Syllogismus est Consequentiæ regula: nec vel Axiomatis, vel Syllogismi, vel Methodi iudicium absque dispositionis vi ac doctrina conformari potest. Quapropter regula illa legitima & constans est. Propug.

cum

cum ceteræ etiam iudiciariæ regulæ simul à dispositione pendeant.

De partitione iudicij

PAED. Iudicij *logici genera duo Ramus facit;* Axiomaticum *&* Dianoeticum: *At olim in aliis editionibus alia fecit genera vel species Dispositionis aut iudicij, quod magnum inconstantiæ argumẽtum videri posit.*

Propug.

DISC. *Imo summæ constantiæ, quod accuratissime omnia ad vsus iudicium & censuram, assidua obseruatione accommodauerit. Neq; tamen admodum à seipso discrepauit, nec prorsus, quæ alias statuerat, immutauit. Sæpius tres illas species, Enũciationem, Syllogismum, & Methodum iudicio subiecit: sed Enunciationum doctrinam Aristotelico quodam Oppositionis argumento motus, non satis commode in Inuentionis contradictione aliquando posuerat. Tandẽ verò Dichotomiæ lux affulsit, vt priore genere suo nomine, altero duabus speciebus expresso, ita diuideret,* Iudicium est Enunciati, aut Syllogismi & Methodi. *Postremò autem, ex iudicij vi ac proprietate accuratius considerata, tum priori generi græcum nomen, eius vim clarius significans, tum posteriori generale etiam græcum, communem vtriusq; speciei rationem complectens, ex Aristotele tributum est. Primum igitur* Axiomaticum *à propria dignitate & luce, alterum* Dianoeticum, *à mentis per aliquod medium agitatione & discursu est appellatum,* vide Dial. pag. 299. 300. 364. *Nec mirum, diuersas à* P. *Ramo iudicij diuidendi rationes esse tentatas, antequam ea, quæ propius naturali vsui respõderet,*

deret, deprehenderetur: cum illud variè esset ab alijs disceptum, nec in vlla certa genera distinctum. Iudicium enim in sola Argumentatione collocabatur: cuius elementa fiebant Propositiones, Methodus autē ferè Rhetoricæ, nomine Dispositionis, attribuebatur: nisi quod methodus simplex à quibusdam adumbraretur. De iudicio

PAED. Verumenimuero, quia νόησις est intelligētia, & διανόησις animaduersio: Ramus mihi omnem notitiam videtur nimis impropriè iudiciū appellare. Oppug.

DISC. Tota inuentio est Ramo notitia, imò est ars argumentorum, per quæ omnia noscimus: & tamen logicum iudicium in inuentione non statuit. Neq; igitur omnem notitiam Dialecticum iudicium facit. Omnium artium documenta sunt instrumenta, per quæ aliquid noscimus: quia sunt fructus & exempla logici iudicij, quæ scientiam pariunt: sed non sunt logicæ regulæ, de logico iudicio certa dispositione formando. Itaq; per mihi mirum videtur, eiusmodi friuola ac puerilia à magnis etiam viris P. Ramo obiecta esse. Propug.

PAED. Porrò si sola Argumentatio est logicum iudicium: duo illa genera corruunt. At sola Argumentatio est iudicium: quia sola per argumētum de quæstione certa dispositione iudicat. Axiomata autem seu propositiones sunt elementa, in quibus est ad iudicium progressus, imo sunt eius membra. Membra autem nō sunt idem, quod Integrum. Etsi verò in illis aliquid iudicij esse videtur: tamen illud verum iudicium non est, sed initium & progressus. Nam sic etiā in Pra- Oppug. Io. St. Iac. Gorsa. C. Val. Iudicium in sola Argumentatione.

Phil. Mel. lib. 4. *in Prædicabilibus & prædicamentis, itemq; in definitionibus et diuisionibus iudicatrix pars sua habet inuita, quibus dijudicantur voces, & iudicatur, quæ recte connectantur, quæ non rectè iungantur, vnde deinde sic discernuntur Propositiones, è quibus tandem ipsum exstruitur iudicium. Sic enim Dialecticorum progressus in hac parte, quæ iudicationis sit, obseruandos doctissimus Sturmius monet. Principia enim hic esse in simplicibus verbis, à quibus transeatur ad copulata, aditumq; sic ad rationem colligendi patefactum esse, in cuius legibus totum iudicium consistat. Ergo in Axiomatis & Methodo non legitime logicũ iudicium constituitur.*

lib. 2.

Propug. DISC. *Redis ad angustos illos scholastica Logicæ terminos, de quibus sæpe respondi, attamen quod vis, non efficis, sed reipsa, quod nos volumus, in illis intricatis ac dispersis præceptionibus inest. Si iudicium logicum de Quæstione per argumentum iudicanda tãtum instituere tur; certe illud in sola Argumentatione consisteret. Sed ita anguste non sumitur, cum vniuersa Logica, tam late pateat, quam naturalis rationis vsus, vt inuentio tota simplicia illa siue verba, siue elementa, quæ generatim sunt argumenta, distinguat, iudicium autem primum ea inter se disponat, vt fiat Axiomata, quæ suis legibus iudicentur, deinde argumentatio axioma dubium, quæ est Quæstio, per tertium argumentum Syllogismi legibus concludat, & deniq; Methodus varia axiomata in ordinem redigat. Tota igitur inuentio voces simplices (quod Prædicabilibus vulgo & prædicamentis malè tribuitur)*

De iudicio.

hoc est, Propositionum elementa discernit: quarum deinde propria doctrina in suis passim est artibus tradita. Propositiones deinde ex vocibus seu argumentis facta fiunt porrò membra & quasi elementa syllogismi, nec sunt idem quod syllogismus: sed tamē proprium & à syllogismo distinctum iudicium, tam in eo ipso, quam extra, habent, mò omnium primum & difficillimum iudicium continēt, quod non modo logicis legibus, sed & rerū cognitione perficitur. Nam sic Propositionum seu Axiomatum iudicium est de manifestis sententijs, quo ferè omnium artium explicatio, & maxima cuiuscunq; tractationis pars contenta est: Syllogismi autem iudicium est de dubijs sententijs, ad quod ea axiomata, quibus fides per se non adiungitur, transeunt. Methodus denique varia, in artis aut longiore alterius rei tractatione axiomata vel suo ipsorum iudicio manifesta, vel Syllogistico demōstrata, in ordinem, ad confusionem cauendam, redigit. Et sic in tota logica ille naturalis, à minimis elementis in inuentione, ad cōiunctas sententias in axiomatico iudicio, & porrò hinc ad Syllogismos, ac denique ad methodum, progressus accommodatissime descriptus est. Si vero in Axiomatis non est iudiciū, cur illi ipsi, qui hac tantum elementa esse volunt, veri necessarij & contingentis, contraq; falsi iudicandi regulas in ijsdem tradunt? Cur in disputationibus propositiones & assumtiones Syllogismorum vel concedunt vel negant? vbi certè non Syllogistico, quod est tantū de cōsequētia, sed axiomatico iudicio vtūtur. Quomodo iudicāt et intelligūt artiū regulas; et maximā historiarum,

Naturalis à minimis progressus

rum, poematum, & aliarum disputationum partem, si axiomatico iudicio non vtuntur? Methodus verò, vel thematis simplicis tantum, vel etiam coniuncti, cur à quibusdam in logica tradatur, si non est iudicij? certè ea nec inuentionis est, nec elementaria. Ergo quæ logici iudicij genera verbo à multis negantur, ea reipsa & doctrinæ vi vsuq; probantur. Tantum enim præiudicium, Aristotelis auctoritas & recepta consuetudo valuit, vt quæcunq; quoquo modo ab Aristotele collecta, & ab alijs etiam tradita essent, ea sic à summis viris quoquo potius modo digererentur, quã accuratius dijudicata, naturali rationis et vsus lumine illustrarentur.

Oppug. PAED. Propositionum illa consideratio naturalis est, nec artis indiget. Syllogismi autem ratio omnino τεχνολογικὴ est.

Propug. DISC. Totius logicæ vis naturalis est, & tamen arte describitur. Et nõ minus artis axiomata habẽt, quam Syllogismus: cur alioquin illi ipsi, qui aliter iudicant, eorum artem tradunt? Imo quo difficilius hoc iudicium est, vt ante dictum, eò magis artis subsidiũ requirit.

Propug. Enunc. Commen. PAED. Sed si maximè duo illa genera retineantur, latine tamen rectius enunciarentur, vt prius Enunciationis, alterum Commentationis nominaretur.

Oppug. DISC. Certè si omnia sint latinè enuncianda, illas voces maximè probem. Sed cum græca vocabula & in artibus familiaria sint, & hic vim iudicij certius exprimant: prius autem latinum magis oris sit,

quàm

quàm mentis vel sententiæ, alterum verò in vsu latiùs sumatur: Illa propterea, vt significantiora, Ramus ex Aristotele delegisse videtur, præsertim cùm Axioma & Cicero sic nominauerit, & alij etiam, vt Ringelbergius, &c. tanquam latinum vsupauerint. De axiomata.

DE AXIOMATE.

PAED. Axiomaticum iudicium mihi potius vel Noëticum, id est, Intelligentiæ, vt respondeat Dianoetico, vel latinè Enunciati aut Enunciationis, aut Intelligentiæ Sententiæve, aut Propositionis appellandum videtur. Noeticum. Vide Dial. pag. 300.

DISC. Vtraque quidem græca vox ἀξίωμα & νόησις pro eodem iudicio est apud Aristotelem: ἀξίωμα quasi dignitas, est sententia per sè suaq; fide manifesta ac fide digna: νόησις est simplex mentis intelligentia, qua eiusmodi sentẽtia apprehẽditur. Sed quia νόησις etiam latius pro vniuersa mentis intelligẽtia ac notitia sumitur; & græci ex professo has ex argumentis factas sententias ἀξίωματα nominarũt quib. sic etiã propria huius iudicij vis magis exprimitur: P. Ramus hanc etiã vocem etiamsi vsu latinitatis à Cicerone non donatam, tamen vt congruentiorẽ & significantiorẽ tandem adhibuit. Enunciatũ seu Enũciatio, & quæ Cicero præterea vsurpauit, latina quidẽ sunt, sed magis exterioris sermonis & oris, quam interioris rationis ac mentis. Intelligentia & sententia etiam latius patent, & ambigua sunt. Propositio quidem illa græca, πρότασις & πρόβλημα, exprimit: sed hoc verbum ad primam syllogismi partem expli- Propug. Νόησις. Ἀξίωμα. Enunciatũ Intellig. Sent.

explicandum propriè etiam à Cicerone vsurpatur. Euitandæ igitur ambiguitatis causſa ad hoc iudiciũ ſignificandum, nec hoc, nec reliqua verba aſsumpta ſunt. Alia etiam ſunt in Organo huius primi iudicij

λῆμμα. λῆψις. ἑρμηνεία ἀπόφανσις. ἀξίωμα.

verba, ſed rariora, vt λῆμμα, λῆψις, ſumptum, ſumptiõ. Ἑρμηνεία, Interpretatio etiam pro eodem videtur eſſe in titulo doctrinæ huic operi deſtinatæ: ſed Ariſtoteles in illo opere id verbum nunquam vſurpauit Ἀπόφανσις, aũt, ideſt, enũciatũ, ex omnibus Ariſtotelis verbis latinæ Scholæ magis vſurparunt: ſed Cicero præcipuè ἀξίωμα nominat, & quinq; locis in philoſophia latinè ita, vt eſt in Dialectica, interpretatur, &c

Oppug. Defin. Axio.

PAED. Axioma eſt diſpoſitio argumenticum argumento, quæ eſſe aliquid aut nõ eſſe iudicatur. *At illa definitio multas ob cauſſas vitioſa videri poteſt. Primùm genus improprium eſt: quia Axioma eſt iudicium; Diſpoſitio autem eſt inſtrumentum iudicij, non ipſum iudicium.*

Propug.

DISC. Ramus paulò ante docuit, iudicium & Diſpoſitionem pro eodem dici. Sed tamen quia certâ diſpoſitionis regulâ vnumquodq; iudicatur: certè & axiomatica, & ſyllogiſtica methodicaq; doctrina, eſt diſponendi doctrina, per quã iudiciũ exercetur. Itaq; eodẽ ferè redit, ſiue dicas, eſſe Diſpoſitionẽ ſiue iudicium, attamen Diſpoſitio prior eſt, vnde iudiciũ fluit.

Oppug. Piſcator.

PAED. Deinde κατ' ἐξοχὴν argumentum in illa definitione, vt etiam in principio Inuẽtionis ſumitur, pro cuiuſq; ſententiæ parte, q. d. quæ res cum re, notio cum notione, vel vocabulum cum vocabulo, vel (vt vulgò cum Ariſtotele loquuntur) terminus cum ter-

termino disponitur. Catechresis igitur duram ambiguitatem parit, quæ non minus hic, quàm alibi euitari debebat. Itaq; magis illa definitio probanda videtur, qua ipse etiam in quadam editione vsus est: Propositio est oratio, quæ aliquid esse aut nõ esse proponit. *vel:* Enũciatio est dispositio, qua enunciatur aliquid de aliquo. *Hîc illud* Aliquid, *generalissimè sumitur; ac deinceps in partem antecedentem & consequentem distinguitur; quæ sic* Terminus minor & maior *possunt in progressu doctrinæ appellari.* De Axiomatis.

DISC. *Quiritaris de Catachresi in hac definitione: at Catachresis hic nulla est, vt nec initio primi libri in definitione argumenti. An non Aristoteles oẽ argumenti genus Categorema nominat, siue attribuatur, siue subijciatur? An non docent vulgò Logici, è Categorijs categoremata sumi, vnde Enunciatiũ componatur? vt in Enunciato,* Homo est animal, *sunt duo Categoremata, species & genus? At verò Cicero, & qui latinè loquuti sunt, pro Catogorematis argumenta nominant. Quoties enim Topica interpretantur, toties Argumentum faciunt Summum genus Causse, Effecti, Subiecti, Aduncti, & reliquorum catagorematum: nullaq; est in tota Inuentione topice species, quæ non argumenti nomine appelletur: etiãsi in vsu, affectorum alterum semper arguat, alterũ arguatur, idq; mutatis olui occommodatione vitris. Cũ igitur tu dicas è duobus categorematis seu prædicabilibus Enunciatum fieri: cur non ego pro eodem latinè & populariter dicam, è duobus argumẽtis fieri?* Propug.

Propũ.

Si dura metaphora Aristoteles partes Enunciati & Quæstionis etiam terminos, communiter nominat: cur nos latine partes easdem non Argumenta, & vt ille probationem, medium terminum, tur nos eandem, tertium argumentum distinctè non appellemus? Et certè in vsu omnes auctores argumenta nominant, siue ad probandum, siue ad declarandum & illustrandum adhibeantur. Ergo in illa definitione vulgata potius catachristica Synecdoche est, qua Argumentum, quod rei dubiæ faciat fidem, definitur.

Assum. *PAED. Tertiò nimis angustè & impropriè in definitione dicitur,* qua esse aliquid, aut non esse iudicatur. *Non enim tantùm esse, vt quãdo verbũ*

Compl. Piscator. *substantiuum est* κατηγορούμενος; *sed etiam,* hoc esse illud vel tale, *vt quando verbum substantiuum est copula, imò sic quæuis actio & perpessio iudicatur, vt homo amat, scribit, docet, amatur, &c.*

Propo. *Quod cum ita sit, illud nimis angustum & impropriũ est, vt malim definitionem auctoris pristinam: Enunciatum est dispositio, qua argumentum de argumento enunciatur, id est, affirmatur, aut negatur.*

Propug. *DISC. In Logica sunt omnia logicè sumenda & intelligenda: ac generalia gradatim per specialia declarantur, & distinctè explicantur.* Esse igitur &

Assum. non esse, *hic non è Grammatica, quasi de illo substantiuo tantùm intelligatur, sed è communi logica sensu, quòd generalissimam cuiusq; axiomatica dispositionis & enunciationis vis significetur, explicari debent. Imò logica nullum grammaticum verbum aliudve vocabulum, sed tantum mentis sententiaq;,*

ex

ex argumentorū affectione, vim vinculumq; spectat. Significant igitur esse, & non esse, aliquid altius & generalius, quàm esse affirmatum & negatum; indeq; ad speciales affectiones, affirmationis & negationis commodè descenditur. Itaq; hæc definitio multò accuratior est, quàm altera illa: quia & subiecta & generalem formā fructumq; axiomatici iudicij exprimit. Infra aūt per species distinctè docetur, illud, esse & non esse, in Simplici axiomate qualicunq; verbo affirmato vel negato exprimi, & in Composito coniunctione contineri, vbi tamen etiā verbū in mēbris valet. Sic, Homo viuit, amat, docet, amatur &c. Homo non viuit, non amat &c. Illa verba significāt, esse, hæc, nō esse. Homo est miser & mendax. Homo scribit & canit. In illo, Est, in hoc Scribit & canit significāt, Esse, hoc est exprimūt vim affectionis per dispositionē. Cōiunctio, Et, cōpositionem, hoc est, plura esse vel fieri significat. De axiomate. compl.

PAED. Quartò totam definitionem nimis vagam & incertam esse puto: quia plura, ad hoc iudicium omninò pertinentia, ab alijs definiēdo exprimuntur. Tales igitur definitiones magis probarem: Propositio est oratio indicatiua, vnica, & integra, verum aut falsum, sine ambiguitate verborum significans. vel: Pronunciatum est perfecta sententia ex nomine & verbo cōstans, eaque vel vera, vel falsa. Imò quidam etiam Enunciationem communem & Dialecticam distinguunt, ac deinde Dialecticam accommodatè definiunt. Nunc tu vide, quàm multa hic proprietates Oppug. Aliæ definitiones.

tes coniungantur, Oratio indicatiua, vnica, integra, verum aut falsum, sine ambiguitate verborum significans, itemq;, ex nomine & verbo constans: quæ ferè omnes à Ramea definitione absunt.

Propug. DISC. Mihi verò à Ramea definitione nihil, quod ad hanc logicam verè logicum sit, abesse videtur: & sanè Ramus logice, & logico progressu accōmodatè, non grammaticè, & prudenter, non confusè loquitur. Singula igitur ordine inspiciamus: Primò tibi Axiomatis seu Propositionis genus est, Oratio vel, Sententia, Ramo, Dispositio. At Dispositio logica est, & naturalem logicæ progressum significat: Oratio non item. In Grammatica pueris voces dicuntur partes Orationis: & oratio ipsa Syntaxeos structura coniuncta. Imo Oratio est communis trium generalium artium effectus: quia illud totum, quod ex argumentis, per voces expressis, dispositione logica, per Syntaxeos regulas compositum, tropisq; & figuris affectum est, Oratio nominatur. Imo etiam Oratio magis est exterioris sermonis. Hinc Sermo & Oratio in homine, à Cicerone de natura Deor. dicitur. De Oratore autem idem item Synecdochicōs distinguit: Quanquam ait, omnis locutio Oratio est, tamen vnius Oratoris locutio in hoc proprio signata nomine est. Sententia quidem generale nomen est. & hac in re magis logicum, quàm Oratio: sed tamen nec vim primi iudicij, nec genus vtriusq; satis exprimit. In primo iudicio & progressus à separatis rationibus, & propria dignitas, in secundo mentis in decu

1. Oratio.

Sententia.

ctione

tione axiomatum discursus cernitur: quorũ neutrũ Sententia proprie exprimit. Ergo Ramus eas voces adtribuit, quæ Logicæ progressu & vim propriè significant. Porrò definitur illa Oratio seu sententia perfecta: *sed generatim in Logica præcipitur. Omnia artium documeta debere esse κατὰπαντὸς, nec quicquã imperfectum in artib. admittitur. Itaq; etiam axioma suis legib. constitutum, perfectum est, & intelligitur.* De axiomata. 2. Perfecta. Oppug.

PAED. *At verò ita distinguitur à vocibus certa quidem syntaxeos lege coniunctis, sed integram sententiam non efficientibus.* Respon.

DISC. *illam distinctionem esse, & non esse, in definitione Axiomatis indicant. Et Axioma ita enunciat, vt affectio argumentorum exprimatur: vbi progressus à minimis, & vicissim in minima analysis consideratur.* Homo, *potest esse subiectum,* doctus, *adiunctum, si ita inueniãtur & sumãtur: sed & doctrina ipsa aliud argumentum, &* homo doctus, *coniunctè aliquando vnũ argumentum esse potest, si aliud ita attribuatur: Homo doctus est deo gratus. Logica igitur mentis ars, non voces adsignificationis aut syntaxin structuræ ratione, sed argumenta, & eorum dispositionem, cui syntaxis vt ministra inseruit, spectat.*

PAED. Cur non ex Nomine & Verbo axioma constare dicitur? 3. Nomen. Verbum. Respon.

DISC. *Nomen & Verbum ad Grammaticã pertinent; ideoq; in logica heterogenea sunt. Grãmatica de vocib. & earũ structura grãmaticè Dialectica de*

argumentis & eorum dispositione logicè suoq; more præcipit: & harũ artium vsus semper est coniunctus.

Cõfer. lib. 5. Schol. Dialect. ca. 1. 2. 3.

Nomen & Verba argumenta significant, argumentaq; ipsa sunt; & sic argumentorum etiam definitionibus comprehenduntur. Sed hæc ratio in significatione est, Grammatica autem eorum exteriorem in adsignificationibus quasi modum explicat. Quare si Nominis & Verbi doctrina in Dialectica aliquem locum habeat, ea in Inuentione, ad singula argumenta exprimendum, poneretur. At in logica locum nullum habet. Ergo multò minus in Dispositione. Antiquissimi autem logici ideo de Nomine & Verbo, tanquam primarijs vocum generibus, aliquid in logica præoperunt, quod tum nulla ferè Etymologiæ doctrina exstaret, vel saltem ita distincta non esset.

4. Indicatiua. vnica. Respon.

PAED. Etiam Indicatiua & vnica erit oratio: hæc enim differentia logicam enunciationẽ ab oratoria & poëtica distinguit.

DISC. Quasi vero alia sit Oratorum & Poëtarum, quàm Dialecticorum enũciatio. Omnis, enim enunciatio, quod ad eius artem & conformationẽ attinet, Dialecticorum propria est: res illi subiectæ suaq; quæq; artis, sermonis ratio Grammaticæ, & ornatus Rhetoricæ est. Vulgatum Dialecticæ & Rhetoricæ discrimen, atque eiusmodi distinctiones ex eodẽ erroris fonte, nempe ex separatis Philosophiæ & eloquentiæ scholis, manarunt. Sed rem ipsam videamus:

1. Argu.

Primo modi finiti partitio quadripartita, doctrinæ nihil habet, et falsũ docet. Ergo axiomatum

De Axiomatis.

sũ natura, vt omnino nõ debet ex grãmatica vocabulorũ doctrina definiri, ita multò minus è falsa verborũ differentia distinguetur. Antecedẽs P. Ram. schol Grammat. lib. 14. satis demonstrat. Primum enim ista partitio verborum naturam nihil distinguit, ideoque nihil artis habet, cùm omnes isti modi penitus inter se confundantur, vt Indicatiuus sit Coniunctiuus, & Coniunctiuus Indicatiuus; & cum vtroque Imperatiuus & Optatiuus sit permistus, vt:

Si vales bene est. Si me audies, nunquam labere.
Hic vulgares indicatiui sunt reuera coniunctiui.
Et me suspicione exsoluam & illis morem gessero.
Si quid paululùm te fugerit, ego perierim. Hic vulgares coniunctiui reuera indicant.

Syntaxis autem illud discrimen, & rationem verba cum particulis coniũgendi continet. Deinde falsũ est, quod Amabam, Amaueram, & similia, indicatiui modi esse dicuntur: quia sententia simplex & absoluta verbo eiusmodi vno indicari non potest, sed coniũgi alterum verbum necesse est, vt sententia absoluatur. Dic enim, Tullius amabat, Tullius amauerat: suspensum habes auditoris animũ, & aliud quid piam exspectantem. Itaque verbo alio sensus ille necessario absoluitur, vt: Fuit quoddam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur, &c. Quamobrem cùm & nihil verborum naturam illa partitio distinguat, & falsa etiam sit: efficitur similiter falsa illa modorum differentia axiomata nihil omnino & falsò distingui.

Propo. relata.

2. Argum. Secundò *si maximè illa modorum distinctio retineatur, an non putas plurima in humana vita, vt indicando, sic etiam imperando, optando, & coniungendo pronũciari? Logica ars mentis & rationis est, non sermonis, vt eius ideo doctrina non sit è grãmaticis vocum differentijt distinguẽda. Et mens humana certè variè sententias concipit, ideoq; externa verborũ symbola variè etiam enunciando adhibenda sunt. Itaq; aliorum etiam modorum axiomata & hominum & ipsius dei differentis plurima sunt:*

Imperatiua. 1. Imperatiua *sunt eiusmodi:*

Miserere mei Deus. Titius hæres meus esto.

Ne occidito: ne adulterato: ne furator. Et eiusmodi infinita, non modo in Legum scitis, & sanctionibus, sed in quotidiana etiam vita.

Optatiua. 2. Optatiua *eiusmodi: Vtinam ipsi varro incumbat in caussam.*

Cicer. Ait. Aeneid. 10. *Me miserum, quod tu voluisti, vnà fuissemus.*

Quod verò fortuna falsa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.

Coniunctiua. Coniunctiua, *& tamen reuera partim indicantia partim optantia, partim facultatem vel officium significantia, eiusmodi:*

Triumphũ totũ facile & libenter abiecero. i. abijciã.

9. Att. Terent. *Et me suspicione exsoluam, & illis morem gessero.*

Pòst de matre videro, &c.

In eiusmodi igitur, & infinitis alijs exemplis vel modorum ratio confunditur, vel multiplex etiam extra Indicatiuum modorum vsus esse intelligitur.

Oppug. PAED. *Sed illa sunt vulgaris & quotidiani sermo-*

sermonis, qui plurimùm à Dialectica enunciandi proprietate differt. In quotidiano sermone quicquid occurrit, & in mentem venit, ita vt est, & vsus postulat, indicando, imperando, monendo, petendo, & eiusmodi innumerabilibus modis enunciamus. Sed dialectica enunciandi accuratio ad certitudinem ac veritatem sua axiomata certis legibus conformat, vt sint certæ asseuerationes, verum falsúmue complectentes. Deinde Syllogismi, quibus concludendæ rationis artificium continetur, nullis alijs enunciationibus censici & exponi possunt, nisi quæ indicādi modo conceptæ sunt. De Axiomatis. Quotidianus sermo

DIS. Dicis illa esse quotidiani sermonis: esto, sed sunt etiam præstantium auctorum. At tamen logica etiam in quotidiano sermone suum inueniendo ac iudicando officium exercet: tu verò ad Scholasticas logicæ angustias respicis. Itaque vt variæ sunt mentis & voluntatis inclinationes & consilia, ita & varij, ijsdem tamen logicis generibus, enunciandi modi. Nec vel eiusmodi modi per voces seu verba mutatio, vel Rhetoricæ ornatus axiomatum artem tollit, aut axiomata è sua possessione deturbat, vt in indicatiuo modo sint logica, in ceteris quotidiana, poëtica, oratoria. Semper logica sunt, quocunq; modo enuncientur, aut à quocunq; auctore vsurpentur. Dicis Dialecticam certitudinem veritatis spectare: At, inquā, Veritas, est specialior axiomatis affectio; esse aut non esse, est generalior & altior illius proprietas, quæ deinde affectione veri aut falsi distinguitur. Et tamen sic quæq; axiomata vera vel falsa Propug.

sint,

sunt, vt adhibentur. Ne furator, Ne occidito; *non videntur tibi verum aut falsum enunciare: certè non enunciant illud verè aut falsò, Homo non furatur, non occidit: hoc alius est intentionis, sed illud verè enunciant, Vult & mandat Deus homini ne furetur, ne occidat. Homo prohibetur furari: Homini non est furandum. Sic igitur significat vt adhibetur, vt differentis mens & consiliū est. Titius meus hæres esto: sic verum est, vt testator differit, non sic vt illud,* Titius meus hæres iam est. *Perinde est ac si diceres: Ego testator constituo Titium meum hæredem. An hoc ita verum non videatur. Sed & multa de futuris enunciantur: quorum euentus exspectandus sit. Recordare igitur, logicam tam late patere, vt vniuersum humanæ ratiōis vsum repræsentet. Quod ad Syllogismos attinet, constat sanè, plurima in humana vita absq; ijs, certa tamen differendi via, Ratione & Oratione tractari, vt omnia ferè artium documenta, & maxima pars rerum in sacris ac profanis auctoribus. Sed tamen nec ad Syllogismi leges omne axiomatis genus sit conformandum. Verumenimuero etiam reliquorum modorum axiomata in Syllogismos veniunt: vt,*

Si saperem, odissem musas. At non odi musas.
Ergo nec sapio.

Qui meam matrem aluerit, is meus hæres esto.
At aut Titius aut Sempronius id fecerit. Ergo &c.

Quæ cum ita sint, Axioma rectè sua è logico progressu proprietate definitur: grammaticus aūt modus in illa definitione heterogeneus & falsus est.

PAED.

PAED. *Cur verò illas proprietates:* veri & falsi, *perspicuè, sineq; ambiguitate P. Ramus è definitione excluſit?* De axiom. Verum. Falsum. perspicue.

DISC. Esse & non esse, *sunt generaliores & altiores axiomatis proprietates. Verum autem & falsum sunt specialiores & inferiores eiusdem differentiæ, & affectiones, ad quas gradatim, per alias, nempe per affirmationem & negationem, descenditur.* Propug.

Esse enim, vel non esse, *in axiomate perpetuum est, etiam de futuris: affirmatum aut negatum, verũ aut falsum mutabile, vel per se, suaq; natura, vel enunciandi aut quærendi modo, diuersoq; hominum iudicio.* Perspicuitas *autem, est virtus vniuersæ orationis, & sic proprius trium generalium artiũ fructus, qui commodius imitationis præsidio, quam vllo peculiari præcepto, acquiritur. Ergo non est propria axiomatis affectio: vt nec ambiguitatis vitium, magis ad illud, quam ad tres generales artes communiter attinet. Et perspicuitatis virtus, & ambiguitatis vitium, est vel in vocum adsignificatione aut Syntaxi, vel in ornatu rhetorico, vel in argumentorum affectione vocumq; significatione, aut dispositione axiomatica, vt alias, Deo dante, de virtutibus et vitijs orationis, seorsim conferemus.*

PAED. *Ramus in quibusdam editionibus partitus est Enunciatum in partes, antecedentem & consequentem: sed in postrema illam partitionem, nescio quo consilio, præterijt.* Partitio axiomatis.

DISC. *Antecedens & consequens sunt generales communesq; appellationes, quæ & axiomati ra-* Respon.

ri-

argumentis & syllogismi partib. & denique Methodi axiomatis tribui possunt; sed in syllogismo magis locum habent. In axiomate intelligimus ex ipsius definitione esse argumentum cum argumento, hoc est, duo affecta inter se argumenta, quorum vt vnum sit prius seu inferius ac priore loco, alterum verò secundum seu superius & posteriore loco, necesse est; idque absq; præcepto facile intelligitur. Aristoteles dicit in axiomate esse duos terminos, minorem & maiorem: quæ dura metaphora longiore eget explicatione. Ramus dicit in axiomate esse duo argumenta: quod, intellecta generali argumenti definitione, nullam admodum expositionem requirit, nisi vt discipulus moneatur, vnum esse prius seu antecedens, alterum posterius, seu consequens, quæ sic eius partes dicantur. Ergo cum distinctæ partes suis generalibus nominibus ipsa definitione expresse comprehendantur, tautologia videatur, si eæ partitione seorsim explicentur: quod tamen in multis editionibus factum est.

Oppug. Piscator. Scriben.

PAED. *Priore communium affectionum diuisione axioma in affirmatū aut negatū diuiditur: at quia ipsum axima non affirmatur aut negatur, sed affirmat aut negat: malim dicere affirmās aut negās est.*

Respon.

DIS. *Id puto eodē redire, nisi maluerit Ramus ppterea affirmatū & negatum dicere, quòd sit accidēs seu affectio mutabilis toti axiomati è vinculo attributa.*

Oppug. Piscator.

PAED. *Commodè adderetur, Affirmari vel negari consequens enunciati, aut de antecedente, aut cum eo; de eo in simplici, cum eo in composito.*

DISC.

DISC. *Generalia generatim, specialia per species sunt explicanda. Generale est argumentum cum argumento hic disponi, affirmatè videlicet si vinculum affirmetur, negatè si vinculum negetur. Speciale est, simplex axioma verbi, compositum coniunctionis vinculo contineri, & sic affirmari vel negari. Hoc aũt intelligimus fieri argumentorum affectioni accommodatè, nempe, vt, quod nominatim etiam præcipitur, Consentanea affirmando, Dissentanea negando enũcientur. Igitur illud* de antecedẽte, vel cum eo, *in argumẽtorum affectione per se latet, & enunciãdi præceptis ita alijs verbis explicatur, vt affectioni & vsui conueniẽter fiat. Sed tamen nec κατὰ παντὸς est illa distinctio, quod Discreto & Disiuncto sæpe aliter enuncietur.* De Axiomatis. Respon.

PAED. Contradictio *ab omnibus logicis in Inuentione ponitur. Ergo malè ad iudicium refertur. Neq; enim idem est argumentum & dispositio.* Contradictio. cap. 2.

DISC. *Contradictio Inuentionis longe alia est, quam hæc iudicij: illa est via inueniendi, & spectatur in nudis argumentis, in affirmatione videlicet & negatione separata: Hæc verò est lex iudicandi, & in dispositionis certa ratiõe cõsistit: Vide Dial. 180. & 305.* Respon.

PAE. *Sed ex omnibus dissentaneorum generibus axiomata opponi possunt: vt homo est aĩal: Homo est sapiẽs: sunt axiomata diuersa: Homo est aĩal: Homo est arbor: sunt disparata: Ratio est domina voluptatis: ratio est serua voluptatis: sunt relata: Virtus est laudanda: Virtus est vituperanda, aduersa: Animal videt: animal cæcũ est, priuantia: Homo est mortalis: homo non est mortalis, contradicentia. Ergo quod ex* Oppug.

toto dissentaneorum genere axiomatis attribui potest, id contra legem καθόλου πρῶτον ex vna tantã parte, nempe ex Contradictione, attribuitur.

Respon. DISC. *Quod antithesis quædam Axiomatum ex omnibus Dissentaneorum generibus esse potest, id fit generali inuentionis intelligentia, et communi omniũ argumentorum ratione, qua axiomatica dispositione vel singula affecta inter se enunciantur semel, vel plura etiam bis aut sæpius, idq; vel consentanea tantum affectione, vel etiam dissentanea, & comparata: vt,* Ebrietas operta recludit: *item,* Ebrietas in prælia trudit inermem: *Sunt duo axiomata ex caussa & effectis. Sic è dissentaneis, vt ipse proposuisti:* E *comparatis autem sic,* Littora habent plurimas conchas. Et amœna rosaria plurimos flores: *paria sunt.* Tyrannus est crudelis: Maledicus est multo crudelior: *imparia, & ita deinceps. Sed Axiomati ideo Contradictio non tribuitur, quod sic topica affirmatio & negatio quauis quocunq; modo, opponi possint: quia sic & cetera dissentanea opponuntur communi inuentionis consideratione: imò quælibet argumentorum genera sic suis affectionibus, vt iam dictum, enunciantur. Verum Contradictio ideo est peculiaris Axiomatis affectio, quod ea hic certa enunciandi lege, nempe, vt idem consequens de eodem antecedente affirmetur & negetur, conformata, peculiare habeat iudicium. Non igitur ab argumentis quæ enunciantur peculiariter, sed à propria contradicendi arte ac forma, Contradictio axiomati tribuitur. Alioquin generali illa in-*

telli-

telligentia etiam in dispositis sententijs Inuentionis contradictio esse possit, quæ tamen non sit Axiomatica, quia non negat idem consequens totum de eodem antecedente, vt, Ignorantia est fugienda, *Ignorantia est non fugienda: Hic* fugienda, *&*, Non fugienda, *sunt topica contradicentia, sed nõ Axiomatica: quia particula consequentis, non totum consequens, negatur, cuius affirmatio & negatio consistit in vinculo. Sic in antecedente axiomatis parte sunt topica contradicentia:* Perferre est honestum. Non perferre est turpe. *Sed de toto Oppositionis diagrammate infra.* De axiomatis.

PAED. Axioma deinde est verum, aut falsum: *Sed vitia in artibus sunt heterogenea. Falsum est vitium. Ergo in arte heterogeneum: & quẽadmodum nec Syllogismus in consequentem & incõsequentem, nec methodus in ordinem & confusionem diuiditur: ita nec Axioma in verum & falsum diuideretur. Oppositum enim vitium è regione ipsius virtutis præceptis deprehenditur.* Verum. Falsum. cap. 3.

DISC. *Primum assumptionem distinguo; deinde exempla huc collata, dissimilia esse confirmo. Falsum quidem per se, quia est mendacium, vitium est; sed tamen eius iudicium aliud, & quidẽ bonum est: quod non minus, quam veri iudicium, Axiomatis legibus perficitur, & agnoscitur. Vitium autem Axiomatis est, quod non quadrat ad eius normas, vt quando Cõsentanea negando, dissentanea affirmando enunciantur, &c. vt in Captionibus dicetur: quod quidem ijsdem recti Axiomatis legibus iudicatur. Et sic virtus* Respon.

Axiomatis, & vitium Axiomatis opponuntur, q. d. Rectum Axioma, & non rectum, seu distortum: vt Syllogismus consequens, & incõsequens, & c. Falsum autem Vero oppositum est fructus iudicij Axiomatici proprijs etiam legib. constans; quodq; iam falsũ est, deinceps verum esse potest: estq; vt Verum Contingens & necessarium, sic & falsum Contingens & necessariũ, quod nominatim dicitur Impossibile. Incõsequentia aũt Syllogismi, & confusio methodi est, qua cum consequentia & ordinis, quemadmodũ non rectum seu distortũ. Axioma cum recti legibus pugnat.

Verum. *PAE.* Verum *definitur*, quando pronũciat vti res est. *Sed cur non Verum ex consentaneis argumentis; & falsum ex dissentaneis definitur?*

Respon. *DIS. Puerorum ille nimis apertus error est: qui consentanea & affirmata tantum vera, dissentanea & negata tantum falsa esse putant. At & negantia ex dissentaneis vera sunt, vt, ignis non est aqua, & ex Comparatis etiam vera falsaq; fiunt.*

Oppug. Pisc. *PAE. Sed accuratius etiam sic verum definitur:* Verum est, in quo consentanea consequẽtiáve componũtur, aut dissentanea vel inconsequentia disiunguntur.

Respon. *DISC. Sic & specialia & aliena pro generali definitione statuuntur. Consentanea enim affirmando, & dissentanea negando verè enũciari deinceps ca. 4. in Axiomate simplici & composito distinctè præcipitur. Ergo hic altior proprietas requiritur, qua est,* Pronunciare vti res est: *qua & officium Axiomatis, & dispositionis cum rebus subiectis cõsensio & conuenia-*

conuenientia exprimitur. Axioma igitur affecta argumenta, vt antè dictũ, sic pronunciat, vti res est, hoc est, vt dispositio pronuncians vel enuncians (intellige etiam tacita cogitatione) rei ita, vt verè se habet, consentiens & accommodata sit. Si non secus pronunciet ur, quàm res affecta sit, falsum erit. Consequentia autem & inconsequentia, quæ tu addis, vel Axiomatis connexi, vel Syllogismi vim magis respiciunt. De Axiomatis.

PAED. Veri diuisio in contingens & necessarium *non est reciproca: quia conuenit etiam falso. Est igitur generalis diuisio enũciati, non autem specialis enunciati veri.* Veri diuisio.

DISC. At quomodo generatim Axioma dicetur Contingens & necessarium, nisi prius in Verum aut falsum distinctum sit? Certè necessarium est verum, & contingens est verum; & prius verum, quàm contingens vel necessarium esse intelligitur. Sed quia cõtingens est mutabile, ita fit, vt idem nomen & vero & falso hic cõueniat. Imò quando verum diuiditur, intelligimus & falsum è regione duplex, Contingens, & necessarium, quod peculiari nomine Impossibile dicitur. Satis igitur reciproca illa diuisio esse mihi videtur: cum illud, Falsum contrà, *Veri definitioni oppositum, & deinceps suo modo distinctum, omnia sanet, & diuisionis bonitatem præstet.* Respon. Oppug.

PAE. Necessarium affirmatum dicitur κατὰ παντὸς, de omni. *At hoc ipsum, quod hic auctor affirmat de necessario affirmato, non videtur verũ de omni: sed tantũ de generali seu vniuersali: vt, Omne*

animal sentit. De speciali autē, siue infinito, siue proprio, non videtur verum: vt, Quoddam animal est rationale: Socrates est homo. Nisi igitur infinitum certa specie definiatur, & indiuiduum ex adiunctis diuidatur, κατὰ παντὸς non fuerint. Quoddam animal (nempe homo) est rationale. Socrates siue disputans, siue cænans, siue Athenis sit, siue heri, siue hodie aut eras, est homo.

Respon. DISC. Tu mihi, De omni, idem esse, quod generale, videris existimare: At sic, vt hæc non esset affectio omnis axiomatis communis; ita diuiso simplicis in Generale ac Speciale fœdam tautologiam haberet. De omni Ramo significat perpetuam & immutabilem veritatem, & quidem nominatim axiomatis affirmati, cui ob excellentiam eiusmodi honoratiæ appellationes tribuuntur. Sic, quoddā animal est rationale: perpetuo verum est, nec falsum esse potest. Nec impedit, quoddam etiam esse irrationale: quia hoc sic etiam perpetuo verum est de illo genere, de quo intelligitur. Socrates est homo: semper etiam verum est, nec vnquam falsum esse potest. Itaq; virūque etiam κατὰ παντὸς est: quia veritas quidem necessaria & generalis hac lege sancitur, attamen ea non tantum est generalis & vniuersalis, sed cuiuscūque generis axiomatis perpetua & immutabilis affectio.

In Dial. 314

Homogeneū Cathol PAED. Porrò Ramus mihi non legitima diuisione reliquas duas proprietates, nempe Homogeneum & Catholicum videtur proponere.

Respon. DISC. Nec est illa diuisio, sed enunciatio copulata, qua

ta, qua duæ insuper affectionum notæ, documentorũ artis propriæ, ad κατὰ παντὸς in hoc vsu necessariæ, insuper adduntur. Neq; enim duplex noua Enunciati diuisio attingitur, vna in homogeneum & heterogeneum, altera in Catholicum & non Catholicum, sed duæ illæ documentorum artis proprietates præterea docentur. Etenim nec communiter hæc, sed nominatim de necessario affirmato præcipiuntur, nec homogeneum communiter est, cuius partes inter se consentaneæ sint, vt quidem existimare videntur: sed homogeneum nominatim est, quando partes sunt essentiales inter se. Alioquin illa definitione etiam Contingẽtia è consentaneis affirmantia essent homogeneæ: sed nec omnia κατὰ παντὸς homogeneæ sunt. Ergo sunt honorariæ notæ insuper ad certum genus additæ, non diuisione explicatæ: alioquin alterutra etiam in omne κατὰ παντὸς exemplum caderet. Eiusmodi multa P. Ramus diuturna illa meditatione, & crebra editione, quæ à nonnullis temere ipsi vitio data est, prudenter animaduertit. De axiomatis.

PAED. Tandem Ramus nimium illis notis tribuere videtur, dum illas communes omnium artium conformãdarum leges facit. Nam si ad syllogismos demonstratiuos tantum ab alijs referuntur, & magis sunt mathematum propriæ, non sunt omnium artium communes.

At primum. Ergo & postremum. Respon.

DISC. Aristoteles quidem ita aliquando loquitur, quasi nominatim illis demonstrationibus has leges adstringat, & multi alij hoc ita imitantur: sed o-

Leges communes.

mmino eas omnium artium communes esse & Aristotelis ipsius etiam auctoritate, & reipsa atq; experientia conuincitur. Interim tamen hic notandum, quæ soleant de Demonstratiui Syllogismi proprietatibus tradi, ea nihil ad Syllogismi structuram, sed tantùm ad eius partes, quæ sunt axiomatici iudicij, pertinere. Itaq; illa Demonstrationis, quatenus vera est, logica, his tribus quasi honorarijs notis à P. Ramo breuissimè comprehenditur, vt ille Demonstrationis syllogismus distinctè dici possit, qui & eiusmodi partib. necessarijs constet, & suam etiam legitimã structuram habeat. Sed illas Leges, etiam extra illum Syllogismum, omnium doctrinarum communes esse, Aristoteles ostendit, dum præcipuè in posterioribus Analyticis, vbi eas tradit, sibi proposuit Logicam artium reliquarum omnium formandarum magistrã: quæ sanè laus Dialectica primaria est. Deinde vitia virtutib. istis oppositis, falsitas, heterogenia, & tautologia, ab Aristotele facta sunt omnium artium, imo disputationum omnium communia. Ergo & illas tres virtutes communes omnium doctrinarum fecit. Attamen si, missa Aristotelis auctoritate, res ipsa per se spectetur, an non communes omnium artium esse videantur? Omnium artium præcepta erunt κατὰ παντὸς, hoc est, necessariò & perpetuò vera: An non omnes artifices sibi talem veritatem proposuerunt? An quisquam falsa præcipere voluit, aut præcipienda putauit, etiamsi aliqua non satis explorata quidem à quibusdam scripta sint? Certè nemo sanus in vlla arte explicanda infinitam falsi cõmiscendi licentiam permittendam aut postulan-

Demonstrationis. Syllog.

1. Argum.

2. Argum.

1. Lex.

damiudicat. Nec quisquam doctrinam parte alia veram, alia falsam, tempore aut loco alio veram, alio falsam probabit. Ergo si non mentiendum, omnes putant, si hodie verum, cras falsum, parte alia verum, alia falsum repudiant: quodlibet artis præceptiũ κατὰ παντὸς, hoc est, omninò & necessariò verũ oès esse volunt; ideoq; hanc legem omniũ artiũ cõmunem esse censent. Secunda lex καθ' ἀυτὸ mandat, vt omnia in artibus sint cognata & essentialia. An non à Deo ipso ita omnia distincta sũt, vt sic inseparatas artiũ classes videãtur distributa? Aliud Ratio est, aliud sermo, aliud ornatus, aliud rerũ natura: aliud virtus & vitiũ. Ergo quæ à Deo ipso per se distincta, sed vsu coniũcta sunt, ea quisquã sobrio iudicio permiscẽda in artib. & confundenda existimabit? An quisquam velit Grammaticam docere in Geometria, vtranq; in medicina, has omnes in logica? nequaquam, sed classes artium etiam in Scholis, nedum in artibus ipsis præceptiones distincta esse oportet. Tertia lex præcipit, vt generalia generatim & semel, specialia per species ad vitandam tautologiam doceantur. Vtrum quisquam specialem affectionem generi aut generalem speciei attribuendam arbitratur? Non opinor: Natura rerum postulat, vt quæ multis communia sunt, ea communiter; quæ vnius propria, ea nominatim vni attribuantur. Nam si speciale tribuitur generi, κατὰ παντὸς non est, vt si dicas generatim, Caussam esse effectui congenitam, cùm id formæ proprium sit. Si vero in partibus generale ponatur aut repetatur, tum & partis ut-

De Axiomatis.

2. Lex.

3. lex.

lud proprium esse falso putatur, & fœda tautologia committitur: vt si vel Materiam dicas esse fontem scientiæ, cum id generatim Caussæ conueniat, vel id in singulis caussis iteres, cum semel ad caussæ definitionem dictum sufficiat, & clarius intelligatur. Sed tautologia ista, vt occultior, sic importunior est, cùm eadem doctrina, vario aliquo tractationis genere distincta, repetitur: vt cùm è decem locis argumentorum, Caussis, factis, subiectis, adiunctis, dissentaneis, Comparatis, nomine, distributione, definitione, testimonio, inuentiones sedecim in Organo Aristotelico accumulantur, modoq; ex eadem materia Categoremata fiunt quinque, modo decem Categoriæ, modo inuentio medij quintuplex, modo inuentio medij apodictici sextuplex: atque è communibus illis decem interdum etiam sæpius iteratis, Inuentio modo Propositionum, modo distinctionum, modo differentiarum, modo similitudinum, modo inuentio accidentis simplicis, modo accidentis comparati, modo generis, modo proprij, modo definitionis, modo eiusdem & diuersi, modo interrogantis, modo respondentis, id est, ex eadem materia fiunt sedecim doctrinæ pro vna. Imo vero etiam rursus inuëtiones alia, nescio quot, in Rhetoricis fiunt, & materies eadem libris octo physicis, ac quatuordecim metaphysicis odiosissime iteratur et repetitur. An quisquam hos admirandos tautologiarum cumulos in arte instituenda sibi permissos putet? Equidem non arbitror, qui liberum iudicium hic adhibeat, eum tam horribilem sophisticam probaturum, sed potius Aristotelea legi assensurum, tautologiam

legiam talem in omni disciplina maxime fugiendam & maximè detestandam esse. Itaque tertiam etiam Aristotelis legem omnium disciplinarum communem esse intelligimus. Quare si quis diceret, leges istas mathematum proprias esse, non cõmunes omnium scientiarum, omnium artium & doctrinarum, is turpiter erraret, cum earum tam necessarius & perspicuus in omnibus artibus vsus sit, vt eæ perpetuis ferè definitionibus, distributionibus et proprietatum explicationibus, ad illas leges conformatis demonstrentur. De Axiomatis. In Dial. 53.

PAED. Axioma est simplex aut Compositum, ait Ramus: At alij, Propositio est Categorica, vel Hypothetica: Cur has tritas appellationes nõ retinuit, quas Theophrastus, Eudemus & Boetius introduxerunt? Simplex Compositum. cap. 4. Compl. Assump. categoricum.

DISC. Hi non recte, neque Aristotelis, magistri sui doctrinæ conuenienter ita Axiomatis genera nominarunt. Simplex axioma Categoricum vocant, à consequente videlicet argumento, quod κατηγορεῖται καθ' ὑποκειμένου, predicatur de subiecto: at alias categorema angustius ad quinque Prædicabilia adstringitur, quæ sunt argumenta tantum consentanea, vnde fierent Axiomata solum affirmata. Dissentanea verò, quæ negando enunciantur, sic non prædicantur, vel attribuuntur, sed remouentur, & segregantur, vt Ignis non est aqua. Ergo illa appellatio à prædicatione seu attributione sumpta, nimis angusta & ambigua est, præsertim cum etiam Compositio possit conuenire, in quo argumenta quoque alia alijs attribuuntur. Hypotheticum sonat conditionale: at

solum Connexum & Disiunctum conditionalia dici possunt: & Cicero aperte in disiuncto conditionem nominat pro Cluentio: vide Dialect. pag. 422. Copulatum autem absolutum & Discretum conditionem non habent. Sed hypothesis etiam Aristoteli latiùs patet, significans quamlibet enunciationem tam simplicem, quàm Compositam, quæ pro vera ponitur: quomodo tota Astrologia dicitur hypothetica; cũ per hypotheses, nõ per indemõstrabilia progrediatur. Et sic 30. ca. 1. Pr. δεικτικὸν *opponitur τῷ ἐξ ὑποθέσεως: & totis trib. capi. 2. Pr. 11. 12. 13. appellãtur ab Aristotele Syllogismi hypothetici, syllogismi ad impoßibile, qui tamẽ constituuntur è simplicib. enũciatis suppositis ex cõditione. Atq; ideo interpretes etiã illi Hypotheseos significationem duplicem distinxerũt: vnã generalẽ illam Aristotelicam, alteram hanc Consequentiã cõditionalem, quæ Connexa P. Ramo cum Cicerone, imõ cum Boëtio etiam ipso dicitur. Quare cùm Hypothesis non omne axioma compositum complectatur, & aliter ab Aristotele etiam vsurpetur: interpretes nõ benè, nec Aristotelis doctrinæ conuenienter, ita Axioma Compositum nominarunt. Simplex autem & Compositum, tum à simplici sententia, quæ verbi vinculo, tum à composita, quæ coniunctione cõtinetur, propriè & concinnè dicuntur.*

Propo. relata.

Definitio Simplicis.

PAED. Simplex axioma est, quod verbi vinculo continetur. *At malim, vel vt aliàs Ramus definiuit,* Simplex est, quo sententia simplex enunciatur: *vel vt alij definiunt,* Simplex, quod de vno tantùm, idq; purè & absolutè

vel

vel affirmat vel negat. *vel*: Simplex est, qđ vnam sententiam comprehendit: eamque absolutè vel affirmat vel negat. De axiomate.

DIS. *Cum axioma definitum sit, dispositio argumenti cum argumento: accuratè certè tum prima cõmunis Axiomatum affectio ex vinculo, quo argumenta contineantur, generatim, tum Species ex eodem nominatim definiuntur:* Axioma affirmatũ est, cuius vinculum affirmatur: negatũ cuius vinculum negatur. Simplex quod verbi vinculo cõtinetur, quo affirmato affirmatur, negato negatur. Compositũ, quod vinculo coniunctionis continetur: itaq; è coniunctione affirmata *vel* negata, affirmatur vel negatur. *Vides concinnam analogiam in ijs, in quib. axiomatum vis consistit, nempe in Vinculis, quibus argumenta enunciata continentur. Sententia autem sic simplex aut composita effici sua sponte intelligitur: is.n. est talis formæ fructus: & generatim supra dictum est*, esse, vel non esse: *quod speciatim hic intelligitur*, esse simpliciter & compositè seu coniunctè; *imò simplex axioma & Compositum, latinè est simplex & Composita sententia. Quare si per sententiam definiatur, tum idem per idem, vel potius per fructum, quam per formam definitur. Quod additur*, Purè & absolutè, *id etiã quibusdã cõpositis conuenit; ideoq; Axiomatis simplicis propriũ nõ est. Similiter q; affirmatio & negatio altiores sũt, nempè vtriusq; etiã generis communes affectiones, ideoq; supra ex lege catholica cõmuniter proposita.* Respon.

PAE.

Verbum. PAED. *Dixisti supra Dialecticam non esse sermonis: at & hic de vinculo verbi, & infra de Coniunctionis copula præcipit.*

Respon. DISC. *Verbum Logica propriè hic appellat, non grammaticum vocabulum, sed ipsum mentis sensum, quod verbo externo significatur. Et sic infra non grammaticam coniunctionem præcisè significat, sed mentis sensum, quo sententia multiplex coniungitur, siue ea coniunctione grammatica, siue relationis particulis aut aliter etiam exprimatur.*

Diuisio. Simplices. PAED. *Ramus demceps mirum in modum axioma simplex diuidit, non vt alij solent, in Necessarium contingens, & impossibile, sed in quoddam compositum ex caussa & effectu, ex subiecto & adiuncto, ex dissentaneis: Egregia, me hercle, diuisio Rami, & digna ipsius arte, vt quæ neque cælum, neque terrā (vt prouerbio dicitur) attingat. Ergóne quæ erunt extra species has; non erunt simplicia axiomata? vt Homo est animal. Homo est rationis compos: Homo est capax disciplinæ, &c. Hæc certè perinde absurda est diuisio, atque si quis diuidat, Animatum corpus in Absynthium, gramen, quercum, pyrum, vrsum, leonem, hominem, & similia, quæ sine capite generum confusissima nō diuisio, sed perturbatio specierum est. His tribus speciebus, inqt Ramus, argumentū quodlibet enunciari potest, exceptis plenis comparationib. & distributionibus. An nòn sic confundit alienis differentijs species enunciatorum? Quis inquam scribens de Enunciatis & Propositionibus pro speciebus Enūciatorum numerauit plenas cōparationes & distributio-*

lutiones, quæ tanquam monstra quædam, vix quid sint, à lectoribus intelligantur. De axiom.

DISC. Istâ ferè obijceres, equidem te artificiosæ præcipiendi rationis ignarum esse responderem. Primò reprehendis, quòd Ramus Enunciatum simplex non diuidat, vt alij, in Necessarium, contingens, & Impossibile. At paulò ante sic diuisit non speciem hanc, sed ipsum genus, scilicet Axioma seu Enunciatum in verum aut falsum. Verum in Contingens & Necessarium: cui sic falsum etiam Cõtingens & Impossibile opposuit. Est enim illa affectio simplicis & compositi axiomatis communis: ideoq; à Ramo ex lege Catholica legitime in genere, ab alijs verò perperam in specie simplici enunciata. Et porrò obijcis Ramum diuidere Enunciatum in quoddam compositũ ex caussa & effectu, quoddam ex subiecto & adiuncto, quoddam è dissentaneis per illa exempla, Ignis vrit. Ignis est calidus. Ignis non est aqua. Atque miraris, si non sint alia simplicia enunciata extra illas tres species: diuisionem etiam hanc confusissimam esse exemplo physico demõstras. Bone Deus, per mihi mirum videtur, doctum virum, à quo tu ista accepisti, ita inepte de re valde perspicua scribere potuisse. Neq; enim Ramus partitur hic quicquam, sed explicat exemplis (nam & ipse ea exempla vocat) primam inuentorum argumentorum dispositionem, & qua argumenta quibus modis simplici axiomate enuncientur ostendit. Et considera tu, quam id concinne & accommodate fiat, quamq; accurate progressus seruetur. Primò Axioma dispositio argumenti cum Respon. 1. 2.

ti cum argumento generatim definitur: deinde communes affectiones affirmatio & negatio ex illorum argumentorum vinculo, itemq; Verum falsumq; distinctè explicantur. Nunc genera Axiomatũ sequuntur, quibus præcedentia illa omnia æquè sunt conuenientia, nempe Simplex & Compositum: Simplex statim, vt & infra Compositum, ex vinculo definitur, vt sic affirmatio & negatio aptè accommodetur, iudiciumq; inde colligatur. Et quia Inuentio nudè argumẽta excogitat, vt in Axiomate simplici sit prima inuẽtorum argumentorum dispositio: Ramus tribus è tribus primis argumentorum generibus, exemplis, tũ accommodationem affirmationis & negationis, tum primam illam è nudis argumentis dispositionem explicauit, primùm exempla componens, deinde eadem analysi in argumentorum genera retexens. Et statim quæ argumentorum genera Simplici enunciato disponi possint, nempe omnia, præter comparationes plenas & distributiones, ac quo affectionis modo quæq; genera legitimè enũcientur, perspicuè exposuit. Quare omninò insulsa & inepta etiam est illa tua cauillatio, quod obijcis Ramum dicere, his trib. speciebus (sic .n. illa tria exempla nominas) argumentum quodlibet enunciari posse: cum Ramus exemplorum illorũ Analysi sic subijciat; quomodo argumentum quodlibet enunciari potest, *&c. significans Axiomate simplici, eo modo, quo illa tria, etiam reliqua omnia argumenta, exceptis plenis cõparationib. & distributionib. enũciari posse, & quidẽ consentanea affirmando, dissentanea negãdo. Neq; sic Ramus*

pro

pro speciebus Enunciatorum numerauit plenas comparationes & distributiones, cùm has planè inter argumentorũ genera, quæ sint Axiomati proposita, excipiendo nommet. Noli igitur eiusmodi somniorũ futuos, & friuola commenta legitimæ arti opponere. De Axiomatis. Conclusio.

PAE. Sed eiusmodi tamen etiam Ramo de Simplicis Axiomatis in Generale & Speciale diuisione obiiciuntur. Oppug. Respon.

DIS. Memini: sed cùm ea partim nimis friuola, partim falsa sint, nihil hic comparatione dignum esse existimo. Dichoto. Simplicis.

PAE. At verò Dichotomia Simplicis in generale & speciale non videtur probanda: quia Aristoteles tertium etiam genus hic statuit, nempe ἀδιόριστον, infinitum, quod est cõmune quoddã ambiguum & incertum, vt nescias vtrùm generaliter an specialiter enũciet, vt, Consul ex vrbe hostẽ exire iubet: videtur, esse ἀδιόριστον infinitum. Et Ramus etiam aliàs infinitum Enunciatum nominauit, cuiusmodi videntur illa, Aliquis è vobis me proditurus est. Nõnulli quidem per inuidiam & contentionem; nonnulli verò etiam propensa voluntate Christum prædicant. Respon.

DIS. Illud ἀδιόριστον non Logici vsus præceptum, sed Eubulidis vel Antisthenis quoddam somnium est. Sententia enim enunciati mente concepti est generalis aut specialis: tertiũ illud vagũ, quod neq; generaliter neq; specialiter intelligatur, nihil esse potest. Quicquid mente concipitur et enunciatur, id vel generale est, vel speciale, et hoc particulare vel proprium seu singulare: et sic legitimè enunciare ac iudi-

iudicare logica docet. Sed si quid obscure vel incerte enuncietur, illius vitij logica non est magistra, cùm reuera, aut generale aut speciale semper significetur. Atque in verbis, quibus sententia exprimitur, coniūctus trium generalium artium vsus spectabitur, vt quid & quomodo significent intelligatur. Sic Consul ex vrbe hostem exire iubet: Synecdoche generis docet significari ex genere speciem indiuiduam, nempe Ciceronem consulem, Catilinam hostem, vt sit Axioma proprium. Itaq; vt Ciceronis enunciantis mens vaga & incerta non fuit, ita nec auditoris vel lectoris mētem vagam esse tropus ille sinit. Ergo tertium illud & incertum Axiomatis genus in mente & intelligētia omnino nullum est. Ramus autem per Infinitum alias nō vagum illud, sed Particulare significaut. Et ne vagum illud intelligeretur, tandem particulare dicere maluit: qua voce id, quod prius per Speciale est à generali distinctum, intelligimus de quibusdam partibus, vel particulariter intelligendum esse, cum Propriū sit de indiuiduo seu proprio. Illud verò, aliquis è vobis me proditurus est, mihi proprium esse videtur. Etsi enim proprio nomine is non designatur, tamen vnus aliquis, & singularis homo significatur. Illa verò ad Corinthios sunt particularia. Cùm igitur, quicquid est & enunciatur simpliciter, sit in mētis intelligentia & sic in vsu aut generale, aut speciale: & hoc vel particulare, vel proprium: efficitur, Indefinitum medium seu incertum nullum esse.

Infinitum Ramo.

Propo. relata-

Generale. PAED. Generale, definit Ramus, quando commune consequens attribuitur genera-

neraliter communi antecedenti: *At alij illud vniuersale nominant, & diligentius per signum vniuersale, itemq; particulare per signum particulare definiunt.* De Axiomatis.

DISC. *Memini, & quidem etiam dicunt* vniuersaliter vniuersalia: *sed quia illa magis scholastica sunt, Ramus latinè maluit* Generale *dicere. Definitiones autem hic fere conueniunt, nisi quod Ramus nullam signorum mentionem faciat: qui tamen ita definit, vt signa etiam, quatenus necessaria sunt, complectatur. Attamen illa definiendo ideo nominatim non exprimit, quod eorum vsus non sit κατὰ παντὸς cum ipsa generalem aut particularem sententiam nō efficiant, sed aliquando distinguant. Itaq; si doceat Ramus signa facere generalia axiomata, falsum doceat, & quod alias sit dedocendum. Nam si iuuentus per eiusmodi signa,* Omnis, Nullus, *& c. doceatur iudicare axiomata generalia: existimabit & omnia artium documenta, & multa alia enunciata, quæ cum sua natura generalia sint, illa signa non habent, specialia esse, nisi aliter doceatur. Sic,* Virtus est vitium fugere: Tempori cedere, sapientis semper est habitum, *& eiusmodi alia plurima, extra artes enunciata sunt generalia, etiamsi eiusmodi signa non habeant. Sententia igitur enunciati & mens differentis spectanda est: signa illa sunt quidem alia generalia, alia specialia; sed ea in sententijs sua natura generalibus aut specialibus nō requiruntur, in alijs verò distinguendi & vsquam complēdi caussa adhibentur. Et quidem ita facilius iuuentus* Respon. Signa.

docetur generales sententias agnoscere, si speciales opponas: vt Virtus est laudabilis: Estne generale Axioma? Si dubitetur, opponatur sic, Estne aliqua virtus non laudabilis? Hac exercitatione ad præcepta accommodata rectius iuuentus & certius, quam signorum applicatione, instituitur.

Compositi definitio. PAED. Axioma Compositū est, quod vinculo coniunctionis continetur, definit Ramus: alij vero ita: Propositio hypotetica est, in qua duæ Categoricæ per aliquam coniunctionem contextæ sunt. Ramus diuidit in Congregatiuum, cui subijcit Copulatum & Connexum: alij in Cōditionale, Copulatiuum & Disiunctiuum.

Respon. Definitio. DISC. Ramus, vt iam sæpius dixi, analogicōs inferiores definitiones ad superiores accommodat. Itaque cum supra dixisset, Axiomate dispōni argumenta & quidem vinculo affirmato affirmatè, negato negatè: species commodissimè suis vinculis, nempe, Verbo, & Coniunctione distinguuntur. Nec in Compositō tam simplicium seu Categoricorum, quam cōiunctionis plurium affectorum argumentorum habetur ratio. Nec enim hic (Eurus & Africus vna spirant) distincte sunt duo axiomata simplicia, cum duabus causis vnus effectus communiter tribuatur: sed duo inde distingui possunt. Nec etiam duo semper simplicia, sed aliquando plura coniunguntur. Imo cōpositum axioma non ex simplicibus prius factis, sed ex nudis argumentis, gradatim additis componitur. Ergo specierum definitio rectè ad generis definitionē accommodatur, vt ex argumentorum, quæ enunciā-

tur,

tur, vinculo vtraq; non altera ex priore definiatur. De axiomatis.

Diuisio Ramea etiã valde accurata est ex oppositis specierũ differẽtijs. Nã cũ Copulatũ et Connexũ hoc cõmune habeant, quod suis cõiunctionib. cõgregent, argumenta videlicet Consentanea affirmando, dissentanea etiam negando: rectè illa communione à reliquis, quæ dissentanea segregant distinguuntur. Ramus autem aliorũ Conditionale cum Ciceron Cõnexũ, Copulatiuũ. Copulatũ, Disiunctiuũ disiunctũ latinius nominauit, & ex vsu Discretum addidit.

PAED. Quia deinceps singulorum de Compositis axiomatis documentorum facilior est collatio, nunc tandem, & varias Axiomatum ab alijs traditas diuisiones, & denique eòrundem attributa seorsim attingamus. Eusmodi enim partim ab Ramo aliter tradita, partim etiam omnino præterita sunt, Oppug.

Diuisiones igitur Propositionũ à quibusdam sic traduntur. 1. Diuisiones.

Prima diuisione Propositionum alia est Categorica, alia Hypothetica. Categoricæ tres sunt partes, Subiectum, Prędicatum & Copula. 2. Propositionum Categoricarũ alia est affirmatiua, alia negatiua. 3. Aliæ sũt vniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ singulares. 4. Propositionum alia est vera, alia falsa. 5. Aliæ sunt necessariæ, aliæ Cõtingentes, aliæ Impossibiles. *Hic de attributis porrò* Oppositione, Aequipollentia, & Conuersione: *itemque de Modalibus Propositionib.* Hypotheticæ Propositiões sũt 1. 2. 3. 4. 5.

Conditionales, Copulatiuæ, & Diſiunctiuæ: *quas alij ſtatim hic tradunt, alij ad Syllogiſmũ reijciunt.* Ab alijs verò ſic illæ diuiſiones explicantur:

1. Omne Pronunciatum eſt Simplex *aut* Coniunctum. Deinde à qualitate,
2. omne pronunciatum eſt affirmans, *aut* negans. Tertiò *ab* eadẽ qualitate, omne pro-
3. nunciatum *eſt* verum *aut* falſum. Quartò à
4. quantitat, eomne pronunciatum *eſt* vniuerſale, *aut* particulare, *aut* indefinitum, *aut* ſingulare. Quintò ex materia, omne pronun-
5. ciatum *eſt* Neceſſarium, Impoſſibile *aut* Cõtingens. *Hæ diuiſiones omnibus Pronunciatis communes ſunt.* Simplex deinde conſtat duobus extremis, ſubiecto & prædicato ſeu attri-

Simplex. buto. Simplicis duo ſunt genera: Vnum cũ ſimpliciter *aut* ineſſe, *aut* non ineſſe attribu tum ſubiecto pronunciatur: alterum cum certo quodam modo: vnde modificata e-

Coniunctũ nunciatio dicitur: modi autem eiuſmodi ſunt quatuor. Coniuncti partes duæ ſunt, antecedens & conſequens. Eiustria ſunt genera, Connexum, diſiunctum, copulatũ. Attributa tandem Pronunciatorum ſunt Contrarietas, æqualitas, & conuerſio.

Aliter etiam ab alijs illæ diuiſiones digeruntur, & quædam etiam aliæ adduntur, vt, Enunciatio alia eſt directa, alia conuerſa, alia traiecta. Itemq; de attributis illis quidam ſic præcipiunt: Hactenus de Enunciationibus per ſe conſideratis: deinceps

ceps de ijs, quibus inter se comparantur, vt de Contradictione, Pariatione, & Conuersione. De Axiomatis.

Postremò etiam peculiares quærendi formas hic tradunt, vt, Quæ, qualis, & quanta propositio. &c. Quærendi forma,

DISC. *Alij plerique generum & specierum, itemq; affectionum diuisiones conturbant, Ramus autem distinguit: illi eas impropriè attribuendo ordine enumerant, Ramus catholicè enunciando certis gradibus deducit. Sic igitur confero: Definitioni Axiomatis ab Ramo rectè duæ affectionum communium diuisiones subijciuntur, vna, in* Affirmatum & negatum, *altera in* Verum & falsum: *quia vt ipsa Generis definitio, sic ea etiam pariter speciebus inferioribus conuenunt: Impropriè igitur alij nonnulli soli categorico seu simplici tales attribuūt affectionum diuisiones. Et porro ipsum* verum *in* contingens *et necessarium distinguitur: quibus falsum contingens & impossibile opponitur. Itaq; nimis distortè ipsum ingenere axioma in necessarium, contingens & impossibile diuiditur. Atq; his communibus conuenienter succedit dichotomia in genus* Simplex & Cōpositum: *in quod vtrinque illa communia pariter accommodanda sunt. Quare incommode hæc generum dichotomia ab alijs primo loco ponitur. Simplex deinde in Generale & speciale, & hoc in particulare ac proprium commode distribuitur: ergo incommode & inæqualiter à quibusdam immediate Categoricum, ab alijs ipsum Pronunciatum in* vniuersa- Respon. Affirmatio Negatio. Verum. Falsum.

le, particulare, indefinitum, & singulare, distinguitur: cum & particulare ac singulare sint inferiores, nempe Specialis species, & praterea indefinitum nullum sit, vt supra ostendi. Simplicis porro in illud quo & absolutè ineſſe enunciatur, & in modificatum distinctio vanæ est, nihilq; distincta artis et considerationis habet. Et quidem hoc ex argumentorum affectione sua sponte apparet, an simpliciter, aut certo quodam modo enunciandum sit. Modos eiusmo diferè quatuor, aut sex solent enumerare, quorum si quis acceſſerit & insertus fuerit pronunciato, modificatoriam enunciationem reddit, Sunt autem hi, Neceſſarium, Contingens, Possibile, Impoſſibile, Verum, Falsum. Agnosco hic dißipatas cõmunes Axiomatis affectiones, quæ sic soleant iudicãdo ad exempla accommodari, vt inde alia axiomata fiant, quæ subiecta & adiuncta affectiones, aut species ac genera enunciant. Sic si quis ita enunciet, Homo est animal: et addat esse axioma neceſſarium: is ita adiunctam affectionem cum proposito axiomate enũciando declarare poterit: Hominem enim esse animal est neceſſarium. Item, Hominé esse diuitem, est contingens, etc. Sic adiunctus axiomati affectionis modus, vel genus ad speciem, hoc est, communis affectio ad exemplum speciale additur vt eius iudicium intelligatur. Ergo hic nihil nouæ artis est, sed communi Inuentionis intelligentia, adiuncta Axiomatis affectio inuenitur, & ad exemplum tanquam eius genus accõmodatur, quasi dicas, Hominem esse diuitem, est exemplum seu speciescies

Modificatoria:

Modi.

cies axiomatis cõtingentis. *Sed plures alios imo innumerabiles eiusmodi modos argumentorum, præsertim q̃ cause & effecti, subiecti & adiuncti, generisq̃ & speciei affectiones ex generalib. rerũ documentis suppeditant: vt, Solũ Deũ inuocare, diuinis litteris est consentaneũ. Parentes colere, sanctum est: suũ cuiq̃ tribuere, iustũ est. Socrates disputat sapientior, Zeno respõdet subtiliter. Alexãder pliatur sortitor, et similia. Deniq̃ ex oĩbus fere et nominib. & aduerbijs modos eiusmodi liceat enũciationi addere, ad significandũ quomodo Categorema in subiecto insit, vt, Ag t̃bone, incedit obliquè scribit docte, & similia.* De axiomatis. Exẽpla plurium modorum. Propug. de vtilitate modalium

PAED. *At vero ingens est Modalium vtilitas: quia hic discrimen illustratur inter necessaria & non necessaria: quo sublato horribilis confusio errorum sequetur. Alio enim modo ignis agit, alio modo voluntas humana. Ignis secundum naturæ ordinem non potest non calefacere: at voluntas humana potest velle & non velle. &c. Itaq̃ recti illi modi, & nominatim quatuor necessitatis gradus, nempe necessitas absoluta, definitionis & demõstrationis, physica, & consequentiæ, hic distinguuntur. Et certè habẽt illi modi aliq̃d ppriæ artis: q̃a et suis definitionib. exponũtur, & peculiarib. formis negãtur. Quod aũt tu dicis innumerales tales modos p verba, adiectiua et aduerbia inseri posse, nõ videris ĩtelligere hos quatuor vel sex modos plurimũ ab illis cõmunib. differre. Nã alia adiectiua vel aduerbia sũt subiecti & p̃dicati, hoc est, partiũ in axiomate, descriptiões & illustrationes, nec ptinẽt ad copulã, nec similes sũt v-*

Ph. lib. 3.

Respon. *nuersalib. nec mutãt genera oppositionũ, vt hi modi ideoq; non dicuntur inde modales propositiones.*

DISC. Generalis ars, inquam, omnem illam vtilitatem præstat, confusionemq; cauet: modorum obseruatio nihil omnino noua artis habet. Nam quæ affectio in axiomate simpliciter absoluteq; enunciato per se ineſt, artisq; distinctione intelligitur: eam tu inesse per modum vna enũciatum significas. Homo est animal: *est axioma necessarium, & quidem κατὰ παντὸς:* Homo est diues: *est axioma contingens. Hæc ita ex arte distinguuntur. At tu modo inserto id ipsum exprimis,* Hominẽ esse animal, necessarium est: Hominem esse diuitem, cõtingẽs est. *Sic enim vt supra dixi, ex arte ad exẽplum affectionem accommodas: atque ideo etiam nõ plures modales propositiones traduntur, quàm sunt distincta communes axiomatum affectiones. Sed ego monui ex argumentorum etiam affectionibus per nomina, verba & aduerbia plures modos esse posse: quos tu dicis eam vim non habere. Quare illud quidem ita est, vt supra exemplis ostendi: hoc verò, quod tu dicis ita concedo, vt ostendam vulgatos modos affectionem iudicij primi, reliquos argumentorum vim exprimere: sed tamen in neutro illorum genere quicquam nouæ artis esse contendo. Distinctio autem illa naturæ & voluntatis, quam tu etiam ad errorum cõfusionem cauendam adhibes, nihil ad axiomãtũ rationem attinet: sed tum generatim in Logica in Efficientis per se modis indicatur, tum in Physica specialim explicatur. Dicis porro, illos modos ideo peculiarem*

Modi ex Axiomatum affectiõib.

Modi ex Inuentione.

Lib. ca. 4.

rem habere artem, quod & suis definitionibus ac distinctionibus explicentur, & peculiares negandi seu contradicendi formas habeant: sed ego respondeo vtrumq; falsum esse. Nam, nec sunt aliæ definitiones ac distinctiones illorum modorum, quam communiũ axiomatis affectionum, veri necessarij ac contingentis: & falsi necessarij id est impossibilis ac contingentis, nec peculiares contradicendi formæ. Quatuor autẽ illi necessitatis gradus, nec omnes reuera sunt necessarij, sed quidam contingentes, nec logicæ, sed suarum artium proprij sunt. Logica generatim docet, quid sit necessarium, & affirmati necessarij differentias etiam ex argumentorum affectionib. distinguit: si qua hic inferior sit differentia, ea alterius, vel artis vel logicæ partis est. Et certè ea tantùm aximaticõs necessaria sunt; quæ ita vera sunt, vt nunquam falsa esse possint: secus sunt Contingentia, quæ partim certa esse possunt: (nec tamen ideo necessaria sunt) vt præterita, & præsentia, partim incerta, vt futura. Necessaria syllogismi consequentia non facit axioma necessarium, sed demonstrat tale esse, quale sua natura est, vt fides ei adiungatur. Ergo logicè necessitatis axiomaticæ gradus, præter affirmati necessarij differentias, nulli sunt. Postremo de oppositione seu negatione modalium videtur Aristoteles dicere, eam ad solum modum pertinere: vt hæc enunciatio (Hominem ambulare est non possibile) sit negata: quasi alia sit negatio absoluti axiomatis, nempe in ipso vinculo, alia modificati in ipso modo. Nã inquit, si modificati negatio etiã sit in vinculo, et nõ in modo,

De axiom.

Oppo. mo.

sequeretur, quia idem potest esse & non esse, oppositas affirmationes & negationes de eodem simul veras esse, quod est impossibile. Atq; inde concludit in modificato, ipsi modo negationem addendam esse. Sed falsum id esse & captiosum P. Ramus Schol. Dial. li. 6. ca. 3. demonstrat. Nam vt axioma prius affirmatum deinceps negetur, totum eius consequens, non particula consequentis negabitur, alioquin non est negatio, sed affirmatio infiniti, hoc est, affirmata attributi particulæ negatæ, aliquid aliud, sed incertum & infinitum affirmatum significans. Nunc autem in tali Axiomate (Hominem esse, est possibile) Hominem esse, est antecedens axiomatis pars, est possibile, consequens. Ergo totum illud est possibile, negabitur, sic, non est possibile, non autem particula, sic, est non possibile. Nam prior negatio est legitima contradictio, posterior est, affirmatio infiniti: quæ si pro totius consequentis negatione sumeretur, captio esset, quæ definitione contradictionis solueretur, & dicendum, hanc negationem non totum attributum, sed eius partem afficere. Aristotelis autem de modi negatione argumentum dupliciter fallit: & & in Proprijs axiomatis vtraque pars falsa sic esse possit, & si in ijsdem aut alijs maxime altera vera, altera falsa sit, id tamen non vi & caussa axiomaticæ Contradictionis propria: sed communi oppositorũ omnium medio carentium affectione, qua eidem attribui nequeunt, fiat. Propria hac ex modi affirmatione & negatione manifeste falsa sunt: Socrates est leo necessario. Socrates est leo nõ necessario

Propo.

Assump.

Compl.

Aristot. argum.

1.

rio. At Logica præcipit ſpecialis contradictionis vnã partem veram, alteram falſam eſſe. Si autem per nomina enuncies, Neceſſarium, non neceſſarium poſſibile, non poſſibile, &c. error quidem ille non accidit, at hoc non accidit vi enunciationis ſeu cõtradictionis axiomaticæ, ſed infeſta contrariorum medio carentium affectione & pugna, vt paulò ante dixi: hoc modo: Socratem eſſe leonem, eſt neceſſarium: Socratem eſſe leonem eſt non neceſſarium: affirmatio falſa, negatio vera eſt, vi non Axiomaticæ, ſed contrariæ contradictionis. Hoc ita ex aduerſis ſine contradictione deprehendes: Omnis homo ſanus eſt: Aliquis homo æger eſt: prior enunciatio falſa eſt: altera vera, quaſi eſſet Axiomatica contradictio. Item: Omnem hominem currere, eſt poſſibile: Aliquem hominem currere, eſt non poſſibile, affirmatio vera, negatio falſa eſt; nec accidit partem vtramque ſimul eſſe falſam: at tamen non eſt iſta vis affirmatæ & negatæ enũciationis, ſed rerum oppoſitarum, quæ inuentionis contradictionem in parte attributi non in toto attributo habent. Quamobrem falſum eſt illud decretum, modificatas enunciationes negari, ſi tantum modus negetur; nec alia eſt negatio modificatarum enunciationum, quam reliquarum. De axiom. Conel

1. De Oppoſitione, Contrarietate, ſeu vt alij generatim vocant, Contradictione, breuiter reſpondeo, διάγραμμα illud Ariſtotelicum quatuor ſpecierum Contrariæ, ſubcontrariæ, Contradicẽtium, & ſubalternarum, plenum non eſſe. Nam ſubal- Oppoſitio.

subalternæ non sunt affirmatio & negatio eiusdem consequentis de eodem antecedente. sed speciale consequens generale, subcontrariæ affirmant quidem & negant idem consequens, sed non eodem antecedente: itaque diuisio est non oppositio contradictionis, Vt quidem vtræque illæ vtranque partem simul veram habent. Restant Contrariæ *vel* Aduersæ, *quæ Contradictionem generalem,* & Contradicētes, *quæ specialem faciunt, de quib. in Dial. l. 2. c. 4.*

Aequipollentia.

2. *De* Aequalitate *seu* æquipollentia *et Pariatione respondeo, illam sermonis esse, nō rationis: ideoque de ea Logicam non magis præcipere, quàm de reliquis sermonis proprietatibus, quibus quodvis argumētum exprimitur. Itaq; logicus, vt vniuersi sermonis & ornatus è suis artibus & populi benè loquentis, ac dicentis consuetudine, ita indidem & huius conciliationis seu pariationis rationem habet: vide Ph. h. 2. qui ad Grammaticam eiusmodi obseruationē reiecit.*

Conuersio

De Conuersione *respondeo, eius separatā doctrinam à mathematicis in logicam translatam, cōmentitiam esse, nec vllum in vita humana vsum habere. Est tamen quædam verè Logica Conuersio, nēpe Reciprocationis in quibusdam argumentorum generibus, & sic axiomatis Catholici: quæ vt verè logica est, ita tum argumentorum, tum axiomatis catholici legibus explicatur: illa autem commentitia & mathematicæ omnino dissimilis, meritò è Logica à P. Ramo exterminata est. Vide cap. 4. li. 7. Schol. Dial. & infra de Reduct. Syllogismorum.*

Περιτατio.

Quod ad percuntandi formas attinet, & nos illis

vti pos-

De Dianoia.

vti possumus, Quod, quale, & quantum axioma, *sed cum quantitas nec ita in Composito consideretur, nec omnino in axiomate locum habeat: rectius*, Quod genus axiomatis? quale ex prima & secunda affectione? *quærimus. Vide tertium tomũ. Sed tẽpus est, vt hanc etiã partem concludamus.*

Artis præcepta.

COMPARATIO II.

DE SYLLOGISMO.

I. THESES.

ATque eiusmodi iudicium est Axiomaticum axiomatis per se manifesti: sequitur Dianoeticum.

2. Dianoia est cum aliud axioma ex alio deducitur: estq; Syllogism⁹, aut Method⁹, &c.

2. QVAESTIO.

An tota Syllogismi doctrina sit legitima?

Affirmatur à subiecto & forma.

SI vniuersam concludendæ quæstionis seu argumentandi artem legitimis documentis explicat: certè legitima tota est.

Nam tota logica in argumentis nudis, enunciatis manifestis, Quæstionum conclusione, & axiomatum ordine versatur

Oppug. Transit.

At primum. Ergo & postremum.

CONTENTIO.

PRima Thesis est Transitio à primo iudicio ad secũdum: At Transitionis est recreare & reficere auditorem, non nouam doctrinam tradere. Hæc autem

priore

priore parte nouam doctrinã, de qua nihil hactenus, inculcat, nempe, Axioma per se manifestum, primo iudicio propositum esse. Ergo nõ est legitima trãsitio.

Propug. *Transitiones quidem non nouam complectuntur doctrinam, sed eam, quæ distributa fuit, breuiter colligabunt. Neq; hæc nostra quicquam nouum vel alienum habet, sed axiomatico iudicio hactenus explicato commodè dianoeticum annectit. Particula autem illa, quam tum, vt nouam insertam putas, ex ipsius axiomatis, quod sententiam sua luce manifestam significat, natura et nomine deducta, primi iudicij vim à secundo, propter adiunctum iudicem seu auditorẽ & lectorem, cui fortasse manifesta lux non apparet, apertius distinguit, vt quatenus vel primum satisfaciat, vel ab eo ad secundum progrediendum sit, intelligatur. Nã si axioma per se manifestum sit, acquiescimus primo iudicio: sin dubium sit, transimus ad Syllogismi tribunal.*

Primũ iudiciũ distinguitur à secundo.

Oppug. *PAED. Si hactenus fere omnes, aut saltem præcipuæ logicæ partes à subiectis, in quibus versantur, definitæ sunt: sic etiam Dianoia commodius definiretur. At sic inuentio de inueniendis argumentis: Iudicium de disponendis argumentis ad bene iudicandũ, Axioma dispositio argumenti cum argumento, è subiectis videlicet rebus, definiuntur. Ergo & Dianoia dispositio axiomatum, vel distinctione quadam, axiomatum dubiorum & inordinatorum, eodem videlicet genere & rebus subiectis definiretur.*

Propo. Assum.

Compl.

Propug. *DISC. Genus quidem subintelligitur, & subiecta etiam, nempe axiomata, hic exprimuntur, sed ita vt*

huius

huius iudicij forma ac vis vna exprimatur, nempe quod axiomata quadam deductione & commentatione disponantur. Hoc itaque generale est, & iam generaliter definitur: distinctio illa dubiorum & inordinatorum specialis est, ideoq; ad species attinet.

PAED. Sed quid si Dianoia à Mentis discursu ac per medium quoddam commentatione definiatur. Nam Noeticum iudicium simplici, absq; vllo medio, intelligentia, Dianoeticum commentatione & tanquam consultatione, per aliquod medium, perficitur. Medium autem illud in Syllogismo est tertium argumentum: in Methodo, differetia claritatis axiomatum. Oppug.

DISC. Logica Mentis actiones ita formis differendi describit, vt ea res sibi logicè subiectas pariter complectatur: vtq; in his naturalis à minimis ad composita, & ab his ad ea, quæ magis coniuncta sunt, progressus seruetur. Sic igitur inuentio non simpliciter subiectis argumentis, sed forma res subiectas finemq; complexa, similiterq; iudiciũ & Axioma definitur. Ergo & Diànoia ita quidem mentis operatione, quæ est in axiomatum deductione, definitur, vt res subiectæ, nempe ipsa axiomata, vna comprehendantur. Alioquin, nisi ita partes logicæ definirentur, propria vis & progressio earum non satis exprimeretur. Propug.

Dichotomia Dianoia.

PAED. Dichotomia Dianoiæ in Syllogismum & Methodum primum in legem κατὰ παντὸς, mancae est, & in legẽ catholicã impropriè enunciata: deinde etiã in legẽ καθ' αὑτὸ inuicta est. Mãca et impropriè enun-

Propug. *enunciata est, quod vnicam tantū concludendæ quæstionis formam, nempe Syllogismum, pluribus alijs præteritis, pro commum earum genere, quod est* Argumentatio, *enunciet. Iniusta est quod Methodū, quæ Rhetorum maxima sui parte propria est, logicæ attribuat.*

Argumentatio. DISC. *Ego vero vtrunque pernego, & primò omnino perfectam proprieq; enunciatam, deinde & iustissimam illam dichotomiam esse confirmo. De Methodo, omniq; dispositione initio ad partitionem respondi, & infra de illa vicissim nominatim conferemus. De argumentandi formis, si quid habes, id iam differatur.*

Respon. de formis argumentandi.

Propositio PAED. *Argumentatio genus est, cui plures ab alijs logicis formæ, à quibusdam quatuor,* Syllogismus, Enthymema, Inductio, & Exemplū, *ab alijs octo, nempe illæ quatuor primariæ, & quatuor aliæ secundariæ,* Sorites, Dilemma, Violatio, Enumeratio, *subijciuntur: quanquam & hic numerus ab alijs minuitur. Vides igitur quàm accuratè illi collegerint, quæ Ramus præterijt.*

DISC. *Video Ramum hic ea præterijsse, quæ huc etiam nihil pertinebant: quanquam ea suis passim in logica locis non præterijt. Solus enim Syllogismus est argumentandi forma & regula: ceteræ vel argumēta eorumve peculiarem aliquam accommodationem vel aliquam Crypsin Syllogisticam significant, vt inferius dicetur.*

Syllogismum autem vnicum argumentandi genus esse sic à conclusionis, seu huius iudicij efficiente demō

stro

ſtra Argumentatio eſt iudicium, quo certa Quæſtionis cum argumento Diſpoſitione neceſſaria conſequentia efficitur. *Nam certa diſpoſitionis Regula vnumquodq; iudicatur.* De Syllogiſmo. Propoſitio

Hinc argumentatio definitur ita:

Argumentatio eſt Oratio, in qua concluſio aliqua confirmatur aut refutatur, per alias notiores propoſitiones, continentes cauſſam concluſionis, & rectè ad eam accommodatas. Ph. Mel. l. 3. *Et additur:*

Materia eſt rerum ſeu Propoſitionum cumulus, quæ ſunt cauſſa eius concluſionis, de qua diſputatur.

Sed Forma, ordo, ſeu diſpoſitio & connexio eſt ſingularum partium: & vocatur bona Conſequentia.

Et hic de forma agitur.

Item, Argumentatio eſt Regula, qua vera & falſa dijudicantur. Tranſitio deinde talis eſt: Fran. Hotti. li. 3. & 4.

Quoniam de Inuentione Medij Syllogiſtici ſatis dixiſti, deinceps de ipſius Collocatione videamus, quæ iudicandi ars analytice appellatur. lib. 4.

Ex his igitur hoc fundamentum manifeſtum eſt, Eam eſſe veram Argumentationem, quæ certa propriaq; Medij ſeu argumenti Diſpoſitione neceſſariam efficiat Conſequentiam.

Nunc autem ſolus Syllogiſmus eiuſmodi propriam Diſpoſitionem habet: ceteræ non item. Aſſum.

Solus enim Syllogiſmus Quæſtionem cum Argumento ita diſponit, vt neceſſariò concludatur: quæ forma ſola reliquæ etiam, quæ putantur, ſpecies concludunt, quando Conſequentia ijs efficitur.

Compl. Ergo solus Syllogismus Argumentationis forma, & vnicum concludendæ quæstionis instrumentum est. Quòd cùm ita sit, nec quicquã hic in legem generalis veritatis prætermissum, *nec specie pro genere impropriè enunciatâ, lex sapientiæ violata est.*

Oppug. Propo. *PAED. Sed ego fundamentum illud, quod de Argumentatione in Propositione iecisti, nego: quia nec Dispositio est Instrumentum & caussa efficiendæ Cõsequentiæ; nec in omni Argumentatione Argumentũ seu Medium est: quæ duo tu Propositione cõplexus es.*

1. Dispositio an caussa Consequentiæ: Iacobus Carpent. Nam si argumentatio potius Quæstionis collectio est ex certa collocatione, quâ collocatio argumenti cum Quęstione: certè in complexione (quam vt finem spectat) meliùs quàm dispositione eius vis statuetur, indeque melius definietur. *Est enim instrumentum ipsa probandæ quæstionis.*

At argumentatio est potius quæstionis collectio ex certa collatione, quam argumenti cum Quæstione collocatio.

Sic enim Aristoteles ambigui verbi Syllogismum significatorum Collectionem appellat. Et Fabius Syllogismum interpretatur collectiuum. Atq; in rationib. nummarijs, ex quib. hoc ad analyticã artem trãslatum, Ratiocinari non est nummos certo ordine collocare: sed potius ex certa collocatione, addendo, deducendo, tandem videre quæ reliqui summa sit.

Compl. Ergo omnis Argumentationis vis melio in ipsa Cõplexione, quàm in collocatione ponetur.

DISC.

DISC. Nescio quid arguteris: An non definitur à P. Ramo Syllogismus, id est, argumentatio, ex complexione, sed ita, vt ea ex Quæstionis cum argumento certa dispositione efficiatur? Et cùm ipse dicas illam collectionem esse ex certa collocatione: an non collocationem esse causſam & Instrumentum illius aperte fateris? Certè argumētatio collectionem seu complexionem, hoc est, Consequens & Inconsequens sinē sibi proponit: sed eius & Efficiēs est ipsa collocatio & forma Quæstionis cū argumento talis collocatio, qua ipsa necessario concludatur. Atq; ex dispositionis differētia ipsa syllogismi genera, & simplicis quidem species, quas figuras vocāt, Cōpositi aūt modi, omnino distinguūtur. Nec verò Similitudo à rationib⁹ nūmarijs diuersum ostēdit: cū nec similitudines per oīa respondeāt; nec certè reliqui summa addēdo deducēdoue colligi posſit, nisi priꝰ numeri certa ratiōe scribātur aut collocentur, vt inde fiat additio vel deductio. De Argumentatiōe Propug. Oppug.

PAE. Collocationem adhiberi non nego, sed in ea vim & causſam argumentationis esse nego. Nā cùm finis argumentationis sit Quæstionis explicatio; Instrumentū autem explicādæ Quæstionis sit Ratio, cur attributū Subiecto conuenire vel affirmetur vel negetur: in hac ratione causſam & vim conclusionis, nō in ipsa collocatione, esse puto. Hæc enim Ratio duo Quæstionis exerema necessariò inter se vel cōnectit, vel disparat. Itaq; quoniā ad vtriusq; vel conuenientiā, vel discrepantiam dijudicandā, quasi Arbiter honorarius adhibetur, id Medium appellatur. Vt argumentatio vera ea sit, quæ ea, de quibus ambigitur, Fr. Hot.

gitur, vtrum inter se conueniant aut dissideant, necessario vel conuenire, vel dissidere ostendit ex eo, quòd illa in tertio aliquo vel conueniant, vel dissideant. Hinc Aristoteles multis locis admonuit, in Quæstionibus omnibus nihil aliud quæri, quàm sit necne Medium, aut quodnam sit Medium. Caussa enim per quã Quæstio explicatur, & Medium, idem omnino sunt. Sed vt Medij tantam vim esse intelligere possis, considera Notionem illam, quæ à natura in hominum mentibus insita est, & Geometris, axioma, nominatur, Vt quæ in tertio aliquo cóueniunt, eadem etiam inter se necessario conueniant: quę vero in illo tertio non conueniant, eadem nec inter se conueniant. Medium igitur est tanquam libra, aut mensura, aut calculus, quo Quæstionis partes cenuenire, aut non conuenire dijudicantur & tanquam lumen, quo ea omnia quæ in quæstionibus obscura sunt, illustrantur. Qua de caussa passim argumẽtatio definitur ratio, quæ ex perspicuis dubia illustrat. Itaque hinc colligo, argumentationis vim, Iudicijq; efficientiam esse in ipso medio, & huius cum partibus Quæstionis congruentia vel dissidentia, non in Dispositione.

Conclusio.

Respon. DISC. Ego verò breuiter respondeo, illam medij vim, & ad partes Quæstionis affectionem atque accommodationem Dispositione patefieri, in lucem proferri, & demonstrari, vt intelligi & indicari possit: vel potius non aliam medij ad partes quæstionis in Syllogismo vim esse, quam argumentorum inter se extra Syllogismum: sed in eius ordinatione & dispo-

sitio-

sitione omne consequentiæ robur inesse. Neq; enim Consequentia certa effici potest, nec iudicium fieri, nisi Medium hoc vel illo modo anteceßionis aut consecutionis cum extremis disponatur: idq; vel inde apparet, quod & ex veris sumptionibus aliquando falsum vitio dispositionis, & ex falsis verum, eiusdem vi, aliquando efficiatur. Quare, vt in argumentorum affectibus ea vis est, vnde verum aut falsum existit: sed hoc non apparet, nec intelligitur, nisi ipsa axiomate ita disponantur, vt illud enuncient: ita in Syllogismo Medium aut tertium argumentum suam ad vtramque Quæstionis partem affectionem habet, quæ tum in propositione, tum in assumptione vi axiomatici iudicij apparet: sed eiusdem cum illis certa collocatione ad illam affectionem accedente consequentia necessaria efficitur, atq; ex primo iudicio secundum vi Dispositionis elicitur. Hinc Aristoteli τάξις θέσις, διάθεσις, γένεσις, ordo, positio, dispositio, compositio, & contra ἀνάλυσις, resolutio Syllogismi nominatur: quæ ille & ad certas normas componatur, & sic vicißim resoluatur. Quod de notione dicis in hominum mentibus insita, ea ex comparatorum fonte hausta nihil impedit, sed magis confirmat Dispositionis iudicium: quia necesse sit, ex illo fundamento, duo aliqua separatim ad tertium accommodare; quod non fit absque ordine, & pari collocationis applicatione. Manet igitur hoc ratum & firmum fundamentum, iudicium esse Dispositionis fructum, & quidem argumentationem esse collectionem Quæstionis ex eius certa cum argumento dispositione.

De Argumentatione

Appellationes iudicij.

Oppug. De Colloc. & judicio. Io. St.

PAED. *Attamen tu mihi vide ne temerè clarissimos viros notes, qui cùm omnem disserendi disciplinã in Vim differentis & in Disquisitiõem distribuãt, illam in Inueniendo, Iudicando, & Collocando ponunt, omnemq; illam doctrinam ex Aristotele satis demonstrant. Dialectici enim iudicium docent esse ἀνάλυσιν, qua confecti Syllogismi quasi resoluũtur, & ad figuras suas reducuntur: vbi tota ars Syllogismorum, tum Dialecticorum, id est, probabilium: tum Demonstratoriorum, id est, necessariorum, tum denique sophisticorum, & peculiaris quædã vtriusq; postremi generis Inuentio traditur. Postremo collocatio cũ Disquisitione seu Disceptatiõe coniũgitur: & quia Disquisitio est, tum διάλεξις; tum διάσκεψις, tum ζήτησις, hoc est, disputationis delectus, cõsideratio & inquisitio, quæ sermone plerunq; tametsi absoluatur, tamen etiã conficitur sedato & solitario orationis genere: hîc cùm conficiendorũ Dialogorũ ratio quædam tradatur; in hac Collocatio ponitur, quæ sit conuenies Dialecticarum Interrogationum dispositio. Sic enim & Interrogatoris & respondentis officia è rebus subiectis certa, tum argumentationis, vel apertæ, vel occultatæ, tum ordinis formâ & ratione explicantur. Vides igitur Dialectici iudicium in argumentatione quidem poni, sed ab eiusmodi collocatione separari.*

Propug.

DISC. *Non est modestiæ nostræ quenquam notare, vt nec ingenij, quicquam emendare: sed propositi nostri est, ea quæ de disserendi disciplina tradita sunt, modestè comparare, & iudicium de ijs, doctis hominibus committere. Respondeo igitur, doctissimum Sturmium, iudicium Dialecticum in om-*

De Argumentat.

ta Dispositione esse non negare, sed Collocationis nomine specialim hic de Disquisitionis parte vti, nempe de ea Dispositione, qua in argumentosa atq; numerosa de re proposita in vtranq; partem disceptatione, interrogationes & responsiones conuenienter introducuntur & conformantur. Consilia enim hæc quadam sunt, tum de Argumentationis formis, tum de Methodi partibus in Dialogo seu Disceptatione in vtramque partem conuenienter adhibendis: quæ potius specialem cuiusdam Exercitationis rationem ex generalibus artis præceptis collectam, quàm certam artis partem continent. Nam quæ hîc de Principijs & Ingressu Dialogorũ, deq; ipsa demonstratione, & tandem de conclusione, Dialogorũ videlicet partibus traduntur; ea ex Methodi arte eò sunt accõmodata: quæ de occultãdi ratione per prosyllogismos, Enthymemata, & partiũ inuersiones explicatur, ea ex cõmunibus Syllogismi partiũ affectionib. deriuata sunt: cetera vel ex subiectis locis, adiũctis personarum, aut è ceteris argumentorũ generib., vel è Rhetoricis ornamentorũ præceptis, vel è philosophia ipsa, sunt ad exercitationem talẽ suscipiendã nõ contemnenda consilia, sed non generalia Dispositionis præcepta. Quod aũt Dialectici iudicium nihilominus Iudicium in Dispos. in Dispositione generatim ab eodẽ auctore ponatur, id tum è nomine ipso, quod est Analysis, & Definitionę figuræ, tum è totis præceptis intelligitur. Analysis enim est Dissolutio: quæ quid quæso dissoluat, nisi quod prius dispositum sit? vnde etiam facta Conclusionis ad figuras deductio definitur. Figura autem

tem esse dicitur, quæ ex certa partium Dispositione atque confirmatione varios cõtinet concludendi modos. Deinde tota iudicij & argumẽtationis doctrina, etsi vspiam rerum necessariarum & probabiliũ falsarumq; differentiâ distinguitur, tamen prorsus certa dispositionis legibus perficitur. Sic syllogismus ex duabus propositionibus necessariam Conclusionem efficere dicitur; ipseq; ita ex duobus, id est, tum ex antecedentibus propositionibus, tum ex Conclusione cõstituitur; quæ γένεσις, id est, cõpositio Syllogismi est, Solutioni contraria. Deinde partes Syllogismi, quæ sunt Pronunciata, dicuntur ex nomine & verbo, quæ sunt argumentorum symbola, confici. Et in summa tota iudicij ars à minimis & simplicissimis, quæ Inuentionis sunt, progressa, in Compositione certis dispositionis legibus consistit. Vnde apparet, illic non logicum iudicium à sua, qua perficitur, Dispositione separatum esse, sed collocationis nomen speciatim ad Dialogorum Compositionem esse accommodatum.

Conclu.

Oppug. Phi. Mel. lib. 3.

PAED. Quid? quòd etiam nonnulli Logici, vt & D. Philippus separatim artem Syllogismos componendi tradunt, sed Regulas consequentiarum de iudicio formando ab illa separant, quasi aliud sit Dispositio Compositionis, aliud iudicium?

Propug.

DIS. Ipse auctor ait, totam Dialecticam esse formatricem & gubernatricem iudicij de bona & mala Consequentia, sed has commonefactiones separatim addi, vt iudicij vis magis sit in conspectu, quæ scilicet dexteritatem in iudicandis consequentijs adferant; imò monet, huc similes sententias seu Regulas adscri-

adscribendas esse, li. 3. Quamobrem satis apparet, nō indicium ipsum in illis Regulis poni, quia illud sit in Argumentationis connexione; sed exercitationem quandam & dexteritatem illis commonefactionibus inculcari. Neque enim sunt veræ Consequentiarum Regulæ (solus nanq; Syllogismus Consequentiæ forma & Regula est) sed sunt Consectaria, fructus & admonitiones præcipuè ex argumentorum affectionibus, & Definitionibus deductæ, quibus tanquam prosyllogisticis argumentis, non Consequentia, vt in Enthymemate putatur: sed potius & reuera quidem intellecta Syllogismi pars, nempe Propositio demonstratur, vt eâ intellectâ & non impeditâ, Syllogismi legibus Cōsequentia necessario efficiatur, vt de Maximis dictum est. De Argumentatione.

Oppug. 2 An medium sit in omni argumentatione. Fr. Hor.

PAED. Sed ne longiores hic simus, veniamus ad alterum, quòd tu supra argumentationis Definitione complectebaris, cùm in omni argumentatione esse Dispositionem Quæstionis cum argumento seu medio affirmabas. At solus Syllogismus & Enthymema medio adhibito tractantur: Sorites verò, Inductio, & exemplum, medio non concluduntur. Sunt autem hæ pariter argumentationis Species: vnde apparet, quasdam sine medio tractari. Sit verò hoc exemplum; Ponatur Quæstio.

An Imperium aliquod sit sempiternum?

Negatur per Exemplorum Inductionem sic:

Assyriorum imperium concidit.

Persarum imperium concidit.

Medorum item. Græcorum item, &c.

Nullum igitur Imperium est sempiternum.

Vides hanc Quæstionem sine medio, argumentationis tamen specie concludi.

Propug. *DISC. Id quidem ego non video. Nam si tibi Medium est Medius terminus, vt solet in Scholis nominari; certè illa ipsa Exempla sunt Medium, quo Quæstioni fit fides. Et certè argumentatio vel Syllogismus dicitur ex tribus terminis cõfici, quorum Minor & Maior sunt Quæstiones, Medio sit argumentũ. Atq; ideo Analytice, ars, quæ medij ad vtrumq; Quæstionis extremum adhibendi rationem commonstrat, ab illis ipsis definitur, qui mediatas & immediatas argumentationes faciunt. Si Medium tibi est integra Enunciatio, vt Propositio argumentationis, vel Assumptio: duo hîc sunt incommoda: Vnum quòd sic in argumentatione non possint esse tres termini, cùm integra Enunciatio esset Medius terminus, & altera Enunciatio haberet duos Quæstionis terminos ante Cõclusionem: quæ omnia pugnant cum argumentationis genesi & analysi. Alterum est, quod non desit in his naturâ propositio, sed Enthymematicõs absit, vt dici non possit, illas, quas dixisti, argumentationis species carere medio.*

Sic enim connexè queas colligere:

Conclu. *Si Assyriorum, Persarũ, Medorũ, & Græcorũ maxima imperia conciderunt: certe nullũ imperium est sempiternum. At primũ. Ergo & postremum. Quantũ igitur ego intelligo, eiusmodi Inductiones etiam medio, & quidem syllogistica cõclusione tractantur.*

PAED.

De Inductione.

PAED. At medium est eorum, quæ mente & ratione explicantur, non quæ sensibus dijudicantur: Inductio autem est eorũ, quibus sensuum iudicium adhibetur. Ergo Inductio medio adhibito non tractatur. Item q3 Inductio à rebus singularibus ad vniuersales progreditur: Ratiocinatio verò ab vniuersalibus ad singulares perducit. Atq3 etiam hoc discrimen inter Syllogismũ & Inductionem ab Aristotele statuitur, q9 Syllogismus ex medio probet extremũ in tertio: Inductio verò ab extremo probet tertiũ in medio.

Oppug. F. H. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 15.

DISC. Quod in Inductione sensibus iudicatur, id primi seu axiomatici iudicij est, quo videlicet Propositio & assumptio semper iudicantur. Sed consequentia ex certa argumenti cum Quæstionis partibus dispositione est rationis & mentis propria, quæ in Inductione etiam Syllogismi legibus efficitur. Discrimen verò inter Syllogismum & Inductionem satis magnũ est: quia Inductio est argumenti nomẽ, scilicet à partibus ad totũ; Syllogismus autem est iudicium Quæstionis per tertiũ argumentum, quo etiam inductionis argumentũ adhiberi ad quæstionem potest, vt aliam differentiam hîc nullam quærere opus sit. Quod dicis Inductionẽ à rebus singulis ad vniuersas, & Syllogismum contrà progredi; id ad Syllogismũ nihil attinet, sed est totius & partiũ affectio, de qua in Dialect. li. 1. ca. 25. Aristotelicum tandem illud discrimen valdè ridiculum & falsum est. Nam omne medium, hoc est tertiũ argumentũ probat, extremũ maius de minore rectè affirmari vel negari. Et in vnaquaq3 argumẽtatione suæ quæstionis partes, suumq3 medium debet

Respon.

considerari. Si verò Medium angustiùs sumatur, vt proportionale medium in analogia continua: sic in sola prima Aristotelis figura, ratione antecessionis & consecutionis tale medium fuerit. Sed logicè medium seu tertium argumentum est, quodcunq; argumentatione ad quæstionem concludendam adhibetur. Quæ cùm ita sint, efficitur, in omni argumētatione ad Quæstionis conclusionem medium adhiberi: & tamen Syllogismus vnica argumetationis forma est, vt deinceps demonstrabitur.

Conclu.

Argumentat. Species

PAE. Progrediamur igitur ad tuæ superiùs propositæ argumentationis assumptionem, qua solū Syllogismum talem esse dispositionem, cuius vi per tertiū argumentum Quæstio concludatur, asseuerabas. Ego verò quatuor primarias, & totidem secundarias opposui: quare has ordine comparemus.

1. SYLLO. I. SYLLOGISMVS itaque alijs primaria & principalis, vobis sola argumentandi forma est, de cuius fide neminem dubitare existimo.

2. ENTHYMEMA. II. ENTHYMEMA alijs secunda forma est: nec video cur de eius fide dubitari possit, cùm necessariò concludat.

Respon. DISC. De Enthymematis fide nihil dubitamus, sed illud propria quadam, & à syllogismi legibus separata vi concludere negamus. Enthymema enim nihil aliud est, quàm Syllogismus, partis alicuius crypsi truncatus, vt in arte ca. 9. lib. 2. docetur: & additur, si qua dubitatio propterea fuerit, explenda esse quæ desint. Quod igitur omnino Syllogismi legibus conformatur, nec ab eo vlla propria iudicij forma separatur,

Assum.

Compl.

Propos

tur, id non potest nouam argumentationis speciem facere. Itaq; etiam syllogismi nomen retinet, & ab Aristotele Συλλόγισμος ἀτελὴς, id est, ratiocinatio trunca, mutila, & imminuta appellatur. Dicitur autē nominatim Enthymema παρὰ τὸ ἐνθυμεῖσθαι, id est, cogitare & commentari: vnde Commentum à Quinctiliano, & Commentatio latinè nominatur. Enthymemata autē aliâs propositione, aliâs assumptione, aliâs etiam Complexione mutilari, exemplis tertio tomo satis multis declarabitur. De Inductione. Oppug.

PAED. Sed quidam Enthymema triplex faciūt: Ramus autem nudè desinit si qua pars syllogismi defuerit, Enthymema dici, vt incertum sit, & quæ pars abesse debeat, & quotuplex sit Enthymema. Triplex autem illud est vel vulgare, vel Aristotelicum, vel Ciceronianum.

1. Vulgare Enthymema ex vulgi opinione dicitur, qua Enthymemata nominantur omnes Syllogismi trunci, id est, in quibus vel Propositio vel Assumptio deest; quæ quidam argumēta nominari censent. 1. Vulgare. F. H. lib. 4. cap. 14.

2. Aristotelicum Enthymema est, quod cōstat ἐκ τῶν εἰκότων καὶ σημείων, id est, ex cōsentaneis & signis. Itaq; ex loco Adiunctorum tota hæc sumitur argumentatio: vt, Quoniam auarus est, etiā contemptor est iurisiurandi. 2. Aristotelicum.

3. Ciceronianum est, quod constat è sola Propositione argumenti ex repugnantibus, quæ detracta negatione cum interrogatione pronunciatur: vt, Hūc metuere, alterum in metu non ponere? Sic enim Dialecticus 3. Ciceronianum.

lecticus protulisset: Non & hūc imbecillum metuere debebas, & illum valentem in metu non ponere.

Respon. DISC. *Ramus simpliciter definit, si qua pars defuerit, vt significet è tribus quamlibet abesse posse: quanquam non negat, aliquando ita breuiter cōtrahi, vt vnicū axioma videatur. Sed mirum sit, certis auctoribus certa attribui Enthymemata, cùm vsus nihil in arte probet, quod non sit omnibus excellentibus auctorib. commune. At verò esto, nominent Aristoteles & Cicero ita aliquando speciatim Enthymemata, ex certis argumētorum generibus, quæ in foro videātur frequentia: Vsus tamen creberrima ex oī argumentorum genere eiusmodi cōsectaria fieri infinitis exēplis ostendit. Ergo vsus vniuersalis illud peculiare & singulare iure emendat & corrigit; cùm & in ipso Aristotele Ciceroneq; infinita sint dissimilia exempla, & nominatim etiam illi ipsi à Rhetoribus ita per Synecdochen speciatim dici significent. Et quorsum hoc, quod idem ille clarissimus auctor, è quo tu hæc deprompsisti, Enthymema ex ijsdem omnibus locis erui docet, ex quibus & perfectus syllogismus?*

Fr. Hot. lib. 4. cap. 13.

3. INDVCTIO. Iod. Vvill. lib. 2. PAED. III. INDVCTIO tertia forma est, per quam *à singularibus ad vniuersalia progredimur. Itaq; Syllogismo pœnè est contraria. Nam per hunc ex thesi in hypothesin, id est, ab vniuersali ad singulare peruenimus plerunq;: per illam autem ex hypothesi thesin elicimus. Et quidem nō minus, quàm Syllogismus, est necessaria, vt ex qua προλήψεις seu communes notiones sunt natæ. Siquidem cùm visum erat, Glycyrrhizam Petro, Ioanni, Comado,*

do, & alijs compluribus tussientibus profuisse: mox πρόληψις collecta est, Glycyrrhizam tussi mederi. Appellatur autem argumentatio Socratica, quòd ea plurimùm vsus sit in suis sermonibus Socrates. De Inductione.

Inductio vero etiam triplex traditur. Dialectica, qua ex singularibus vniuersale ducimus: Oratoria, cùm ex multis similibus vniuersale colligitur: Socratica, quæ fit multis interrogationibus. Triplex.

DISC. Inductio non argumentationis, sed argumenti nomen est, nempe collectio partium ad constituendum totum. lib. 1. Dial. cap. 25. Quatenus autem ex partium collectione & inductione totu, id est, quauis communis ratio & notio certâ iudicij & consequentiæ vi colligitur, eatenus Syllogismi forma illi argumento, quemadmodum & alijs quibuslibet, ad concludendam quæstionem applicatur. Si itaq; propriam dispositionem Inductio non habet, cuius vi consequentia efficiatur: nec ipsa peculiaris argumentationis forma est, sed peculiare argumenti genus, syllogismo, vt alia, subiectum. Quæ igitur in ea est consequentiæ necessitas, ea syllogismi est, nō Inductionis. Nec est syllogismo magis contraria, quàm cetera argumenta; quia cùm argumentum sit, cum syllogismo, qui dispositionis iudicium est, nullam vel communionem, vel peculiarem differentiā habet. Distinctionis totius in partes, quæ Distributio dicitur, & collectionis partium ad constituendum totū, quæ est Inductio, illud discrimen est, non Inductionis & syllogismi. Tam Syllogismus argumenta à partibus, quàm Respon.

quàm à toto ijsdem legibus cõcludit. Certè Inductionis plurimus vsus est, quæm artibus ab exemplis colligendis principatum obtinet. Diuisio autem illa Inductionis omnino nulla est. Nam & singularia, & exempla ad generalia accommodata eandem vim habent. Siue autem Interrogatione, siue simpliciter absque ea tractetur; id logicum artificium nihil mutat. At verò logicè tot Inductionis, quot sint distributionis, genera esse intelligimus. Nã ijsdem præceptis & Distributio & Inductio docentur. Est igitur prima Inductio vel ex causis, & sic è membris, vel ex effectis, & sic è speciebus: secunda ex subiectis vel adiunctis.

Syllo. in Induct.

Hæc distinctio omnino logica & vera est. Vim autem Iudicij Syllogistici in Inductione ita vno alterouue exemplo declaro.

Si Nemroth miser erat, itemq; Laban miserè vixit, neq; aliter Pharaones Aegyptiaci: eodem modo Amalech, Madian, Abimelech, & non sunt exempla dissimilia: certè impiorum vita est misera.

At illa exemplorum collectio ita se habet. Ergo & consequens rectè efficitur. Item.

Si domus administratur prudentia œconomi, si politia expolitur per iustum magistratum, si nauis regitur naucleri consilio, si scholæ gubernatio prudẽtia pœdotribarum, & in alijs idem fieri videmus; certè omnia in hoc mundo prudentia & consilio rectè administrantur. At priora illa ita se habent. Ergo & posterius. Vides conclusionem hîc non alia, quàm syllogismi, vi & ratione valere?

PAED.

De Exemplo. 4. EXEM. PLVM. Iodo. Vvil.

PAED. IV. EXEMPLVM, παράδειγμα, est rei gestæ, aut vt gestæ commemoratio, ad nostram causſam accommodata propter ſimilitudinem. Adhibetur autem aut probandi, aut ornandi gratia. Argumentatio talis eſt apud Demoſt. Athenienſes Cyrſilum conſulentem cõtra honeſtatem, vt ſe Xerxi traderent iure lapidibus obruerunt. Ergo in publicis conſilijs honeſtas potißimum ſpectanda eſt. Cicero pro Pompeio: Legati quod appellati erant ſuperbius, &c. Licet quoque, ſed κατ' ἐισαγωγὴν, per Inductionem, multorum exemplorum congerie vim ſententiæ alicuius colligere, vt in Inductione præcipitur.

Oppug. Fr. Ho. lib. 4.

DISC. Exemplum ſimiliter non argumentationis forma, ſed argumenti genus eſt, & quidem quando comparando adhibetur, par, maius, minus, ſimile vel diſſimile eſt: quando autem ad generale quid refertur, ſpeciei affectionem habet. Itaque illud de Cyrſilo eſt à ſpeciali exemplo, illud pro Pompeio à maiori, vt ſæpè à ſimili ad ſimile. Conſequentiæ autem vis non alia eſt, quàm ſyllogiſtica.

PAED. Imo longe alia eſſe poteſt. Nam aliquando exempla per Syllogiſmum, aliquando etiam propriâ forma tractãtur. Inde appellatur Syllogiſmus paradigmaticus, id eſt (vt ita loquar) exemplaris. Formula autem huius argumentationis propria eſt hæc, vt eius momentum ſit in ſimilitudine: veluti, Phocẽſibus calamitoſum cum Thebanis bellum fuit: quia bella cum finitimis pernicioſa ſunt. Athenienſibus igitur cum Thebanis bellum erit pernicioſum: vt Exẽplum & quæſtio ex medio, pari vtraq; momẽto, pendeat.

deat: Deniq; vt momentum Propositionis sit in exemplo, non in loco argumenti, alioquin dialectica erit argumentatio, & solida, nõ fucata & rhetorica.

Propug. DISC. Imo verò omnis argumentatio, siue directa, siue inuersa, siue perfecta siue imperfecta, & deniq; siue nuda siue prosyllogismorum copia exornata sit, Dialectica est, nulla Rhetorica. Rhetoricæ tantùm ornatus proprius est: & quas Rhetores argumẽtandi rationes tradunt, eæ nihil à syllogismo per cryptses tractato differunt. Tua verò illa Exempli formula quemadmodum à syllogistica dispositione diuersa sit, equidem non video. Est. n. argumentũ ab exẽplo Enthymemate cũ Quæstione ita dispositũ, vt intellecta Propositionis prosyllogismus à genere inter Assumptionem & Complexionem interiectus sit, qua cryptica traiectio propriam argumentandi formam vnde necessariò cõsequentia efficiatur, nullo modo cõstituit. Et si ad vsum censorẽ eiusmodi etiã contorta crypsis referatur, vix consliterit, nedum peculiarem artem fecerit. Dicis exemplũ & quæstionem ex medio, pari vtrinq; momento pendere: atq; momentum propositionis esse in exemplo, non in loco argumenti: quæ logica, equidem quid sibi velit, non intelligo. Naturalis & simplex logicæ ratio docet, generalem illã interiectam sententiam, ad vtrunq; exemplum vt genus ad species, affectam esse, ideoq; huius Propositionis (Si Phocensibus calamitosum bellum cum Thebanis fuit; etiam sic Athenensibus cum ijsdem erit) prosyllogismum cõmodè facere, sic: Quia bella cum finitimis pernicioſa sunt: & hi vtriq; sunt finitimi; ideoq; ab exemplo connexio valet. Et sanè quando momen-

tum est in emplo, tum est loco dialectico, hoc est, in exẽpli argumento è loco Dialectico sumpto. Quid igitur attinet, tam obscuram logicam confingere, cùm naturalis tam perspicua luce omnia illuminet? De Sorite.

PAED. v. SORITES est quincta forma seu prima secundaria, est q3 argumentatio, quæ pluribus attributis ordine superimpositis, vel ex primi cõuenientia etiã vltimũ conuenire, vel ex postremi discrepãtia etiã primũ dissidere concludit. σωρὸς est aceruus: vnde σωρείτης coaceruatio, coacervalis argumẽtatio, & quasi catenata. Est aũt duplex eiusmodi gradatio, vna in adscensu affirmãs, altera in descẽsu negãs: vnde à Ciceroe Tela Penelopes appellatur, quippe quæ & texatur & retexatur. Et rursus Sorites vel est Dialecticus, qui & propositionum veritate & legitimo artificio constat: vel Sophisticus, qui aut falsitate propositionis, aut ab artificij prætermissione vitiosus est. Et ne quis dubitet hanc esse argumentationis formam, habet etiam suum firmamentum tale: Quoties alterum de altero vt de subiecto dicitur, quæ cunq3 deinceps de attributo dicuntur, eadem omnia de subiecto quoq3 dicuntur. Et Sorites est ex earum argumentationum numero, quæ medium nõ habent. SORIT. Duplex. Maxima. Absque medio. Respon.

DISC. Sorites peculiare nomen à modo axiomatum gradatim accumulatorum est, & quidem accuratiorem animaduersionẽ requirit, sed nihil nouæ artis habet. Quicq̃d enim in sorite congeritur, id syllogismi legibus eiusq3 crypsibus omnino continetur, perficitur, & retexitur. Itaq3 quod in eo boni est, id syllogismi proprium est, nullamq3 nouam artem habet.

Nam Sorites Syllogiſmus ferè plenus eſt, ſed partes crypſibus ita tractantur, vt tam aliqua deſit aliquando, tum Aſſumptio ſæpè præponatur, tum varia proſyllogiſtica axiomata interiecta commiſceantur. Atq; ita in vnum Soritem multi ſæpè ſunt incluſi ſyllogiſmi. Itaque accuratè retexendus eſt, & ad ſyllogiſmi eiuſq; crypſeῶn leges membratim referendus. Niſi enim illo artificio iudicetur valde lubricus & periculoſus eſt, quod in hac gradationis continuatione non ſatis cohærentia, propter proſyllogiſmorum libertatem interdum copulentur. Namq; dum minutatim & gradatim aliquid additur, & paulatim congeſtis granis aceruus efficitur, captioſiſſima tela texitur ad illaqueandum ſimplices, & imperitos irretiendum. Itaq; quoniam præterea & ita captioſa, & rarior (vtpote certorum hominum magis propria) hæc forma eſt: in legitima arte, quæ perpetua & conſtantis eſt veritatis, cius non modo peculiaris nulla præceptio ſed ne obſeruationis quidem admonitio locum habet: exempla tantùm vſpiam inter alia proſyllogiſtica, obſeruanda, & communi ſyllogiſmi artificio retexēda adhibentur. Nec quæ ab alijs traduntur, legitima mihi & firma videntur præcepta, ſed tantùm admonitiones ad cauendum quidem non inutiles, attamen ad certum iudicium non conſtantes. Neque firmamētum illud, quod ſuperius poſuiſti, ſatis ad Soritem vel conſtruendum, vel retexendum, firmum fuerit: cùm ex eo quædam poſteriori è duobus attribuigradatim queant, quæ ideo priori non conuenerint, niſi id ita argumentorū affectio ferat; qualem tu nullam

Vt in 1. Connexo ex 3. off.

illo

illo firmamenti axiomate designas. Ergo Sorites syl- De Sorite.
logismi legibus accedente illustrium exemplorum i-
mitatione, vt rectè construitur, ita ijsdem resoluitur
& iudicatur. Et quidem syllogismus etiam in Sorite,
aut simplex est, aut compositus, sed Sorites propriam
diuisionem nullam recipit. Quis enim in Dialecticum
& sophisticum diuidat, cùm toti arti sophistica oppo
sita sit? Illud verò quod dixisti, Soritis gradationem
esse vel in adscensu affirmantē, vel in descensu negātē
& sic tū cōtexendo tū retexēdo, fieri; nihil à syllogis-
mi affirmati & negati distinctione alienū habet. Ope
rosa igitur ars hic, vt in alijs multis tradi videtur, v-
bi nihil noui & à generali arte distincti subest. Soritē Specimen
igitur omnino syllogismi arte & rectè & facilè iudi- Soritis
cabimus: cuius rei specimen nobis Lucullus apud Ci- iudicandi.
ceronem præbet, dum Soritem Academicum perpen-
dit, quem primum sic proponit: Sic enim (ait) adscen-
ditis, si tale visum obiectum à Deo dormienti vt pro- ,,
babile sit, cur non etiam vt valdè verisimile? cur non ,,
demum vt difficulter à vero internoscatur? deinde vt ,,
ne internoscatur quidem? postremò vt nihil inter hoc ,,
& illud intersit? Deinde ita retexit resoluitq; : Huc si ,,
peruenerit (ait) me tibi primum quodque cōcedente, ,, Refuta-
meum vitium fuerit, si ipse tua sponte processeris, ,, tio gra-
tuum. Quis enim dederit, aut omnia Deum posse, aut ,, duum.
ita facturum esse, si posit? Quomodo autem sumis, vt ,,
si quid cui simile esse posit, sequatur etiam vt difficul ,,
ter internosci posit? deinde vt ne vix nosci quidem? ,,
postremò vt eadem sint, vt si lupi canibus similes, eos- ,,
dem dices ad extremum. In hoc Luculli Soritę qua- ,,
tuor ,,

tuor sũt grad⁹, vnde tres syllogismi existũt, Prim⁹ sic Si visum verisimile est, vix à vero internoscitur. Si ꝓbabile, est verisimile. Ergo si probabile, vix à vero internoscitur. Secundus sic, Si vix à vero internoscitur ne internoscitur quidẽ. Si verisimile est, vix à vero internoscitur. Ergo si verisimile est, ne internoscitur quidem. Tertius sic, Si non internoscitur, nihil inter hoc & illud interest. Si vix ĩternoscitur, ne internoscitur quidẽ. Ergo si vix internoscitur, nihil ĩter hoc & illud interest. In primo & secũdo Propositio falsa, in tertio cõtingens est: Aßumptio in primo vera, in secũdo & tertio falsa est. Ergo illi grad⁹ lubricè cõnectebantur. Breuius aũt sic vno syllogismo, & propositiõis prosyll. Si visum ꝓbabile est, etiã verũ est. Probabile. n. est verisimile, & hoc vix à vero, imo ne internoscitur quidem.

At probabile est. Ergo & verum, vt nihil inter verisimile & verum interſit.

Sorites autem aliquando concludit apertiùs, vt ille ex 3. off. in 1. modo Connexo: vide 2. lib. Dial. ca. 13. Et nos in tertio tomo plura exempla retexemus.

PAED. VI. DILEMMA sexta forma est nempe Cõclusio, per q̃ ex duobus propositis, vtrũ aduersarius vel cõcesserit, tollitur; vel negarit, confirmatur. Itaq; & ad confirmandũ, & ad refellẽdũ valet: atq; ex necessariarũ cõclusionũ numero est. Nã si vera est, reprehendi nõ potest; & ea demũ vera est, quæ neq; conuersione, neq; partis infirmatiõe reprehẽdi potest. Verbũ ex δὶς & λαμβάνειν fictũ est: quoniam amba ſpecies vtringꝫ sic collocãtur, vt elabi aduersarius, quasi circũuentus nõ possit qua de Cauſſa Cicero Cõplexionẽ illã appellat, nã quocunq; se aduersarius verterit, tenetur:

6. DILEMMA.

De Dilemmate.

ūsit quasi syllogismꝰ Cornutus vtringꝫ feriēs, cōuincens & constringens. Pendet aūt fere ex Propositiōe hypothetica, vel conditionali vel disiunctiua. Atqꝫ ea optima iudicātur Dilemmata, quæ ex contrarijs immediatis fiūt, sicut syllogismi disiunctiui: sed in his altera pars asseritur, in illis autem vtraque refellitur.

Responsio

DIS. Dilēma similiter argumēti nomen ex disēsentaneis aßūpti significat, nec vllā nouā argumētatiōis formā constituit. Nā aliās quidē simpliciter ad expo nendū axiomaticōs adhibetur, aliās etiam ad quæstionē concludēdā, seu syllogistica, non propria aliqua collocatione. Breuius aūt inuoluitur, & ferè est Propositio syllogismi, sine Aßūptione, rarò etiā expressa Cōplexione, vt etiā paulò antè ipse dixisti. Quæ de vitijs attingis, ea nihil ad hāc formā, quæ nulla ꝓpria est, sed ad oppositorum affectionem, & ad axiomata inde exstructa ꝓtinēt. Nā ex oppositis illis, quæ mediū disparatum habent, nō fit axioma ita verū, vt ex cōtrarijs immediatis. Sic Phauorinus Biantis argumentū ab oppositis de nō ducenda vxore refutauerat ostendēdo mediū disparatū: Qui habet vxorem pulchrā, habet κοινὸν qui dēformē, ἀκοινώνητον: quarū neutra ducēda. At vel pulchra, vel deformis fuerit. Ergo nō ducenda. Phauorinus negabat Aßūptionem: quòd poßit stata & mediocri forma vxor duci. Vide igitur nihil hîc noui esse, sed argumenta ex oppositis hîc, vt alias, oppositorū legibus cōsiderari, axiomata aūt & syllogismus suis etiā documentis iudicari. Attamen vt nullū argumenti genus eodem semper modo, sed nunc directè, attributione quadam omnia adhibentur: Ita etiam Dilemma à peculiari oppositorum accommodatione, non à dispositionis uoua forma propriè

Vnde Dilēma proprie dictū.

dictum est. Itaque Dilemma nihil nouæ artis habet, sed aliquid peculiaris accurationis & obseruationis requirit. Sed vno alteróue exemplo hîc & Argumenti & Syllogismi vim consideremus: Hoc exemplum veri Dilemmatis à Doctis viris citatur: Si quis Cæsari insidiatur, est aut ex amicis, aut ex inimicis. At neque ex amicis, neq; ex inimicis quisquam insidiatur, nullus igitur insidiatur. An non est hic apertè Syllogismus connexus secundus, in quem tamen disiunctio argumenti incidit? Item hoc: Si ciuis est, aut natus est, aut factus. At neque factus, neque natus est. non est igitur ciuis. Est similiter connexus secundus, argumento ex distributis contrarijs causis, & quidem vtrisque negatis, ad negandum totum effectum. Neq; illa vera Dilemmata sunt, cùm non vtrinque vel ex vtroque contrario idem certa distinctione, vel ex vnoquoque aliud colligant, vt hæc: Si pronunciatum erit contra te, debebis ex sententia: sin secundum te, ex pacto. Sed hoc aut illud. Debebis igitur. Item, Si pius est, habet vitam æternam: sin impius, iam damnatus. At alterutrum illorum: Ergo & horum. Si malè loquutus sum, testare de malo: sin benè, cur me cadis? At illorum alterutrum. Ergo & horum. Hæc sunt vera Dilemmata, & tamen Syllogismi vi iudicatá: vnde apparet, nihil hîc nouæ artis, sed aliquid peculiaris in accommodatione obseruationis esse. Exempla plura vide in Oppositis in tertio tomo.

F. H.

7. Violatio

PAE. VII. VIOLATIO septima forma est, quæ est argumentatio magis Rhetoribus, quam Dialecticis vsitata, & græcis dicitur βιαιον. Ea autem

figura

figura argumentamur, & contendimus aduersariorum rationē pro nobis facere, aut quando argumentum in aduersarium retorquetur: vt, Non est ducenda vxor: quia excruciat maritum. Imo quia crucem adfert ducenda est, &c. De Enumerat.

DISC. Violatio nec peculiare argumentū est, nec forma argumentandi, sed modus quidam hominum dissentientium, atq; argumenta dissimiliter accommodantium. Et quidem ex eodem argumento contradictio seu aliud contrarium colligitur, vt appareat in Propositione & Complexione Syllogismi, hoc modo: Si oratores & poëtæ tantùm linguæ conducunt, non sunt Iureconsultis legendi. At primum. Ergo & postremum. Aduersarius contradicit: Si linguæ conducunt, sunt legendi. At primum. Ergo, &c. Nihil igitur hîc nouæ artis est, sed diuersum dissentientium consilium, quo alia in argumentis affectio spectatur, aliterq; applicatur. Respon.

PAED. VIII. ENVMERATIO octaua forma est, quando omnes partes confutantur, ita vt totum concedi nequeat. Vulgò dicitur argumentatio à sufficienti diuisione, &c. 8 Enumerat.

DIS. Enumeratio etiã argumenti nomen, nõ argumentationis forma est: nec quicquam ab Inductione partium differt, vt mirum sit, ita nobilissimam artem discerpi, & ijsdem reb. alijs nominibus iteratis obscurari. Exempla sunt eiusmodi: Neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est. Ergo, etc. Enthymema est ab Inductione caussarũ negatarum, etc.

Conclusio. *Restat igitur, vt concludamus solum syllogismum esse vnicam argumentãdi formam; cuius vi & legib. cetera, quæ putantur, formæ omnes, consequentiam efficiunt, omninoq; omne quæstionis genus per tertiũ argumentum concluditur. Itaq; reliquæ etiam formæ, quas Trapezuntius in Rhetoricis præterea enumerat, eodem modo conciliari possunt. Tot n. fere argumentationum formas nominarunt, quot sunt argumentorum genera, vel saltem insigniores eorundem accommodationes.*

Definit. Syllog. *PAE.* AD SYLLOGISMVM *igitur progrediamur, eiusq; doctrinæ pauca capita conferamus.* Syllogismꝰ igitur *sic ab Aristotele videtur cõmodius definiri.* Syllogismus est Oratio, in qua positis quibusdam, aliud necessario sequitur, propter ea, quæ posita sunt.

Respon. Lib. 2. cap. 9. *DISC. Imò illa Aristotelica definitio nimis im, propria & incerta tota est; Ramea contrà valde propria & certa. Oratio nec Axiomatis nec Syllogismi genus est: quia est communis genus aliũm artium fructus, vt supra dictum: Dianoia autem Syllogismi genus est, quia Mentis discursum & commentationem significat, qualis axiomatum deductione in Syllogismo & Methodo adhibetur. Illa verò,* in qua positis, *&c. nimis vaga & communia sunt, nec formam Syllogismi quicquam attingunt: quam Ramus è rebus subiectis, nempe Quæstione & tertio argumento, & eorum per essentiales partes (quæ sunt, Antecedens & Consequens) peculiari connexione, particulâ, Ita, emphaticꝰ expressâ, accuratissimè constituit.*

Vide Dial. pag. 366.

De Syllogismo. Argumentum.

stituit. Quid autem Argumentum significet, supra aliquoties dictum est: nec enim, vt quidam putat hic propriè, & alias catachristicè vsurpatur: sed semper logicè & generaliter significat, quicquid quoquo modo arguit; attamen quia & Quæstio duobus argumentis constat, & aliud ad eam adhibetur, hoc tertium hic distinctè dicitur, nec vsquam in hoc nomine vlla Catachresis vel Synecdoche est. Quæstio verò qualis hic intelligatur, quæ Syllogismo subiecta sit, etiam definitiõe aperitur, vt sic ab omni alia quæstiõe distinguatur, nempe quæ sit Axioma dubium, ad quã videlicet possit responderi, Ita vel Non; vocant Thema coniunctum: quod tamen etiam est in alijs quæstionibus, vt, Quis inuenit Syllogismum? Vbi est pater tuus? Quid est iustitia? Neq; n. vlla Quæstio simplex esse potest: Argumenta inuenta simplices & nudæ rationes sunt; sed quando quæstiom & axiomati includuntur, fiunt coniuncta themata, hoc est integræ sententiæ. Illa igitur Quæstio Axiomatis dubij ad Syllogismi tribunal pertinet: ceteris Axiomaticõs respondetur, vnde Syllogistica deinceps nascitur. Itaq; Quæstio in definitione Syllogismi Synecdochen generis habet; quæ statim speciei explicatione illustratur.

Quæstio Syllogistica.

An Axioma Quæstio.

PAED. Ipsum Axioma mihi Quæstio fieri non videtur; sed hæc inde, quia dubium est, nascitur, qua de illius veritate quæritur, vt omni dubitatione sublata, certa scientiæ comprehendatur.

Respon.

DIS. Illud quidem eodem redire videatur, siue dicas Axioma fieri Quæstionem, siue ex Axiomate hanc oriri. Attamen quia Axioma manifestũ alicui non

non est, vt credatur; rectè nomen suum amittit, & Quæstio, hoc est, Sententia dubitando enunciata, appellatur. Et cur potius nascatur ex Axiomate quæstio, quàm Axioma dubiũ Quæstio nominetur?

Partitio Syllo.

PAED. PArtitio Syllogismi in partem antecedentem, quæ graeci πρόθεσις, & in Consequentem, quæ συμπέρασμα dicitur, cùm aliàs à P. Ramo expressa esset, nunc incommodè praetermitta videtur; præsertim cum Antecedens nominatim definiretur, quæ adhibeatur ad arguendum quæstionem.

Respon.

DISC. Tunc Definitio ipsa ita accurata non erat, vt ipsa formâ partes essentiales cõplecteretur, quod iam fieri, paulò antè dictum est. Nunc verò cùm Definitione, & argumenti ad Quæstionem accommodatio, & partes illæ essentiales nominatim comprehendantur: tautologia sit nimis puerilis, partitione iterum antecedentem & consequentem partem inculcare.

Partes Antec.

PAE. Syllogismi antecedens rectiùs in maiorem & minorem propositionem distingui videtur: quia syllogismus tribus Propositionibus, quarum vltima est Complexio, perficitur. Et praeterea in Propositione maiore etiam maior quæstionis terminus, in minore minor esse solet cum medio. Itaque sic axioma maius & minus dici queat.

Respon.

DIS. Propositio & Assumptio Ciceroni latinæ linguæ parenti peculiaria sunt in his partibus vocabula, quæ propterea etiam P. Ramus retinenda putauit. Et certè Propositio quasi fundamentum Ratiocinationis facit, & eum totum, vt inquit Cicero, exponit,

ex quo

ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. Assumptio verò est, per quam id, quod è propositione ad ostendendum pertinet, assumitur, vt idem Cicero testatur, & est argumenti ad propositum accommodatio. De Syllogismo. Assum.

Aliæ illæ appellationes scholasticæ, & nimis impropriæ sunt; Minor maior quantitas logicè dicitur, minor & maior terminus, & hinc Propositio impropriè & ambiguè. Estque illa terminorum metaphora nimis dura. In agris termini & fines reguntur: in logica argumenta disponuntur. Nec maior terminus in Propositione solus, nec minor in Assumptione semper est: sed aliquando & in Propositione tota Quæstio cum tertio argumento disponitur, & in Assumptione hoc solum adsumitur.

PAED. Igitur vt in Propositionis definitione illud tota quæstio, incommode est omissum, ita Assumptio potiùs, quę adsumitur ad propositionem definienda videtur. Nam hoc & verbi compositio, & materia quæ assumitur, postulat. Adsumo enim quasi adiungo significat: & πρόσληψις ac μετάληψις additionem ac postpositionem significant. Deinde quod ad assumptionis materiam attinet, ea in Syllogismo simplici, non tota è Propositione adsumi potest, cùm prius quæstionis argumentum (minor terminus) nunquam sit in Simplicis Propositione, & tamen cũ tertio argumento semper adsumatur. Defin. Propo & Assump.

DISC. Particula illa, tota Quæstio, in Propositiõe abundat & aliena est; quia inferior est, & ad speciem compositam attinet. Itaque si quid communius Respon.

uius esset, id hic locum haberet. Sed cum illud non occurreret, ita particula, Saltem, quæstionis consequenti parti (quæ semper in Simplicis propositione est) commode additur, vt quædam vtriusq; communio exprimatur. Nec amplius hic opus est; cùm non sit Syllogismus, nisi cognitis ordine speciebus, alterutrius formæ, construendus. Ergo quod deinceps Specierum diuisionem facit, id in definitione Generis nõ est particulatim conturbandum, cum ad Propositionis essentiam non pertineat, nisi in speciebus. Adsumptio verò non ad Propositionem, sed ex ea assumitur.

Assum. Nam cum in quauis quæstione quæratur, an de antecedente argumento rectè cõsequens affirmetur, vel negetur: in ipso antecedente propositum illud est, de quo quæritur cõsequens, quod etiam de alio quæri potest. Et quando è tertio argumento seu medio, & saltem Consequente quæstionis inter se iunctis, constituitur Syllogismi Propositio: ita hæc sua sponte fit generale fundamentum, & alicuius artis, ad quam talis materia pertinet Regula seu Locus communis, qui in plura eiusmodi exempla, quale est antecedens quæstionis pars, seu ipsa quæstio, accommodari potest. Itaque ex illo fundamento rectè ad propositum adsumi, ac medium accommodari seu asseri dicitur. Tota enim Assumptionis vis in argumenti tertij sumptiõe & accommodatione, nempe vel ad antecedentem quæstionis partem expressam, vt semper in Simplici, & sæpe in composito, vel ad intentionem, vt aliquando in Composito, quãdo illud solum assumitur. Cùm igitur Assumptio sit argumenti accõmodatio, per quã

vide-

De Syllogismo.

videlicet, vt loquitur Cicero, id quod ex Propositione ad ostendendū pertinet, assumitur: rectè ita à P. Ramo definita est. Quid aūt nominatim cū argumēto & quomodo sit assumēdū, id speciale est, & in speciebꝰ, vbi tandem exempla exstruentur, distinctè explicabitur.

PAE. Conclusio deinde non pars syllogismi; sed eius potius effectum videtur: vnde Efficiendi verbum & verbo Cōcludendi apud Ciceronē crebrò reperitur. Conclu. Syllog.

DIS. At Conclusio præstantissima pars est, qua iudicij sententia pronunciatur. Efficitur quidem antecedente dispositione, sed essentiali vi illi annexa est. Respon.

PAE. Enthymema, Prosyllogismꝰ, & Inuersio hic incommodè & iniustè doceri videntur. Enthymema enim & Prosyllogismus post perspectā totā Syllogismi artē docerentur. Inuersio aūt Rhetoricē propria est, quibus etiā prosyllogismorū copia potius, quam Dialecticis attribuenda videtur. Crypses

DIS. Partium Syllogismi illa attributa seu communes sunt affectiones, quare etiā earum doctrina commodè partibus ex lege sapientiæ subijcitur, quod pariter cum ijs infra in singula genera cadant & accōmodandæ sint. Et sæpe iam dixi, Oratores quidem copiosiùs ferè disserere, quā Philosophi quidā faciāt: quanquā & horum nonnulli magnū sape rerum ornamentorumq; apparatum adhibent. At nec argumētorum illā copiam, nec partium Syllogismi, vel mutilationem, vel traiectionem ideo ad Rhetoricam quicquam attinere, sed totam Dialectica propriam esse. Paucis aūt versiculis hic P. Ramus magnā variorū Respon. Nom.

apud

apud Rhetores & Dialecticos dogmatum historiam ita perspicuè complectitur, vt citius discipulus mediocrem huius artis vsum comparare, quam illa oia dogmata saltem legendo perstringere, nedum rectè cognoscere, & vtiliter exercere possit. Tota. n. tum variorum, quæ putantur, Enthymematum, tum Rhetoricarum, nunc trium, nunc quatuor aut quinque partium, & sic copiæ rerum in Syllogismis adhibita, cõmentatio, his tribus breuibus ac perspicuis præceptis comprehenditur. Nihil enim aliud sunt variæ Rhetorum argumentationes, quàm Syllogismus Enthymematicus vel perfectus, partium prosyllogismis & traiectionibus tractatus.

Rhetorum Ratiocinatio.

PAED. SYLLOGISMVS est Simplex, aut Compositus, *diuidit Ramus: Alij in Categoricũ, & Hypotheticum. P. Ramus illa Syllogismi genera collocatione argumenti, tum simplici cum separatis quæstionis partibus, tum composita cum tota quæstione in propositione, definit: alij verò à Categoricis & hypotheticis propositionibus. Et hæc aliorum definitio apertior, Ramea obscurior esse videtur.*

Respon.

DISC. At qui docet & Simplicem seu Categoricum Syllogismum ex simplicibus, & Compositum omninò ex compositis partibus confici, is falsum docet. Nam & Simplex ex omnibus compositis fieri potest, & Compositus semper quidem Propositionem compositam habet, sed ceteras etiam partes simplices. Simplex ex relatis talis est: *Quicquid est laudabile, id honestum est. Quicquid est bonum, id est laudabile. Ergo quicquid est bonum, id est honestum.*

Simplex ex compo. parti.

E Con-

De Syllogismo.

E Cõnexis talis: *Si quid optatũ rediit, gratũ est. At Lesbia Catullo optato rediit. Ergo Lesbia est grata Catullo.* E disiunctis: *Oĩs enũciatio est vera aut falsa. Aliqua Oratio est enunciatio. Aliqua igitur Oratio est vera aut falsa. Quamobrem Ramus logicè & constanter è simplici & composita tertij argumenti cum separatis vel cõiunctis quæstionis partibus definiuit.*

Diuisiões aliæ Ioan. St. lib. 2.

PAED. *Quid? quòd alij primùm Syllogismos partiuntur in Demonstratorios, Dialecticos, & Sophisticos, quam diuisionem dicunt esse è materia: deinde altera distinctione in Simplices & Coniunctos, quæ dicitur, vel communis formæ, vel Dialectici Syllogismi diuisio. Simplex est vnicus, qui scilicet vno medio vnicam Conclusionem concludit: estq; hic Categoricus, vel Hypotheticus. Categoricus, id est Assertorius, qui nulla cõditione vtitur, est Purus, vel Mixtus. Purus, qui ex vnius alicuius generis axiomatis, siue sint absoluta, siue modalia: Mixtus, qui ex absolutis & modalib. mixtis, perficitur. Et vterq; ille Categoricus vel est Perfectus, qui non eget Reductionis demonstratione, vt qui in Prima figura: Imperfectus, qui reductione ad primam exploratur, vt secundæ & tertiæ figuræ. Hic traduntur & puri absoluti modales q̃q;, & mixti, per omnes illas tres figuras. Hypothetícus deinceps, in qua est conditio, est Cõnexus, aut Disiunctus. Coniunctus tandem seu Compositus Syllogismus est, qui multiplex est. 1. qui nõ vnam tantùm conclusionem, sed duas plures ue concludit; quarum singulæ suas habent appro-*

Figuræ hic tres.

2. Hypothetícus.

3. Compositus Sorites.

bationes, qui cõfirmationis ratiões προσυλλογισμοὶ nominantur. Stoici hoc genus Soritas nominant. His ita præmißis (tanquam communibus formis, vel magis Dialectici Syllogismi proprijs,) tandem de Demonstratione seu Demonstratorio Syllogismo præcipitur, ac postremò de ipsa Disceptatione. Vides quã multa in Ramea in Simplicem & Compositum diuisione desiderentur.

Respon.

DISC. Nihil desideratur, etiamsi non ita illa distinguantur; sed omnia logicè & commodè perspicua ac facili Ramea distributione comprehenduntur. Primùm Demonstratorios Syllogismos à Dialecticis nõ esse dispositionis forma, sed tantùm materia distinctos: fatentur Dialectici omnes. Ergo communi Syllogismorum arte Demonstrationis forma continetur. Materia aũt est in præmißis seu antecedentibus Syllogismi partibus, & sic est Axiomatici iudicij; ideoq; à P. Ramo Axiomatis necessarij scientificis legib. κατὰ παντὸς καθ' αὐτὸ, & καθόλου πρῶτον distinguitur. Nã hæc Veri necessarij & cõtingentis, ac falsi distinctio Axiomatis propria est: Syllogismus omnis rectè suis legibus constitutus, necessarium consequentiã habet. Sophisticus aũt Syllogismus est vitiosus Syllogismus: ideoq; in arte heterogeneus & alienus, legitimiq; Syllogismi legib. omninò agnoscitur & cauetur. Et quoniam non modo vitiosa Syllogismi structura captiosa est, sed in eius partes alia etiam vitia incidũt: hîc tota Sophistica coniunctim tradi solet. Sed P. Ramus, quod & vitia in artibus heterogenea, & illæ captiones, vt Orationis virtutes è commodo vsu, sic

1. Demon.

2. Sophisticus.

Ramus de Sophist.

sic ex abusu generalium artium pariter existant, extra Logicam, ceteras q3 generales artes de eiusmodi captionibus declinandis, ad iuuentutem rudiorem exercendam commentatur. Quamobrem illa Syllogismi in Demonstratorium, Dialecticum & Sophisticū diuisio, ex alienis tum Axiomatis affectionibus, tum aliarū partium & artiū vitijs incommodè cōstituta, corruit: affectiones aūt ipsæ suis passim locis in logica & alijs artibus commodissimè comprehenduntur. De Syllogismo.

Porrò illa Syllogismi in simplicem & coniunctum ex vno medio vnaq3 Conclusione, vel pluribus, diuisio vide quemadmodum consistere possit. Tam Compositi Ramei Syllogismi, quàm Simplices, illa diuisione pariter Simplices sunt: Solus Sorites Compositus est, quod prosyllogismorum approbationes gradatione quadam cum principe Syllogismo contextas habeat. At considera quam lubrica sit illa in lubrico Syllogismo distinctio. Quoduis Syllogismi genus suos prosyllogismos ad declarandum exornandumque præcipuè adhibitos, habet. Atque etiam approbationum siue syllogismi siue prosyllogismi suum medium, suamque conclusionem habent, non aliter, quam in Sorite, nisi quòd in Sorite paulò aliter per gradationem contexantur: in quo nihil distinctæ artis est, sed accuratior animaduersio adhibetur. Atque vtin omni Syllogismo, sic etiam in Sorite, vna principalis quæstio, vnumq3 eius medium seu argumentū peculiare est. Quare illa non Syllogismi ex oppositis formis diuisio, sed ex eius forma, illiq3 attributa communi affectione confusio est. Simplex cōiunctio.

2. Catego. Hypot.

Itaq; ex illo fundamento etiam illius Simplicis in Categoricum, qui sine conditione aliquid asserit, & in Hypotheticum, qui certa lege aliquid statuit, diuisio aliena est: cùm ille Assertorius ex simplici argumenti collocatione rectè Simplex, hic Hypotheticus ex cõiuncta totius quæstionis cum argumeto dispositione, rectè Compositus appelletur. Nam cùm essentia Syllogismi sit in legitima argumenti cum Quæstione tali dispositione, vt posito antecedente, Consequentia inde efficiatur necessariò: rectè diuisio etiam syllogismi ex illa communi forma variata, non aliunde deduci legitimè potest.

4. Purus Mixtus

Tum, quòd Categoricus ille tres figuras habeat, & in omnibus illis sit purus vel mixtus, sed in prima tantùm Perfectus, in secunda & tertia Imperfectus: figuras illas Ramus vt legitimas retinet, sed dichotomia commodius distinguit; puros autem & mixtos, idemq; perfectos & imperfectos nihil distinguit. Quia, vt nulla modalium axiomatum noua ars est, ita etiam purorum aut mixtorum inde Syllogismorum nulla. Puros hic vocant, quando omnes Syllogismi partes sunt, vel absoluta, vel modificata Axiomata: Mixtos, quando absoluta & modificata permiscentur, vt si propositio sit modificatoria, Assumptio autem absoluta, &c. At si maximè modificatorũ aliqua noua ars fuisset, vt nulla fuit: tamen id ad Syllogismi distinctionem non magis attineret, quàm quod aliæ in eo Propositiones sunt necessariæ, aliæ cõtingentes, aliæ falsæ. Syllogismi enim omnis vis est in argumenti certa dispositione; modi eiusmodi sunt primi

mi, in Syllogismi partibus, iudicij. Et certè omnis Syllogismus suis legib. perfectus, hoc est, perfecti & solidi iudicij est: imo quædam concludendi & perfectionis proprietates sunt in secunda & tertia Aristotelica figura, quæ non conueniunt primæ, vt quod secūda semper negatè, tertia particulariter concludit: illa etiam tertium argumentum minori termino dissentaneum habet, quod prima omninò respuit: hæc ab exemplo, quod prima non ita commode, concludit. Ergo & illa distinctio, vnáq; cum ea imperfectorum ἀναγωγὴ id est Reductio concidit. De Syllogismo. Perfectus Imperfe. Conclu.

Porrò Hypothetici, id est, Compositi genera, Cōnexum & Disiunctum Ramus etiam docet, sed paulò accuratius, quam alij nonnulli degerit. 5. Hypot.

De Composito illo Sorite supra respondi: itemq; paulò antè de Demonstratione & Sophistica, ac superius de Disceptatione, quæ omnia dicis hîc ab alijs continuari, respondi. Vides igitur tu quemadmodum illa omnia in Ramea logica suis quæq; locis commodissimè explicata sint. 6. Compo. Sorites. De Demōstratione.

PAED. Intelligo ista: sed de Demonstratione & Reductione nondum satisfacis. Dicis & suprà vspiā dixisti, Demonstrationis, quæ doceatur, vim esse in primo seu axiomatico iudicio, & sic Demonstratoriū Syllogismum dici posse, cuius & partes antecedentes sint axiomata necessaria, & forma legitima; ideoq; inde non esse nouam Syllogismi diuisionem, aut propriam artem. At de Demonstratione video aliter ab Aristotele, & quidem peculiaria præcepta tradi. Nā Syllogismus demonstratorius definitur, quo propria affe- Demōstratio. Aristo.

affectio de subiecto per causſam propriam concluditur: de quo præclarè Aristoteles in Posterioribus analyticis disſeruit, eumq; artium & scientiarum formandarum magistrum constituit. Ac ne quis de veritate & vtilitate dubitaret, triginta ad eundem illustrandum exempla protulit; plurimumque in eo genere clarissimi nostra memoria viri laborarunt, ac nominatim Iacobus Schecius quindecim de Demonstratione libros edidit.

Respon. Logica vtilis ad omnia.

DISC. Docet passim P. Ramus suam in Inuentione & iudicio logicam, ad omnes vel mathematicas vel quascunq; alias Apodixes & demonstrationes, solum vtilem & necessariam esse. Idemq; nono & decimo libro Scholarum Dialecticarū disſeruit, ab Aristotele in posteriorib. analyticis, ad constituendū artium & doctrinarum statum, multa præclarè esse proposita, vt de causſis, effectis, subiectis, adiūctis (è quibus præcipuè artium materia colligitur) deq; Distributione & Definitione (quæ ex illis conficiuntur, & in artium descriptionibus primas tenent) itemq; de tribus illis singularibus artificiosi Enunciati legib⁹ (ad quas artium præcepta conformantur) ac denique de Methodo, qua documenta ita in ordinem redigūtur, vt à generalibus ad specialia ꝓcedatur: quæ omnia P. Ramus studiosè amplexatus accuratè in sua Dialectica exposuit. Sed illis tam fœcundis frugibus herbā quandā admistā esse valdè perniciosam idem demonstrat, nempe, quòd Aristoteles paucis quidē eorū librorū versiculis aut verbis potius finxerit artiū & scientiarum formandarū artem, nempe Syllogis-

Ex Demonstrationis doctrina selectæ fruges.

Reiecti tentes.

mum

De Demõstratione

mum illũ Demonſtratorium, cuius in artibus & ſcientijs ipſis nullũ eſſet, nullum etiam per naturã eſſe poſſet exemplum. Atq; hæc cauſſa eſt, cur P. Ramus noxiam hanc herbam, id eſt, ſyllogiſmi huius diſtinctionem, è logico agro eradicauerit, certas aũt tum Inuentionis, tum axiomatici & methodici iudicij fœcundas fruges, ſuis quaſq; in generali logica locis ſapienter repoſuerit. Syllogiſmum, inquam, illum Demonſtratorium, qui propriam affectionem de ſubiecto per cauſſam propriam concludere dicitur, reiecit, quod nullum vſum, nullumq; exemplum habeat: ſed Syllogiſmum ex axiomatis neceſſarijs, quem poſsimus etiam Demonſtrationem appellare, diligenter docuit, ideoq; tam ſtudiosè primũ iudicium, vnde fiunt Syllogiſmi partes, expoliuit. Veram autem artium Demonſtrationem in ſcientificæ materiæ Definitionibus, Diſtributionib. Proprietatũ explicationibus, & exemplorum illuſtrium declarationibus methodicè ordinatis demonſtrauit, vt nos etiam in primo & ſecundo Proœmio comparauimus.

Demonſt. Vera

PAED. Attamen Ariſtoteles triginta exemplis Demonſtrationem demonſtrauit; & alij clariſsimi viri alia etiam hic exempla adhibuerunt.

Exempla.

DISC. Imò P. Ramus illa triginta exempla eſſe triginta cõtra ipſum Ariſtotelem teſtimonia oſtendit quod in nullo illorum ꝓprietas de ſubiecto per cauſſam propriã cõcludatur: Vide 9. & 10. li. Schol. Dial. Et certè hanc eandem Rami ſententiam Cardanus, apodictica iſta & mathematica laude, tota Europa clariſsimus, approbauit in dialectica, negauit q; vllum

Reſpon.

Aristotele illius apodixeos exemplum posse inueniri. Multi quidem clarissimi viri exempla eiusmodi demonstrationis obseruare & excogitare conati sunt: sed nihil profecerunt, tándemq; rè penitus perspecta ab instituto destiterunt. Certè Gallandius, Perionius, Carpentarius, Turnebus, Schecius, & alij permulti, nullis hic laboribus & vigilijs pepercerunt, sed demonstrationem proprietatis de subiecto per caussam propriam hactenus nullam protulerunt. Vide Rami & Schecij tum epistolas, tum comparationem illius 15. & huius Hyperaspisten.

Oppug. *PAE. An igitur non putat Ramus rebus esse suas proprietates, quas vel forma vel adiunctum propriũ significat.*

Respon. *DISC. Confitetur liberè rebus innumerabilibus suas esse proprietates, vt Homini risum, Cani latratum, Equo hinnitum, &c. quæ in artibus vt formæ & differentiæ assumantur, non autem probentur: sed negat vel in totis mathematicis (quæ imprimis Apodicticæ iudicãtur) tales proprietates per caussam propriam Syllogismo concludi. Hæc P. Rami thesis est: quam qui euertere volet, is exemplorum talem Aristotelis Apodicticam approbantium multitudine ipsum obruat necesse est.*

Exemplũ. *PAED. Sed hoc exemplo affectio propria per primam & solam caussam de subiecto demonstrari videtur.*

Rol. Makil *Quæ propiùs sunt à nobis, nullis micant radijs.*
At Stellæ errantes propius sunt à nobis.
Ergo Stellæ errantes nullis micant radijs.

DISC.

DISC. Id iudicent Astronomi: mihi certè non videtur. Nam si scintillare & micare radijs est propria fixarum stellarum affectio: per hanc potius, quã per magnitudinem, vel alias proprietates definitæ distinguentur. Et si remotius esse à nobis, est caussa cur inerrantes micent & scintillent, propius autem esse, est caussa cur errantes non scintillent: certè & subiectus locus situsq; & adiunctus noster visus caussa fuerit insitæ illius in stellis affectionis. Sed hoc mihi absurdum videtur. Ego enim excellentiorem claritatem inerrantibus stellis inesse puto, quæ visus nostri tenuitatem constringens oculos tremere faciat, vt sic ob visus nostri distantiam scintillare putentur. Errantes verò quia pleraq; minorem habent claritatem, & propius à nobis sunt, cum non scintillent, aut radijs micent, à nobis etiam radijs micare non putentur, Sed hæc scintillatio etiam alijs luminibus cõmunis est. Quare si & alijs communis est, & stellis reuera non inest vel abest, sed ita esse putatur: non propria affectio, sed commune adiũctum fuerit. Propriæ affectiones soli subiecto semper conueniunt, & reuera sunt, non quadam imaginatione attribuuntur; nec à subiecto loco, vel adiuncto occupato, sed à propria caussa existunt. Ego verò ita inuerterem ab effecto seu adiuncto concludendo. Quæcunq; stellæ non micant, nobis sunt propinquæ. At errantes stellæ non micant. Ergo errantes stellæ nobis sunt propinquæ. De Demõstratione. Respon.

PAED. Sed exempla ab alijs Dialecticis plurima traduntur: vt hoc Physicæ Astronomicum. Exempla plura.

Phil. Mel. lib. 4. *Impoßibile eſt corpus infinitum moueri circulariter. Cælum mouetur circulariter. Ergo cælum non eſt corpus infinitum. Item hoc phyſicum: Laceratio neruorum non eſt opinio: quia fit in parte non cogitãte, & poteſt ſine cogitatione fieri ferro aut humore aliquo, vt in pecudibus & pueris.*

At cruciatus ſeu dolor corporis fit laceratione neruoruorum. Igitur cruciatus ſeu dolor corporis nõ eſt opinio, nec fit opinione, vt fingebant Stoici.

Item hoc ethicum: Finis cuiuſlibet naturæ eſt propriſſima eius naturæ actio. At virtutis actio eſt propriſſima hominis, non voluptas. Ergo virtus eſt finis hominis, non voluptas. Et eiuſmodi penè innumerabilia in Scholaſticus noſtris diſputationibus cumulari ſolent.

Reſpon. *DISC. Memini, & reſponderi ſolet, eiuſmodi Demonſtrationes nullo modo ab Ramo repudiari, ſed magnopere, vt bonos Syllogiſmos, laudari. Sed in ijs propria affectio de ſubiecto per propriam cauſſam minimè concluditur. Sunt enim concluſiones vel cauſſarum ab effectis, & viciſſim. Vel ſubiectorum ex adiũctis, &c. Et ſic ex omni genere argumentorum tertium argumentum ad ſuam affectum in quæſtione poſitum arguendum, quæſtionemq; concludendam adhibetur. Itaque dicantur ſanè ex partium Syllogiſmi antecedentium diuerſa affectione, tum Neceſſarij ſeu Demonſtratorij, tum contingentes ſyllogiſmi: quando Propoſitio & Aſſumptio ſunt vel vtraq; Neceſſariæ, vel vtraq; alteráue contingens. Sed hæc diſtinctio partium propria, nihil ad Syllogiſmũ attinet;*

atta-

attamen nihilominus à partibus ita in vsu ei attribui poteſt. Et hinc illi ipſi auctores, è quibus noſtri diſcipuli ſolent exempla obijcere, Demonſtrationem, non à propria affectione per propriam cauſſam concludenda, ſed ex veris, primis, & immediatis, notioribus ac prioribus, quæ ſint cauſſæ concluſionis definiunt: hoc eſt, ex axiomatis ſeu Propoſitionibus neceſſarijs de omni, per ſe, & vniuerſaliter primis. Atque ideo etiam monent, non hic nouam vel Inuentionem, vel collocationem, ſed pleniorem ſubtilioremque iudicandi modum tradi: Diuiſionem enim hanc ſyllogiſmi eſſe tantùm è materia. Quid igitur tam operoſa obſcuraque arte, & aliena ſyllogiſmi diuiſione iuuentus obruitur, lumen logicum naturale obſcuratur, & pernicioſa puerilibus ſtudijs mora injcitur? Inuentio Ramea ita argumentorum genera ſuis affectionibus exponit, vt quæ reciprocentur, quæ verò non item, apertè intelligatur. Iudicium deinde axiomaticum perſpicuè cõtingentis & neceſſarij differentijs, & hoc ſcientificis illis ac demonſtratorijs notis diſtinguitur: Syllogiſticum tandem ac Methodicum euidentiſſimè informatur, & in ſumma totius artis progreſſus ita cõformatur, vt quæcunq; de Demonſtratione, illâ propriæ affectionis exceptâ, præcipiuntur, ea omninò generali illa arte commodiſſimè & apertiſſimè comprehendantur.

De Demõſtratione. Quomodo de Demonſtrat. præcipiatur.

PAED. At verò Demonſtratio non pueriliter de vnico Syllogiſmo intelligitur, ſed de toto proceſſu in in Demonſtratione, tum in Compoſitione, tum in reſolutione. Neceſſe eſt enim vel ordiri à primis & imme-

Continuatio Demõſtrationis. Philip. lib. 4.

immediatis principijs, vel ad ea regredi, vt mens propter euidentiam conuincatur, & teneat perspicuam & immotam veritatem.

Respon. De Methodo.

DISC. Rectè quidem; intelligo quid velis. Nam in longiore rei explicatione Demonstrationem continuandam esse censes, & sic nomine Demonstrationis cum Ramo Methodum intelligis, quæ axiomata eiusmodi siue suo, siue syllogistico iudicio manifesta, in ordinem redigit. Itaque ab alijs hæc ordinis forma obscurius in Demonstrationis doctrina vnà cum argumentis, & inde factis principijs id est, axiomatis necessarijs, confunditur: Ab Ramo autem valdè perspicuè argumentorum genera omnia in vna generali Inuentione sed affectionum differentijs distincta (sic enim qualia ex vnoquoq; genere axiomata fiant distinctè intelligitur) collocantur; Enunciatorum inde exstruendorum ratio Axiomatico, & horum tum ad Consequentiam deducendorum forma syllogistico, tum perspicuè ordinandorum regula methodico iudicio traditur. Et hoc artis progressu quid quæso apertius, quid dilucidius esse possit? certè magnæ obscuritatis & difficultatis latebra est in vulgata logicarum particularum nimisq; distorta dissipatione, qua nunc hîc, nunc illic, tum de argumentis tum de Propositionib. tum de Syllogismis ac Methodo, aliquid, nunc hac, nũc illa occasione traditur, iteratur, accommodatur, inculcatur, & denicq; confunditur. Et hîc causſam videmus, cur P. Ramus è posterioribus analyticis, & axiomatis scientifici honorarias illas notas, & Methodi leges deduxerit, quod in Demon-

Leges Axiomatis & Methodi vnde.

De Demõstratione.

monstrationis doctrina, non modo Principia, hoc est, quædam argumenta iterata, sed præcipuè axiomata, è quibus illa conficiatur, ac syllogismi illi accommodati delectus, verum etiam Demonstrationum continuandarum ratio, hoc est, Methodus tradatur, vt etiam ipse clarissimi Philippi admonitione ostendis. Et quia hic docemur ordiri à primis & immediatis: Methodum à generalibus sic confirmari intelligimus. Quod autem additur de regressu ad illa, id Methodi alium ordinem non docet, sed tum generalium à singularibus colligendorum, artiumq; obseruandarum viam, tum constitutam methodum retexendi & explorandi rationem indicat. Neq; enim quisquam vel arte docenda, vel in longiore explicatione ordinanda vnquam à singularibus ad generalia progressus est. Attamen non intelligemus syllogismos demonstratorios in artium aut aliarum rerum methodo, continuandos esse, nisi fortè res ita postulet. Nã axiomata artium prius erunt explorata, vt legitimis illis apodicticis respondeant, quàm ad docendum ordinentur; atque tum ordinis progressus ita constituitur, vt generalissima præcedant, quales sunt definitiones, subalterna proxima, vt partitiones & diuisiones sequantur, hisq; alia substituantur, donec ad singula exempla perueniatur: quæ legitima artium demonstratio est, in quàm rarò vsuiam Syllogismus incidit. Similiter in Historiarum & aliarum rerum explicatione fit, vbi tamen syllogismus frequentior est. Attamen etiam syllogistica disputatio tota methodicè continuatur, vbi id rei natura, aut controuersia,

sia, vt in Orationibus, ita postulat. Sed de his in Methodo; & quidem hactenus de demonstratione.

Oppug. De modis.

PAED. De Reductionibus superius cum De monstratione proposuimus: sed ad illas à Figuris & modis progrediemur. Ramus Syllogismo simplici quinq; modorum affectiones, nempe, affirmationem, & negationem, atque vtramque generalem, specialem & propriam attribuit. Sed prior illa diuisio in affirmatum & negatum non est catholica, id est, reciproca: cùm similiter diuidi possit Compositus. Ergo potius generi attribueretur. In posteriore duæ postremæ non sunt inter se dissentaneæ, sed consentaneæ: cũ proprium axioma etiã speciale sit, & sic Syllogismus proprius etiã specialis. Posterior itaq; diuisio sic fuerat proponẽda: Syllogismus simplex aut generalis, est aut specialis. Specialis aut Infinitus aut Proprius.

Respon.

DISC. Est illa non generum, sed adiunctarum affectionum seu modorum è partium affectionibus distributio seu enumeratio, satis quidem logicè, quantũ ego intelligo attributa. Neq; detrahi illæ affectiones aut separari possunt, quod & affirmatio sit generalis specialis ac propria, & similiter negatio. Itaque non duabus diuisionib. separãdæ, sed ordine continuandæ sunt illæ affectiões. Primæ aũt duæ ideo cũ Syllogismo simplici reciprocæ sunt, quod Compositus, nec vnquã propositionem negantem habeat, nec affirmationis ac negationis differentijs distinguatur. Primus Connexus totus potest esse affirmatus, sed potest etiam assũptione esse negatus, quando videlicet negatũ Propositionis affirmatæ membrum, vt est, sic etiam assumitur.

Affirmatus & negatus simplex non cõpositus.

tur. Et secundus potest esse totus affirmatus, quando consequentis negati cõtradictio affirmata assumitur. In primo disiuncto specialis contradictio negans est in assumptione, in secundo in complexione tantùm. Ergo affirmationis differentijs Compositus legitimè distingui nequit. Postremo specialis & proprij differentiæ reipsa sunt oppositæ, vt ex eorum definitionib. apparet: nec obest quod per Synecdochen speciale pro particulari communiori loquendi consuetudine hic sumitur. De Modis syllo. Specialis Proprius.

PAED. Modos affectionum Ramus primum communiter ita definit, vt eorum nullus, excepto affirmato, plenè constituatur: sed deinceps speciatim, tum in contracti & Explicati specierum definitionibus, tum communi quadam Explicati regula compleantur. At illa distractio facit, vt & difficilior illorum sit cognitio, & fluxa cognitorum memoria. Itaque adiuuandæ memoriæ caussa non ineptè quædam sunt conficta vocabula, in quibus non modo quatuor primæ vocales, partium in Syllogismo affectiones, hoc est, qualitatem & quantitatem, sed etiam consonantes initiales quatuor Reductionis, in qua iudicandi certa quædam ratio inest, leges ostendunt. Sunt autem certa quædam ad singulas figuras accommodata, nempe hæc græca. Obiectio de Modorum definitionibus.

Τραμματα, ἐγραψε, γραφιδι. τεχνικὸς,
Εγραψε, κατεχε, μέτριον, ἄχολον.
ἅπασι, στέναρος, ἰσάκις, ἀσνίδι, ὁμαλὸς φέρισος.

Latina his versiculus continentur.

Barbara, Celarent, primæ, Darij, Ferio sunt.

Cesare

2. *Cæsare, Camestres, Festino, Baroco, secundæ.*
3. *Tertia grande sonans tibi dat Darapti, Felapton,*
Adiungens Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison,

In his vocalis. { *A. affirmatiuam generalem.* / *E. negatiuam generalem.* / *I. affirmatiuam specialem.* / *O. negatiuam specialem.* } *Partem Syllogismi significat,*

Reductio. *Consonantes initiales secundæ & tertiæ figuræ indicant hos modos ad primæ eiusdem initij modos reducendos esse, vt ad Barbara, Baroco, & Bocardo: ad Celarent, Cesare, Camestres: ad Darij, Darapti, Disamis, Datisi. ad Ferio, Festino, Felapton, Ferison. Imo etiam mediæ consonantes requisita reductionis indicant, iuxta hos duos versus,*

S. Vult simpliciter verti. P. verò per acci.
M, Vult transponi, C. per impossibile duci.

Atque ita hæc Reductio nititur Propositionum seu axiomatum conuersione: quam supra attigimus. Reductionis enim, vt etiam axiomaticæ conuersionis magna est vtilitas, quæ vulgo in dialecticis recensetur.

Respon. dis. DISC. *Dicis Ramum vno in loco non plene affectionũ modos definiuisse, sed per species deinceps defectus compleuisse: certè nec potuit nec debuit aliter: cum & illi modi in tribus, quas vocant, figuris, seu simplicis speciebus, sint dissimiles, & quidam ex illis ad harum essentiam pertineant. Nam essentiale est, tum Contracto (tertiæ Aristotelis figuræ) & assumptionem affirmatam, & complexionem particularem tum Explicati primæ speciei (secundæ figuræ) nunc*

Propositi-

Propositionem, nunc Assumptionem semperq; complexionem negatam, secundæ verò speciei (primæ figuræ) assumptionem semper affirmatam habere: communis autem vtriq; explicati speciei est Propositio generalis in speciali, & Complexio similis vel antecedenti in generali proprioq;, vel parti debiliori in speciali modo. Ergò generalia & communia generaliter ad simplicis definitionem, specialia autem per species explicanda erant. Obscuritas quædam hic esse videatur, sed ijs certè qui vulgatis præceptis assuefacti sunt: Alioquin quinque illæ totidem versiculis expressa affectionum illarum, & deinceps specierum definitiones gradatim coniunctæ, & ad cognoscendum facilimæ, & ad recordandum sunt firmissimæ. Tu verò obijcis ad vtrumque ficta illa vocabula esse commodiora, sed ego vtrumque etiam illud constanter nego: Expertus enim sum ipse cum prius vocabula illa addidicissem, & experti sunt nostri condiscipuli quàm plurimi. Nam vocabula illa & ad discendum ac recordandum difficiliora, & ad iudicandum incertiora, & denique in legitima arte inepta sunt, quod non modo totidem versibus eorum enumeratio, quot illæ definitiones quinque constet, sed præterea etiam eorum, vtpote per se nihil significantium, explicatio requiratur. Itaque vt cogitatio à verbis ad interpretationem, & vicissim distrahitur, ita si vel ipsa vocabula, vel explicatio exciderit, intelligentia & memoria perit. Deinde ad adiudicandum ideo sunt incertiora, quòd quantitas quidem & qualitas, vt loquuntur, vtcunque per illa symbola cogitetur, sed

De Cõuersione.

Vocabula ficta.

mens tamen absq; coniuncta in speciebus collocationis forma, & essentiali, quàm antè dixi, affectione, penitus iudicij vim non assequatur. Tandem id. vetiam in arte sunt inepta, quod artes suis definitionibus, quibus nihil commodius est & illustrius, legitimè explicentur. Cùm igitur etiam ficta vocabulorum vis sit definienda, definiatur eodem, imò faciliori negocio res ipsa. Dicis porro & hæc vocabula, & Propositionum cõuersiones ad Syllogismorum Reductiones plurimum habere momenti. At ego respõdeo, pariter illa tria esse inutilia, & à præstanti vsu aliena commenta. Nam quis vnquam, nisi in scholasticis concertationibus, illa adhibuit? Conuersio legitima est ex quorundam argumentorum reciprocatione, quæ sic axiomatis legibus continetur: reliquæ sunt vel Syllogistica conclusiones, vel inanes sine vsu ludi.

Reductiones.

Nam si argumentorũ affectione & sic axiomatis reciproci doctrina continentur; tautologia est seorsim de ijs præcipere. Sin affectio argumentorum non patiatur; inanis commenti lusus sit, eiusmodi conuersionem fingere, quæ cum rerum natura & sic cum argumentorum affectione pugnet. Sin verò Syllogistica conclusionis vi efficitur; iniquè Conuersiom axiomaticæ tribuitur, quod est Syllogistica Conclusionis proprium. Axiomatis hîc nihil propriũ est, nisi quatenus vel generali subijcitur speciale eiusdem affectionis, q illi semper consequens est, vel per Contradictionem aliquid efficitur: quorũ vtrunq; ipsius legibus continetur. Sed in argumentis tamen illius specialis collectionis & contradictionis, vis est generis ac speciei & cau-

De Reductione. Ramus Sch. Dial. lib. 7. Vtilitas 1. In secunda figura. 3. Reductio

tradictionis topicæ. Ergo qui Conuersioni fructus assinguntur, ij ex generali logica facilius & vberius suppetunt; vt Commentum hoc inutile, & in quibusdam valde contortum sit, vt docti etiam viri hic ipsi fatentur: esse in quibusdam Conuersionibus portentosam dicendi formam. At vtilitas est in Geometria: vt, Quater quinq; sunt viginti. Ergo & quinquies quater sunt viginti. Hæc non est vera Conuersio, quia particulæ tantum, non totum antecedens & Consequens commutantur. Attamen argumentum est à pari quantitate per parem multiplicata: nulla cõuersionis propria efficacia: & sic Syllogismus est sine propositione, quæ connexa addi potest. Item in alijs. Nulla stella consumitur. Ergo nulla flamma, quæ consumitur est stella. At est Syllogismus connexus intellecta Propositione, argumento ab adiuncto de stella negato & de alia flamma affirmato: Si specialiter, At hæc flamma consumitur. Ergo hac nõ est stella: est in prima Explicati specie. Tandem ad Syllogismos secundæ ac tertiæ figuræ demonstrandos & ad primã reducendos dicuntur Conuersiones conducere. At respõdet Ramus sic Chymericum sophisma, per Chymericum principium, hoc est commentũ per commentum demonstrari. Nam si Syllogismorũ definitiones omniũ figurarũ per se claræ sunt & illustres generib. & differentijs, quibus clarius ad demonstrandum nihil esse posit, effecta: certè diei nox aut caligo lucis demonstratio esse non posit. At primum. Ergo & postremum. Neque enim quo secundæ ac tertiæ figuræ, aut legitimæ conclusiom credere volet, is aut primæ credet, aut manifesto falsæ

Vt in Scholis appellant.

credere volet. Quid? quòd paulò antè dixi, secunda figura Assumptione negata, & tertia cõtracto oĩum Syllogismorum principio quasdã quæstiones concludunt, quæ prima figura propriè & cõmodè concludi nequeunt. Reductio duplex traditur: Ostensiua, ad docilem aduersarium, Declaratio absurdi, ad rebellem conuincendum. Ostensiuã dico vel legitimè fieri, vel contortè. Legitimè cùm idẽ argumentum, eademq; Quæstio manet, vt cùm ad Celarent Cesare, id est negatus generalis ad negatum generalem eiusdem passim affectionis, Ad Darij Datisi, ad Ferio Festino & Ferison reducuntur. At hæc reductio magnopere à nobis probatur, sed est potius progressio ab vno genere ad aliud, quærumq; nostri præceptores proposita cum argumento quæstione, quo Simplicis genere Specieq; commodè, & annè alia, itemq; quemadmodum Composito concludi possit.

Reduct. Ostens.

Legitima.

Collat.

Contorta.

Contortè cùm Quæstio mutatur, vt ad Celarent, Camestres, ad Darij Disamis, vbi ex Propositione fit Assumptio, & Quæstio inuertitur. At cùm alia quæstio est, multò facilius puer nouum in suo genere syllogismum concluserit, quàm illam contortam Reductionem meditatus fuerit. Darapti ad Darij, Felapton ad Ferio ijsdem quidem manentib. quæstionibus reducuntur, sed tamen incommodè generalis assumtio in specialem mutatur. Per absurdum seu incõmodum singuli secundæ tertiæq; figuræ modi ad aliquem primum, & mutata & falsa quæstione seu cõclusione cum aliqua parte antecedentis. Exempla vulgò sunt in omnibus ferè Dialecticis, At bene Deus,

Collat.

2. Reduct. absurda.

quæ-

quorsum illud tortuosum tormentum cuius nullum vsquam in illustri vsu exemplum exstat? Si per impossibile vis cogere, oppone Contradictionē, & tantū efficies, quantū eiusmodi reductione, & id logicè efficies: vt, Quæ dā honesta labore parātur nulla honesta labore parantur, Qui nec huic demōstrationi, nec legitimæ perspicuæ, & necessariæ Cōclusioni acquiescere volet: is aut non sanus, aut ōnino in resistendo præfractus fuerit, cū quo nihil sit agendū. Ergo naturalis & legitima reductio est progressio ab vno Syllogismi genere ad aliud, vt commutato genere idem disputetur: quæ propterea in Ramo luculenta & facilis est, quòd à simplicioribus, id est, à Cōtracto syllogismo (quæ alijs tertia figura) ad explicatum, & in hoc à priore specie (alijs secunda figura) ad alteram (primam alijs figuram) vtpote ex prioribus coniuncta, & hinc ad Compositi modos progressus continuetur. Illa verò Scholarum Reductio vel hoc progressu efficitur vel est difficile, & inane sine vllo fructu commentum. De Syllogismo. Vera Reductio.

PAED. Redeamus ad Syllogismum Simplicem: quem Ramus in Contractum & Explicatum, hoc est, in Enthymema & Integrū diuidit: quod magnum est in legem catholicam vitium, cùm supra Enthymema in communibus partium affectionibus posuerit. Diuisio Simplicis

DISC. Supra communiter Enthymema definiuit, Respon. si qua pars Syllogismi cuiuscunque defuerit: hìc nominatim Simplicem in duo genera, à formâ vsu trita duplici diuidit; quòd, tum contractus in vsu sic semper sit, vt & peculiare sit Enthymema, & mente tamen

men integer concipiatur, atq; ita etiam in scholis explicari possit; tum Explicatus in vsu & integer sit, & etiam Enthymemate mutilatus. Ergo tautologia hic nulla committitur, cum Enthymema sit communis affectio, Contractus autem Enthymema semper peculiare, sed in mente tamen integer.

Trichotomia Figu.

PAE. Sed & Trichotomia Aristotelica in tres figuras, & ordo illorum hic commodior ac facilior est: quia vt interiecta Dichotomia cogitatiões distrahit: ita è prima figura, quam Ramus secũdum Explicati speciem fecit, reliquæ duæ nascuntur.

Respon.

DIS. At contraria forma dichotomiam requirit: quia Vsus, formam vt semper contractam tertiæ illius figuræ, ita sæpè Explicatam reliquarum duarũ depingendã arti exhibet. Deinde naturæ ordo à simplicioribus in omnibus progrediens è tertia & secunda potius primam componi, quàm illas ex hac deduci ostendit. Et certè vt vulgata Reductio posteriores ad primam insulsè reuocat, sic Ramea progressio à simplicioribus ad composita aptè tendit.

Simplicis alia diuisio.

PAED. Quid si Simplex in genus primum & secundum pro Contracto & explicato diuidatur: & primum genus definiatur, quando ex argumento antecedente in Propositione vt libet, in Assumptione affirmatè, Complexio specialis efficitur? Sic. n. prius integra forma instituitur, deinde Contractio inde docetur.

DISC. Video sic Rolandum Makilmeneum mutasse, & ex alia editione primi generis definitionem adhibuisse, sed non video quibus differentijs illa

genera

genera distinguantur. Nec enim illæ Propositionis & Complexionis affectiones, quibus in Explicato modi quidam in generalis, specialis & proprius perficiuntur, generis communionem faciunt, sed ea è Collocationis forma deducenda est. Itaq; nec genus secundū illa editione definitum est, sed tantum illā affectionis regulā illustratum. Et certè quia in priore, Contracta tantùm forma in vsu est, malim ab ea tum definire, tum integram formam, qualis mente concipiatur, extruere. Ramus in quadam editione sic etiam Simplicem in duo genera immomnata distribuit: sed ea tum à diuersa argumenti collatione distinxit, vt prius genus, in quo argumentum eodem modo seu loco disponeretur, vulgatam tertiam & secundam figuram complecteretur; alterum, in quo argumentū diuersis locis esset, in prima tantum figura cōsisteret. Talis autem in illis generib. distinctio nulla est: quare aut Contractus & Explicatus retineantur, aut genera melius distinguantur. De Syllogismo.

PAED. Quarta etiam figura à quibusdam addita est: quæ si adsumatur, Dichotomia è binis specieb. plena esse posit. Ea autem est, qua argumentum in Propositione antecedentem quæstionis partem sequitur, in assumptione antecedit consequentem. Quartā fi-gura.

DISC. Nihil noua hic artis est, sed est cryptica Propositionis & Assumptionis è suis sedibus traiectio & commutatio, sic: Omne bonum est laudabile. Omne laudabile est honestum. Ergo omne bonum est honestum. Hic Assumtio prima & propositio secunda est.

COMPOSITI Definitio.

PAED. Transeamus ad Syllogismum Compositum: qui ab affirmata semper Propositione definitur. At hoc non est κατὰ παντὸς: quia etiam negata esse potest tam connexa, quàm disiuncta, sic: Si non est fide præditus, nec charitate. Aut homo sedet, aut non sedet. Et nominatim P. Ramus inf. ca. 16. docet syllogismum fieri è propositione negata copulata.

Respon.

DISC. Respondeo ex Axiomatis Compositi doctrina, Compositum affirmatum esse, si vinculum affirmetur, negatum si illud negetur. At vinculum sæpissimè affirmatur de membris tamen negatis, hoc est, negata argumenta, vel duo simplicia axiomata negata, coniunctione affirmatè coniungi possunt. Sic enim vel ex vnius negatione, alterius etiam negatio, vel ex affirmatione negatio, contrà affirmata connexione colligitur, aut ab affirmatione negatio disiungitur, vt etsi in membris sit negatio, tota tamen Cõnexio vel disiunctio sit affirmata. Ea vis est in mutua argumẽtorũ affectione, vt talẽ affirmatinoẽ vel negationem requirat, vnde tamen totũ Cõpositũ efficiatur affirmatum. De Propositione copulata negata respondeo; eã peculiare genus non constituere, sed disiuncta affirmata, vt ei sententiæ vi similem seu æquiualentem, addi. Nã negatione copulæ significatur disiunctio.

Dichoto. Compo.

PAE. Dichotomia Compositi non respõdet Axiomatis dichotomiæ in Congregatiuum & Segregatiuum. Ergo doctrina non est analoga.

DISC. Ex nihilo nihil fit, aiunt Physici. Itaq; cũ Vsus nulla Copulati & Disereti Syllogistica exem-

pla

pla exhiberet; illa etiam superiora genera constituti non potuerunt. De Syllogismo. Respon.

PAED. At docent quidam Dialectici, à tota copulatiua ad quamlibet eius partem esse bonam consequentiam: vide Phil. ad finem libri tertij. Copulatus syllogis.

DIS. Docent quidem, sed nihil amplius Syllogismo, quam axiomate efficitur: vt si dicas, Homo habet & animã & corpus. Ergo habet animam. Sic enim idem est in quæstione & in argumento. Aliàs videtur etiam aliquâ vis esse cõcludendi in copulato, sed tum argumentum est à partibus ad totum, quod alio Syllogismo concluditur. Respon.

PAED. Connexus duorum modorum esse dicitur: at cum plures alij ab alijs, vt septuaginta à Boëthio constituti sunt, tum duo præterea in vsu sunt valde insignes: quos Ramus ex arte non debebat exterminasse: cùm & ipse quibusdam editionib. eos ex Theopharsto & Eudemo docuisset hoc modo. Connexi modi.

Tertius modus Connexus assumit Contra dictionem antecedentis, & consequentis vt contradictionem concludit: vt, 3. Connex.

Si Troiani sine tua venia in Italiam venerunt, sunt puniendi. At venia tua venerunt. Itaque non sunt puniendi.

Quartus assumit Consequens, & concludit antecedẽs: vt Si nihil mali esset, iam hic adesset. At iam aderunt. Nihil igitur mali est. Eiusmodi aũt Syllogismorum, & præsertim tertij, etiam frequens, tam in sacris, quàm profanis, vsus est.

DISC. Quod non est κατὰ πάντος, hoc est, constans

stantis & perpetuæ veritatis, id in arte locum non habet. Et cum eiusmodi vitium in omnib. artib. turpe Nota. est, tum etiam in logica valde periculosum. Potest. n. de fortuna, fama, capite denique iudicium falsis iudicandi legibus constitui, peccato in Deum & homines grauissimo & periculosissimo. Itaque in Dialectica, cuius iudicio & censuræ omnia omnino negotia subiecta sunt, studiosissimè cauēdum, ne pro certis & constantibus præceptis, incerta & fallacia tradātur. P. Ramo per annos quatuor & viginti, tertij quartique modi experientia proposita, imo & veritas eorūdem tum auctoritate Philosophorum, tum longa variorum exemplorum inductione persuasa fuit. Sed tandem diu quærendo meditandoq; incidit in exemplum modi tertij, etiam ad Theophrasti, Eudemi, & Boetij logicam falsi: Logica autem illorum requirebat, vt in vtroque scilicet tertio quartoq; modo connexionis antecedens membrum negationem haberet & consequens affirmaretur: atque ita assumeretur in tertio antecedentis contradictio, in quarto ipsum consequens. Sed illa forma in tali exemplo contradictionis specialis fallit hoc modo.

Fallax. Si nullum animal est irrationale, omnis homo est rationalis: Sed aliquod animal est irrationale.
Ergo aliquis homo non est rationalis.
Item: Sed omnis homo est rationalis.
Ergo nullum animal est irrationale.
Item si generaliter contradicatur, sic.
Si nullum animal sentit, omnis homo cæcus est.

At

De Conne xo. Exemplū. Aliud.

At omne animal sentit. Ergo nullus homo est cæ-
cus. In illis formis sic antecedente vero Consequens
est falsum: Proprium autem Syllogismi est, certam
dispositionem & nunquam fallentem præscribere, vt
ex eius definitione apparet: itaque artis scriptor ne
quis sua culpa periculosè decipi posset, studiosè fuit
cauendum. Ergo P. Ramus tam diuturno iudicij mor
bo liberatus, cuius medicinam multis annis nullam in
uenire unquam potuisset, summa veritatis lætitia
affectus iure cum Archimæde, εὕρηκα exclamauit.
Quapropter septuaginta Boëtij modi Connexi, ita &
bi duo posteriores ad priores duos cõstantes, ordine
& affectionib. mutatis reuocandi: sed interim & hi
propter frequentem in bonis auctorib. vsum obseruã-
di & extra artem notandi sunt. Ra. Schol. Dial. lib.
20. ca. 6. Elenchos primi & secundi connexi legitimi
annotauit: ac de hoc quoq; errore monuit, qui in ter-
tium & quartum, etiam ad præscriptam a suis au-
ctorib. artem factos, incidere posset. ἀσυλλογιστία
igitur illa rectè ex arte exclusa est.

Cautio.

PAE. At cautio adhiberi posset, si propositio sit re-
ciproca, eos firmiter concludere.

Respon.

DISC. Ita non vi illius dispositionis, sed recipro-
cationis efficeretur, & pertinerent exempla propriè
ad legitimos modos, quemadmodum & in simplici
Syllogismo, si propositio sit reciproca, rectè ex
Assumptione negante concluditur in secunda specie
explicati, cum in alijs exemplis fallat, pertineatque
propriè ad priorem speciem. Sed hactenus de Sylo-
gismis.

DISPV-

DISPVT. III. DE METHODO.

1. Theſes.

METhodus à generalibus ad ſpecialia vnica, omniumq; artium & rerũ cõmunis eſt. *Lex hic generalis vnica eſt.* Naturà prius præcedat. 2. Quæſtio.

An Methodus à generalibus vnica ſit?

Affirmatur à cauſſa.

QVod abſolutè notius eſt, & ad conſequentia ignota declarandum ſine reciprocatione valet: ab eo Methodus in quacunque re perſpicuè docenda & explicanda procedet.

At generalia & vniuerſalia abſolutè notiora ſunt, & valent ad ſpecialia declarandum, non hæc contrà.

Nam generalia cauſſas ſpecialium continent: cauſſæ verò naturâ priores & ſcientificæ ſunt.

Ergo methodus in quacunque re perſpicuè docenda & explicanda ab vniuerſalibus ad ſpecialia procedit; ideoque vnica eſt: quam ſolam & Ariſtoteles docuit, & omnes præſtantes auctores vſurparunt.

CONTENTIO.

Methodi vocab.

PAE. PRincipiò, vt de vocabulo conſtet, hoc argumentum, quod multos ancipites facit, in medium adducam, quòd quæuis explicatio, & cuiuſcunque quæſtionis diſputatio vel tota, vel eius pars Methodus dicatur. Itaque cùm ita non poſſit ſemper à generalibus deduci progreſſus, ſic propoſita theſis falſa eſſe videtur.

DISC.

DISC. *Vulgatus ille error est, vt vel tota aliqua ars eiusq; pars aliqua, vel alia quauis tractatio integra, & in ea etiam particula disputatio Methodus dicatur. Sic. n. sæpe loquuntur, huius vel illius quæstionis methodus, id est tractatio & expositio: non quod per Synecdochen à Methodi ordine sic appellent, sed quòd hac voce ita pro qualibet tractatione aut tractationis modo abutantur Nam sic vel in eadem vera Methodo, vel extra eam, illis sunt plures methodi vt quæstionis finitæ methodus, quæstionis infinitæ methodus, in eadem aliqua Oratione dicatur, id est, eius disputatio vel tractatio, quasi tu dicas Propositionis & assumptionis per suos prosyllogismos explicatio. Sed quidlogica Methodus sit, eius definitio ostendit, nempe quæ varia, ex varijs argumentis cõstituta, axiomata pro naturæ suæ claritate in ordinem ita redigit. vt inde omnium inter se conuenientia iudicetur memoriaq; comprehendatur. Nec igitur tota ars propriè, nec eius pars, vt axiomata quædam, aut Syllogismus, sed illæ variorum axiomatum homogeneorũ ordinatio, est logica methodus: quæ quidem in artib. & plenis rerum tractationibus, à summo deducta capite per media ad infima & individua vsque continuatur; in breuioribus autem scriptis & sermonibus eius quædam vmbra & imago adhibetur. Quanquam in epistolis sæpè res, vt occurrunt, pro humanorum negotiorum varietate, non ordine illo naturali, exponuntur.*

De Methodo.

Logica Methodus.

Methodus Rhetorica

PAED. *Vt igitur de Methodo seu ordinis dispositione, quæ tradi solent, comparemus, Ramus non videtur iustè vniuersam Methodum Dialectica attri-*

buisse: cùm Rhetorum propria sit ea Dispositio, quæ orationis siue etiam Poematis partes in ordinem redigit, quem tamen etiam Philosophi in Connunctæ quæstionis disputatione sequuntur. Dialectica autem quia tota in argumentatione consistit, illam ordinis rationem non attendit, aut saltem in Thematis simplicis expositione eam à Rhetoribus mutuatur, & ad certas, quibus illud tractat, quæstiones accommodat.

Respon. *DISC. Sæpissimè hactenus de artium distinctione respondi, & Dialecticæ omnes non modo inuenendi vias, sed & iudicandi rationes vindicaui, iudiciumq; non solum in argumentatione seu Consequentiæ conclusione, verum etiam & primum quidem in veri alsiq; enunciatione, secundum deinde tum in syllogistica Argumentatione, tum in methodico ordine consistere planum feci. Quare his iactis fundamentis respondeo non Logicos à Rhetoribus ordinis rationem sumere, sed solam logicam in omnib. disputationibus & tractationib. quibuslibet ordinem gubernare.*

Methodus in axiomatis. *PAE.* Methodus definitur Dianoia variorum axiomatum homogeneorum: *At verò etiam Thema simplex methodicè disponitur; & tum Syllogismi, tum axiomata etiam heterogenea in methodum incidunt; imo tota aliqua Oratio Syllogismo sæpè vno & eius prosyllogismis iudicatur. Ergo definitio illa non est accurata.*

Respon. Thema *DIS. Thema simplex, vt Grammatica, Dialectica, virtus, offerri & proponi potest: sed simpliciter & nudè tractari non potest. Argumenta enim nuda absque*

absque enunciatis in vsu nulla sunt, nec eorum simplicium vlla methodus esse potest. Nam cum per sua affecta, per definitiones, distributiones, & cetera, explicantur, cum ijs Axiomaticè disponuntur; atq; hæc axiomata in ordinem rediguntur. De heterogeneis respondeo, ea ab accurata artium ac doctrinarū methodo omnino aliena esse; in Poëtis autem, Oratoribus, & historicis eatenus quædam tolerari, quatenus ad eundem finem referuntur. Sic enim vt eiusdem sunt propositi, sic eiusdem corporis membra habentur. Syllogismi verò non dicuntur Methodo proponi, quod & ipsi Axiomatis inseruiant, & non claritatis, sed consequentiæ differentijs distinguantur. Itaque Syllogismorum, nisi ex propositis axiomatis seu quæstionibus, ordo quæri non potest. Axiomata igitur alia alijs pro naturæ suæ claritate methodicè præponuntur: claritas autem illa vel per se manifesta, anteaq; explorata est, vel inserto Syllogismo demonstratur. Et quando perpetuu Syllogismi, quod tamen rarius fit, in ordinem rediguntur, ij non è Syllogismorum, sed ex Axiomatum, quæ disputantur, differentijs ordinantur: quando verò vsuiam incidunt, vt in Poëtis & similibus auctoribus sæpius, in artibus autem rarius, tum axiomatis dubijs suo in loco adiunguntur. Quapropter rectè sola axiomata, quæ alia alijs sunt generaliora, altiora, & clariora, methodo proposita esse dicuntur.

De Dilemmate. simplex.

Heterogenea.

Syllogis.

PAED. Etsi verò Thema simplex nudè tractari nequit; attamen suam Methodum habet, quā multi etiam solam Logicæ tribuunt. Sed quia etiā quidam,

Methodus duplex.

Simplex.

vt Io.

coniuncta

vt Io. Hospinianus Steinanus, Franciscus Byrsius, Petrus Nunius Velius, & alij nonnulli, Coniunctam quoq; Methodum Dialecticæ vendicant, eorum Methodi in Simplicem & Coniunctam diuisio mihi legitima esse videtur. Simplex ijs dicitur, quæ discutiendæ simplici, Coniuncta, quæ tractandæ copulatæ quæstioni adhibetur.

Respon.

DISC. Ita quidem diuidunt: sed quia ex simplici themate, cum suis affectis argumentis dispositio fiunt axiomata, quæ sunt coniuncta themata; illa diuisio locum non habet: quoniam semper coniuncta, & quidem eodem ordine disponuntur, vt & Ramus generatim præcipit, & omnium generum exemplis demonstrat. Et nos, deo annuente, breuiter omnes illas methodos vel vnam sibi viam propositas habere, vel ordinis perspicuè docendi & explicādi methodos non esse ostendemus. Perge igitur aliorum partitiōes explicare.

Omnes Methodi in vnicam recidunt.

Declaratio Methodi Io. Hosp.

PAED. Antequam genera persequamur, breuem vtriusque Methodi declarationē adhibebimus. Simplicis Methodi exemplum est apud Aristotelem in Categorijs, vt cùm docIt, quid & quotuplex sit substantia, quid item prima, & quid secunda. Copulatæ verò apud eundem eodem in loco, cùm disputat. Iuréne individuæ substantiæ prima sint appellatæ Speciésne potius sit Substantia, quàm genus? Vtq; vno verbo complectar, quoties artem quampiam tractamus, in simplici themate versamur: quando verò de aliquo artis problemate disputamus, vt Inuentiōne ad Rhetoricam aut Dialecticam pertineat? tum copula-

copulatam methodum præmanib. habemus. In arte explicanda certum ordinem teneamus oportet: in cõtrouersia firmas rationes in modum afferamus necesse est. Sic illi Methodũ primũ communiter declarant. De Methodo. Respon.

DIS. Vides, quod supra dixi, methodi nomine quãcunq; tractationem, non tam propter ordinem, quã ob tractationis modum appellari, imo in alio genere ordinem, in alio argumentationis robur distinctè spectari? Partitio substantiæ, Methodus simplex, disputatio de aliqua eius quæstione, etiam in eadem tractatione posita, methodus coniuncta dicitur: quanta hæc confusio? argumenti, vt & iudicij vnumquodq; genus suum peculiare nomen habet, substantiæ illa explicatio, est physicum partitionis logicæ exemplum; in qua quatenus à summo genere per media ad infima descenditur, ille ordo in physica tota, est methodus qua, vt eius membrum, etiam Syllogistica disputatio, si quæ incidat, comprehenditur. Itaq; in Prædicamẽto Substantiæ est breuis illius methodi, & rerum illi subiectarum delineatio, & sic vniuersæ Methodi physicæ (in qua Physicæ definitio est summum caput) præcipua pars: in quam Syllogistica argumentatio incidens, eius membrum, non noua methodus est. Nam Methodus est vniuersa & integra in variis axiomatis, suo vel syllogistico iudicio manifestis, ordinis deductio; non quælibet tractatio aut disputatio, multò minus eius aliqua pars, nedum vt duplex Methodus in vnica tractatione à diuersis differendi modis distinguatur. Vniuersa ordinis in tota aliqua explicatione seu disputatione deductio est methodus: cuius si

aliqua pars seorsim tractetur; hic vt rerum seu vniuersæ illius explicationis, sic etiam ordinis methodici pars adhibetur.

Simplex bipartita.

PAED. Sed pergamus seorsim simplicem comparare. Simplex Methodus *vicissim est bipartita:*

1. *Aut enim singularum rerum & vocum significationes, naturam & proprietatem per certas quæstionum formas persequitur, aut vniuersam alicuius scientiæ disciplinam artificiosa ratione exponit. De priore, quam nouam vocant, sic præcipiunt:*

2. *1. Cùm de vna voce dicendum est, viâ monstrant hæ decem quæstiones: 1. Quid vocabulum significet: 2. An sit res: 3. Quid sit res: 4. Quæ sunt rei partes: 5. Quæ sint species: 6. Quæ causæ? 7. Quæ effecta: 8. Quæ adiacentia 9. Quæ cognata: 10. Quæ pugnantia.*

2. Alterius tres formæ traduntur, ἀναλυτικὴ, *resolutiua,* συνθετικὴ, *constructiua,* ὁριστικὴ, *definitiua.*

1 Αναλυτικὴ.

1. Ἀνάλυτικὴ, *Dissolutionis methodus dicitur, quæ integram quandam artem aut rem, à summo capite ac fine, ad minima vsque principia & elementa prosequitur, omnes rei partes, causas, & accidentia ordine enumerans, inuentoribus rerum accommodatissima: vt qui Grammaticam inuestigarunt, primùm sermonem latinum in genere spectarunt, deinde partes constituendæ orationis collegerunt, postea easdem proprietate & communium frequentia discriminârunt, donec ad syllabas, & tandem ad literas peruenirent, omniaq; huius disciplinæ minutissimè recensèrent. Sic Aristoteles in Ethicis, ex fine bonorum omnes virtutes ac officia boni viri rimatur.*

2.

2. Συνθετικὴ, Constructionis methodus est, quæ à Συνθε-
minimis cuiuslibet artis principijs ad singulas formas τικὴ.
& partes, vsq; ad perfectam rei constitutionem cõ-
scendit, omniaq; legitimè disponit & explicat, quæ
priori methodo inuenta sunt. Hac via omnes ferè ar-
tes ac disciplinæ solent proponi. Sic in Grammatica à
litteris ad syllabas, & ab his ad dictiones indeq; ad o-
rationem, in Dialectica à vocibus simplicibus & ca-
tegorijs ad Definitiones, Diuisiones & Enunciatio-
nes, & hinc ad syllogismos, vel, vt apertiùs loquar,
ab argumentis nudis ad Axiomata, Syllogismos &
Methodũ proceditur. Constructio igitur Dissolutioni
contraria est: quia hæc à Concretis ad res simplices,
illa à simplicibus ad concretas tendit.

3. Ὁριστικὴ, Definitionis methodus est, cùm præci- Ὁριστικὴ.
puas artis cuiusdam partes ac definitiones, quæ aut
resolutione reperta, aut compositione traditæ sunt,
quasi sub vno intuitu breuiter memoriæ caussa com-
prehendimus: quemadmodũ si totam disserendi ma-
teriam non minutissimè enumeremus, sed summatim
partitionibus ac definitionibus argumentorũ & iudi-
cij complectamur. Alij sic definiunt: Methodus defini-
tionis est, quæ à definitiõe principes rei partes expri-
mẽte eousq; progreditur, donec omnes singulatim dis-
soluerit atque excusserit: vnde etiam Διάλυσις &
Ανάλυσις dicitur, sed definitiõis nomine adiecto. De-
finitiõis methodus reliquis duabus solet ancillari: ita-
que vel sola arti cuipiam docendæ adhiberi potest,
vel in eius societatem aliqua alia admittitur. Exem-
pla huius non ita passim sunt obuia, velut superioris,

Aristoteles tamen eã in Ethicis videtur sociam analyticæ adiunxisse. Nam beatitudinis definitionem, quã primo libro statuit, eodemq; modo definitionem virtutis, quam ponit libro secundo, videtur in sequentibus libris quasi retexendo enarrare. Hæc igitur hactenus de Methodo simplici, cuius primum genus per decem illas quæstiones nouam vocant, quod recentiores eam excogitauerint; cùm alterius generis tres species à veteribus vsitatæ sint.

Noua.
Vetus.

Respon.

DIS. Certè si liceat mihi, discipulo bonarum artium studioso, dicere, quod sentio; dixero mirabilem in illis methodis & chymericam esse confusionem. Miror hîc doctos viros ita se torquere, & plures sibi vias inani imaginatione proponere, cùm vna tamen pariter omnes auctores in perspicua rerum explicatione ingrediantur, etiamsi non vsquequaq; insistant, sed vspiam vel deflectant, aut aliquid trajciant, vel aliquid alienum misceant. Methodus facta est à proposito diuerso duplex simplex & composita; Simplex etiam bipartita, Noua & vetus; *ac vetus rursum triplex: dicitur que alia in aliam cadere. Noua in decem consistit quæstionibus, quarum præcipuæ Definitione, Diuisione, caussarumq; & effectorum explicatione tractantur: & Definitiua definitionib. ac partitionib. procedit. Quid igitur inter nouam & Definitiuam interest? nihil certè, nisi quòd hæc præcipuas definitiones & partes dicitur tractare; illa verò quæstiones istas omnes persequi. At Epitomarum est, præcipua seligere capita, quæ tamen non propriam, sed eandem cum vniuersa explicatione methodũ habent.*

Noua.

Definitiua

bent. Ille verò nouæ methodi ordo, est vniuersalis & vnica nostræ methodi ordo, nisi quod eadem accuratione nõ distinguatur, vt deinceps sigillatim dicetur. De Methodo.

Cur igitur noua à definitiua distinguitur, si eâdem viâ ijsdem argumentorum seu potius axiomatum ex illis confectorum generibus tractantur? Porrò Analytica & Synthetica quibusnam argumentis, si non definitionib. distributionibus causis, effectis, aut ceteris generibus, quæ nouæ tribuuntur, constant? aut si ijsdẽ cur tanquam distincta genera separãtur. Certè quauis methodus axiomatis seu propositionibus, etiã iunctis vspiam Syllogismis, constet, necesse est. Axiomata autem certa argumentorum genera, & præcipuè Definitiones, Distributiones, alias q3 proprietates enunciant: alioquin nec ipsa constitui, nec docere quicquam possent. Definitiones verò in docendo præcedũt, distributiones & partium explicationes sequũtur: alioquin adhiberi ad docendum & perspicuè explicandum non possunt. Et ipsi methodorum illarum auctores tradunt, Analyticam methodum integram aliquam artem aut rem, à summo capite ac fine ad minima vsq3 principia & elemẽta prosequi, omnesq3 rei partes, causas & accidentia ordine enumerare; Syntheticam autem à minimis principijs ad singulas formas & partes vsq3 ad perfectam rei constitutionem conscendere. At vtraq3, etiamsi altera deorsum descendere, altera sursum ascendere videatur, reipsa tamen & opere eadem est, eãdemq3 via procedit, si modo ad docendum explicandumq3 adhibeatur, vt ab illis adhiberi traditur. Nam si Analytica à summo Analytica: Synthetica Analyt.

mo capite fineq; explicationem deducit; certè à generalissimo, nempe à Definitione, quæ summum caput est, finemq; summum complectitur, ad minima vsque elementa, hoc est per media ad exempla, quæ sunt elementa, è quibus artes collectæ sunt, progreditur.

Analysis Inuentio. sic est, infra.

Aiunt hanc Inuentoribus rerum accommodatissimã esse: at hi non retexendo tantum obseruant, sed è minimis etiam componunt, & sic vtriusque Logicæ partis vsum simul adhibent. Sed exempla videamus: Analytica methodo Grammatica inuestigata esse dicitur: quia primùm sermo latinus in genere fuerit propositus, deinde partes constituendæ orationis collectæ postea eadẽ proprietate & cõmunium frequentia discriminatæ, donec ad syllabas, tãdemq; ad litteras peruentum sit, omniaq; huius disciplinæ minutissimè exposita. At, inquam, idem ille generalis & vniuersalis methodi ordo est, à genere per partes ad infima progredi. Et quando sic recensetur explicaturq; Grammatica, tum methodicè docetur, non inuenitur & obseruatur. Inuentio enim & obseruatio artium, nõ explicat ordine documenta, sed horũ cõmunes notiones ab exemplis colligit, collectas eorundem obseruatione & experientia ad legũ mandata æstimat, æstimata verò tandem in ordinem ad docendum methodicè digerit. Et sic in illa artium obseruationẽ à minimis, id est, à singulis exẽplis ad cõiuncta, hoc est, ad cõmunes notiones, adscenditur. Ergo talis analysis, nec inuentionem Grammaticæ aut alterius artis, nec peculiarem methodum continet, sed in ea, vt eius descriptio, & exempla indicant, vera methodi ordo à genere-

Grãmatica

Collatio.

Inuentio artiu, eiusque ordo.

generalibus latet. Nam & Ethica Aristotelis, quæ analytica methodo constituta putantur, methodum à generalibus sectantur. Etsi enim Aristoteles hominis beatitudinem & felicitatem, quàm sibi his libris proponit, non ita perspicuè, vt in artibus fieri solet, definiendo, distribuendo, proprietates explicando & exemplis illustrando, exponit, sed argutius varias de ea quæstiones disceptando persequitur; tamen à generalioribus ad specialia vniuersam disputationem continuat. Nam distinguit in Proœmium, Ἀποδείξεις, & Epilogum. In Proœmio totum hoc studium commendans, de finibus, auditore & methodo ethices disserit. Apodixis habet reprehensiones falsarum opinionum, & confirmationes verarum, vt sic quid sit summum bonum, & in quibus positum sit, intelligatur. In Epilogo ad vsum & exercitationem huius doctrinæ hortatur. Hæc methodus nostra seu Platonica, Aristotelica, & Ramea est, à generalibus ad specialia. Exordium enim de summo fine, deq; ipso proposito, generalius est Explicatione præceptorum, & Epilogus de vsu extremus & infimus est, atq; in medijs passim etiam ad sua infima descenditur. De Methodo. Ethica Aristot. 1. 2. 3.

Synthetica Methodo omnes artes ac disciplinæ proponi dicuntur: at eadem etiã reipsa & opere est nostra à generalibus methodus. Grammatica enim, Dialectica, & ceteræ artes, in quibus hanc sequi methodum, huius etiam ipsius auctores, seruare dicunt, primum definiuntur, deinde in partes distribuuntur, ac partes suo ordine explicãtur, exemplisq; illustrantur. Id aũt ita faciendum nostra Methodus præci- Synthetica Collat.

Organon

præcipit lib. 2. Dial. cap. 18. Aristotelis Organon dicitur synthetico ordine constare: Esto: etsi enim mutilatum & confusum est, vt Definitio partitioq; ab initio auulsæ sint, tamen in partib. generalis & vniuersalis methodi forma est: quia à simpliciorib. quæ quæ sunt naturâ priora, fit progressus ad coniuncta, nempe ab argumentis ad Enunciata, & hinc ad argumentationẽ: qui progressus similiter in Rami etiã Grãmatica, Dialectica, & ceteris artibus seruatur. Itaq; si Definitio Partitioq; ppositæ Organo essent, Methodus à suo capite integra duceretur, etiamsi in partibus vspiam quædam non satis legitima inessent.

Definitiua

Definitiua Methodus *ideo analytica in Ethicis Aristotelis socia adiuncta esse dicitur, quòd definitio & beatitudinis primo libro, & virtutis secũdo collocata, deinceps in sequentibus libris videatur retexendo enarrari. At quorsum hæc confusio? quatenus definitur aliquid, definitiua, quatenus diuiditur, analytica, quatenus à prioribus simplicibus in partibus fit progressus, synthetica methodus appellatur: & illæ methodi ita concurrere & sociari, sed affectione tantùm & fine discriminari, dicuntur. At, inquam, quia illæ affectiones ita concurrunt, vnica methodus est, eaq; reipsa in exemplis à generalibus ad specialia progredi deprehenditur.* Definitio passim & in toto & in partibus prima est, *summumq; finem & vniuersum rei statum complectitur:* Distributio proxima, *quæ vniuersum illum statũ in partes deducit & quasi retexit.* Partium explicatio proxima, *sed ita, vt quæ pars*

Collatio. Methodi ordo. 1. Defi. rei & vocis. 2. Distrib. quæ Analysis aliorum.

res naturâ priores (vt sunt quæq; simplicissimæ, è quibus posteriores cõiunguntur) continet, ea priore loco; quæ coniuncta, ea posteriore tradatur. Sic Gramma tica & Dialectica primò definiuntur & diuiduntur, deinde in Etymologia voces simplices, & in Inuentione argumenta nuda, In Syntaxi autem voces coniunctæ, & in Iudicio argumentorum Dispositio & compositio docetur. Atque in illis partibus passim definitiones & distributiones continuantur: proprietatum explicationes (in quas aliquãdo Comparata & Opposita incidũt) & exemplorum illustrationes suis locis adduntur. Sic & Noua Methodus, & Vetus, tum analytica tum Synthetica, tum Definitiua, reuera & ipso opere vnica Methodus sunt, in vnicaq; methodo concurrunt, ac perperam ab argumentorũ nominibus seu affectionibus, & rerum subiectarum nempe simplicium vel coniũctarum discrimine diuersæ Methodi finguntur.

De Methodo. 3. Genesis in partium explic. 4. Causſæ Effecta, adiacentia in Propri. 5. Cognata pugnantia in Compa & Oppo.

PAED. Mirabilis illa metamorphosis & confusio est, qua tu è duplici methodo simplici, & altera rursum triplici vnicam facis: certè nec idem est à minimis ac specialibus ad Composita & generalia adscẽdere componendo, & à generalibus descendere retexendo, nec decẽ noua Methodi quæstiones vnica Rami methodo continentur, aut sanè aliter ea ipsa & planiùs informanda sit.

Oppug. 1. 2. 3.

DISC. Imò obscurissimæ Confusionis, è cuius caligine eius auctores vix respicere possunt, apertissima distinctio est. Nam si in omnium artium, Poëmatum, orationum, & historiarum descriptione, atq; in ipsis

Respon. 1.

diuersarũ methodorũ exemplis vnicus reipsa methodi ordo deprehenditur cur non vnica methodus asseratur, ad eamq; variæ illæ, opinione tantũ distinctæ, methodi reuocetur? Analysis & Genesis non sunt Methodi species, sed in vsu artium versantur, dũ analysis aliena opera in sua principia retexit, Genesis verò è principijs nouum opus componit, siue id in Grammatica fit, siue in Rhetorica aut Dialectica. Confusio autem tota præcipuè à Medicis orta est, qui multa & varia de methodo tradunt, & nunc totam artem, nunc eius partem aliquam, Methodum vocant. Et ita sæpe Analyseos mentione & cogitatiõe Inuentionem logicam, sicut Geneseos dispositionem significãt: quia per Analysin res inueniendas dicunt, per Genesin collocãdas. Atq; hinc etiam vulgò præcipitur Analyticã methodum rerum Inuentoribus, Syntheticã artium scriptorib. aptam esse. Definitionis aũt & distributionis methodus inde nimis dura Catachresi Synecdoches conficta est, quod eæ in vera methodo principes partes sint: quia duorum argumentorum axiomata non sunt integra methodus. Atq; hinc est, quod ipsi auctores, dum distinguere volunt, involuunt, & sic tandem monent eas concurrere. Quapropter ego non incommodè dixi, quicquid in diuersis illis methodis methodicum sit, id vnica generali methodo cõprehendi, in qua & definitio, & diuisionis analysis, & à simplicibus ad composita progressus ac genesis, & deniq; aliquando separatim caussarũ, effectorũ, subiectorũ adiunctorũ, cognatorum seu comparatorum & pugnantium explicatio, suo ordine quæq; locum habeãt.

Analysis. Geneſis.

Vnde Methodorum confuſio.

Confer ſuperius.

Sed q̃ dicis non idem esse, à minimis ac specialibus

ad composita generaliaq; adscendere, & contrà descendere: in eo ego magnã captionis latebrã esse, nec vllã à specialib. methodũ progredi dico, vt etiã initio pag. 99. dixi. Minima & specialia non sunt eadẽ, sed prorsus contraria: quare nõ idem est à minimis ac specialibus, quæ tu cõiungis, progredi. Quò quid est simplicius, & prius, eò est generalius, vt è quo composita, quæ sunt naturâ posteriora nascuntur. Ergo à minimis ac simplicissimis, non aũt à specialibus, descẽditur ad composita componendo, nec in methodo conformãda vnq;, sed in methodo, syllogismo aut axiomate in sua elementa retexendo retrò adscenditur. Et sic in Logica Definitio & Distributio vniuersæ artis primo loco sunt, sed prior pars simplicissima huius artis, id est, singula argumenta, sola & per se considerata, altera Dispositione coniuncta exponit: quæ sic Genesis seu synthetica methodus vulgata esset.

De Methodo.

Simplicia sunt generaliora.

A specialibus aũt, quæ sunt ipsa Exempla, nec vllæ vulgata, nec vera methodus procedit: quia & infinita est exemplorum enumeratio, & ideo in artibus cõmunes notiones & regulæ ab exemplis collectæ traduntur, vicissimq; exemplis illustrantur. Sed illæ regulæ partim sunt de rebus simplicibus & in arte natura priorib. partim de coniunctis. Nunc Methodus illas ita partitione ordinat, vt quæ de simplicibus elementis sint, ea etiam præcedant, cetera sequantur.

Postremo decem nouæ methodi quæstiones, seu earum potius viã Rami methodo accuratius & ad ordinis rationem accommodatius contineri ideoque hanc aliter instruendam non esse confirmo.

1. Nouæ Method. quæstion. ad Rameã ac-

Prima quæstio

commodè tur.

quæstio est, quid vocabulum significet? secunda an sit? 3. quid res sit? 4. quæ partes? 5. quæ species? hæ conferantur: Ramea methodus sic præcipit: Definitio prima sit, quæ quid res sit explicat, hoc est, quæ & nominis significationem & rei naturã simul definit, & eadem definitione vt res ab alijs rebus distinguitur ita nominis significatio huic proposito conueniens ab alijs separatur. Itaq; cũ in Ethicis virtutes, in physicis essentiæ naturales, animal homo, bestia, Canis, cũ reliquæ artes, & earum partes definiuntur, verborum significatio vna cum rei natura explicatur: nec alia seorsim vocabuli explicatio additur. Attamen si quid controuersiæ esse posit, definitioni tum nominis vel notatio, vel alia explicatio, tum par & Synonymon nomen, vt Dialecticæ definitioni Logica, addi potest, sed hoc non est κατα παντὸς, imo valde rarum. Itaq; talis illustratio peculiari methodi lege non sancitur, sed communi è locis artificio petitur. Hîc igitur quæstio 1. quid vocabulum significet? & 3. quid sit? generali & perspicua methodi lege continentur. 2. An sit, verò nec κατὰ παντὸς, nec homogenea, nec catholica videtur. Plurima methodicè traduntur, vt ferè omnes artes, de quibus initio non quæritur, an sint. Ergo non est generalis & perpetua veritatis præceptum. Deinde Methodus tradit res iã antea cognitas ac perspectas vt eius definitio ostẽdit: ignotorũ. n. ordo quæri nequit. Ergo in methodo talis quæstio heterogenea est. Tũ ijsdẽ argumẽtis, quibus res methodicè describitur, etiam eadem esse arguitur. Ergo & tautologia sit, si separatim an sit in methodo demonstretur. Attamen si omnino rei propos-

Definitio.

1. quid vocã. 3. quid sit?

2. An sit.

ta controuersia ita postulet, vt demonstretur, quoniã De Metho
κατὰ παντὸς peculiare præceptum non admittit, do.
summa lege, Natura prius præcedat, *admone-*
mur, vt vel ante, vel post definitionem An sit, *disputetur.* Porrò Definitionem Distributio le- 2.
quetur, *ait Methodus nostra:* quæ si multiplex Distribu-
sit, præcedet in partes integras partitio, se- tio.
quetur Diuisio in Species. *An non hæc Lex,* 4. Quæ pas-
quæ sint partes, & quæ species apertissimè sancit? tes.
Quapropter hactenus via regia & capita 5. Quæ spe-
seu principes partes in Generali, ac Noua cies.
Methodo conueniunt: sed deinceps in No λιαλυτον.
ua Διάλυτον & hiarus quidam est. Genera- 3.
lis methodus præcipit. Partes & species eo- Explicatio
dem ordine esse rursus tractandas, ac defi-
niendas, quo distributæ fuerint: & Transi-
tionum vinculis colligandas. *At noua vtrunq;* 6. Caussæ.
illud præterit; imo caussas, effecta, adiacentia, 7. Effecta.
cognata, & pugnantia, *deinceps tractanda mo-* 8. Adiacen.
net. Hic igitur præter defectum dissimilitudo quædã 9. Cognat.
est. Certè si partes & species ordine non definiantur 10. Pugnã.
& explicentur, caput sine reliquo corpore, & trũcata Methodus fuerit. Sed contrà in Generali Methodo
Caussas, effecta, & reliqua illa requiris: at ea in Methodo, vel non semper omnia adhibentur, vel sic ordine non continuantur. Ergo nec certus ille ordo præscribẽdus est. Generatim igitur Ramus præcipit, Partes & species ordine tractandas & definiendas esse.
Argumentorum genera omnia hîc, vt communia explicationis instrumenta, in promptu sunt: itaq; res ip-
sa fa-

sa facile, quæ requirantur, ostendet. Nominatim aũt Ramus de singulis artiũ documẽtis præcipit, ea axiomata κατὰ παντὸς, καθ' αὐτό, & καθόλυ esse debere, quæ sint vel Definitiones, vel Distributiones, vel proprietatũ explicationes: Has aũt oẽs è cõsentaneis argumentis, eorumq; symbolis fieri; sed raro in artiũ materia etiam quædam Dissentanea & comparata assumi; quæ argumenta, vt & Notationes, Coniugationes & Testimonia in Poëtis, Oratoribus & historicis alioquin sint frequentissima. Hic igitur intelligis è causis, effectis, subiectis, adiunctis seu adiacentibus ipsas definitionum, diuisionum, & proprietatis explicationum præceptiones fieri: quid igitur attinet separatim illa requirere? Quæ caussæ, effecta, & reliqua consentanea definitiombus & diuisionibus non continentur, ea Proprietatum regulis, sicut & dissentanea & comparata, quando ita necesse est, explicantur. Imò sæpe caussæ vel effecti, vel alterius proprietatis explicatio paulò altiùs ipsius Generis seu Integri definitioni additur, sicut lex Catholica requirit, vt caussæ & effecta, reliquaq; non ita speciebus ordine subijcientur. Sed Notatio etiam Coniugatio & testimonia in Methodi axiomatis adhibẽtur: quorũ illæ Quæstiones nullã mentionem faciunt: At verò nec debebant. Nã generalis Inuentio oĩa argumentorũ genera exhibet, per quæ omne propositum seu quæstio ducenda est; indeq; Axiomatico iudicio tum regulæ artium, tũ aliarũ disputationũ axiomata exstruenda, suaq; claritatis lumine distinguenda, & si opus sit syllogismo demonstranda: de quorũ tandem ordine Methodus,

Dissent. Compa.

non

non de argumentorum generib. præcipit, quanquã ex principalibus argumentis, vt Definitione & Distributione, è quib. præcipua axiomatum lux est, ordinem præscriptum declarat. Quæ cũ ita sint, concludamus, quicquid Methodicũ Nouæ methodi quæstionib. cõtineatur, id Generali Methodo, quod ad principalia capita attinet, eodem ordine, sed accuratius & certiùs contineri; & tamen talem certarum quæstionum ac argumentorũ designationem, esse potius rei per Locos deductionem, quàm certam methodi descriptionem, vt Rami Methodus perfectè informata, aliter instruenda non sit. Ac de ceteris Medicorũ Methodis cõcludamus, ijs quidem reuera ad generalem methodum respici, eoq; omnia exempla, quomodocunq; etiã torqueantur, recidere: sed Analysin ac Genesin seu Synthesin aliquando illis auctoribus, quasi aliud cogitantibus, Inuentionem & Iudicium indicare, attamen ommno communem artium è præceptis vsum operationemq; significare, qua ad eorum præscriptũ & facta exemplа retexantur, & è suis principijs noua cõponantur. Attamen hoc etiam teneamus, longè aliam esse artiũ aliarũq; rerum perspicuè docendarum & explicandarum Methodũ, quæ videlicet semper à generalibus per subalterna, ad infima vsq; exempla procedat: aliam etiam & ordine quidem contrariam eã viam qua artium documenta è singularibus exemplis sensu, obseruatione, inductione, & experientia colligantur & constituantur. Itaque etiam aliud & diuersum est singularia exemplа axiomatũ Syllogismorumq; in sua principia, nempe in argumenta, &

De Methodo.

Conclusio.

Discrimen Methodi & Inductionis in artium inuentione.

Metho-

De Methodo.

Methodū in sua nępe in Axiomata retexere: itemque aliud est ex argumentis Axiomata ac Syllogismos, & hinc Methodum componere: quæ ōia ijsdem in arte eadem partium, vt Argumentorū Axiomatis, Syllogismi ac Methodi legibus continentur. Aliud verò etiā est è singularibus notionibus, seu è singularum rerum communibus proprietatibus, generalem & vniuersalem notionem, hoc est, ab exemplis regulā eiusmodi exemplorum communionem exprimentem, colligere

Generis affectio.

Hîc affectio Specierum & Generum inest, & ab exemplis specialibus per Inductionem congregatis Syllogistica conclusione generalis regula colligitur: qui est documentorum ad artes constituendas obseruandorū ordo: quæ cùm sic collecta & explorata fuerint, deinceps ad docendum methodicè ordinantur. Illic verò cùm vel ex argumentis Axiomata, & hinc Syllogismus, & Methodus componitur, vel in eadem retexitur,

Integri affectio.

affectio Integri & membrorum inest: quæ sic in primam artium inductionem etiam incidit. Nunc in vtroq; genere & Analysis & Genesis adhibetur, dum & aliena retexuntur, vt in ijs communio appareat, & communione vel mente concipienda, vel Syllogismo concludenda, compositio adhibetur, & denique etiam axiomata explorata methodi ordine coniunguntur. Hæc igitur Caussa est multiplicis methodi confingendæ, hîc fons & origo confusionis est, vt Analysi artium Inuentio, Genesi seu synthesi compositio tribuatur: cū vtraq; tamen semper coniungatur vel potius altera alterā antegrediatur: Et hactenus de Methodo simplici: pauca de Cōiuncta attingamus.

PAE-

PAE. Methodus Copulata est de Coniũctis quæstionib. quæ Syllogisticè pluribus argumentis disputantur. *Hic primùm* Thesis *euidenter decidenda proponitur: deinde eius tractãda methodus in personam & rem discerpitur. Personæ spectantur duæ, vna Oppugnantis, altera Respondentis seu Propugnantis. Harum tum communia, tum propria officia traduntur. Communia, solicitudo de re penitus considerãda, diligentia in affectis argumentis per locos inuestigandis & denique constantia in sua sententia tuenda, &c. Propria Oppugnantis, Non vno alteróue argumento obiecto contentum esse, sed instare & prosyllogismis, alijsq; vicissim argumentis vrgere. Respõdentis semel iterumq; ijsdem verbis, oppugnationem repetere; deinde respondere vel negando, vel distinguendo, vel concedendo. Quãquam & aliquando elabetur, vel regerendo, vel eleuando, vel digrediendo. Res autem sunt distinguendæ, nempe necessariæ à probabilib. & vtræq; ab impossibilib. Omnium generum argumentationes sunt adhibendæ, & nunc à firmioribus, nunc ab ijs, quæ auditori magis conueniant, incipiendum.*

De Methodo copulata
Methodus 1. Thesis.
2 Personæ.
Officia cõmunia.
Oppug. propria.
Respon.
Res & artificium.
Copulata duplex

Et sic rursum tota hæc Methodus duplex est, Alia Pura, *alia* Mixta. Pura vel Apodictica, vel Dialectica tãtùm: Mixta est vtraq; cõcreta. *His Sophistica opponitur. Apodictica quæstionem propositam Demonstrationibus conficit: & sic tota etiam Methodus Demonstratio dicitur. Apodictica vel perfecta est ex perfectis, vel imperfecta, ex imperfectis demonstrationibus. Dialectica deinde è*

probabilius dialecticis Syllogismis, Mixta ex vtrisq; Sophistica è falsis constat. Atq; hæc de Methodo copulata præcipiuntur.

Methodus Controuersiarum.

Additur etiam postremò Methodus cõ trouersiarũ, *quæ Rhetorũ propria esse dicitur. Hic vt & in ceteris, Fides spectatur. Sed & motus præterea. Methodi Oratoriæ partes sunt quatuor. Harũ duæ ad fidem, Narratio & Confirmatio, duæ etiam ad Motũ pertinent, Principiũ & Peroratio. Quæstiones oratorum dicuntur Controuersiæ seu causæ: quarum tria genera fiunt, Exornatio, Deliberatio & Iudicium. Hic varij quærendi modi, & status distinguũtur: itemq; speciales Inuentiones & Dispositionũ formæ cũ varijs & admonitionibus & cõsilijs tradũtur.*

Respon. De Copulata.

DIS. De Copulata Methodo respondeo, primũ nõ Methodi nouam aut solam doctrinam hic tradi, sed varias, tum è tota logica, tum ex hominum instituto & consilio cautiones cumulari; deinde eã qualiscũq; fit, nimis anguste ad Concisas concertantium disputationes adstringi. Nam, vt quicquid methodicũ est, vnius generalis methodi doctrinâ cõtinetur; ita eadẽ illa omnib. etiã, siue concisis, siue perpetuis disputationibus cõmunis est. Admonitiões illæ quidẽ de Concisis Disputationibus non sunt prorsus inutiles aut cõtemnendæ, sed κατὰ παντὸς non sunt & sua sponte illi fructus è generalibus artib. manant, & extra artem ad rudiores quasi manu ducendos à Præceptoribus adhiberi possunt. Sed sigillatim videamus:

1. Thesis.

Thesis est axioma: quod si dubiũ sit in Syllogisticam disputationem venit. Dial. lib. 2. ca. 9. Methodus autem

De Methodo.

tur docet, generalissimum quodq; & natura primũ primo loco collocãdum esse, vt certè est tali Disputationi proposita quæstio. Nihil igitur hîc nouum.

2. Officia.
3. Res seu artificium.

Respondentis & oppugnantis officia sunt quidem hominum cõsilia, sed ex ipsa arte deprompta. Nã Inuentio, Omne genus argumenti, Iudicium, quodq; genus iudicij seu dispositionis adhibendũ esse sancit. Artium enim præcepta sunt sanctionũ mandata & certa consilia: Sollicitos igitur, industrios, & circunspectos esse disputantes debere, tum ipsa Logica, tũ ethica etiam communiter præcipit. Vrgere prosyllogismis & alijs etiã argumentis oppugnare, prosyllogismorũ lex & tota etiã ars mandat. Repetere oppugnationẽ est singularis prudentiæ, non necessitatis. Vera necessaria, omninò, Contingentia conditione concedere, Falsa negare, Consequentia admittere, inconsequentia suspendere, ipsa axiomatum & syllogismorum doctrinâ iubemur. Ambigua distinguenda intelligentiæ dubitatio monet: Regerendi & Eleuandi instrumenta præcipua sunt Comparata, Digressio inter Methodi crypses numeratur: sed eiusmodi in concertando non certæ artis, sed ingenij sunt & prudentiæ. Porrò de Argumentationum axiomatis vel naturali ordine collocandis, vel nonnihil inuertendis, tũ Syllogismus, tũ Methodus & eius crypsis apertè præcipit: & hoc solum est in his consilijs methodicum.

Copulam nõ duplex.

Postremò quod nunc tota Logica, nunc Axioma (cuius tamen hæ affectiones propriæ sunt) nunc syllogismus, nunc denique Methodus in Apodicticam de necessarijs, Dialecticam de contingentibus, & Sophisticam

cam de captiosis, ac rursum in puram, vel ex illis mixtam diuiditur: id heterogeniam & tautologiam nimis odiosam habet. Axiomatico iudicio necessitas, probabilitas & falsitas distinguitur: illi Syllogismus, si non constet, subsidio venit. Methodus illas per se differentias non attendit, sed axiomata qualiacunq; è suæ claritatis differentia distinguit. Siue omnia sint necessaria, siue Contingentia, siue vtriusque affectionis axiomata & disputationes misceantur, id nihil amplius ad methodicum ordinem attinet, nisi vt vel legitimè vel per crypsin disponantur. Ergo inde Methodi diuisio heterogenea, vana & inutilis est.

Alia diuisio Methodi

PAE. Atqui & aliam methodi accuratiorem video diuisionem fieri, & habeō quod de Oratoria nominatim opponam.

Alia methodi diuisio.

Methodus in vniuersum est VNIVERSALIS & PARTICVLARIS.

DISC. Imo Platoni, Aristoteli, & omnibus in vsu auctoribus reuera vnica vniuersalis est.

PAE. Vniuersalis est integrarum artium via, *à fine* διδασκαλία *dicta: est q; triplex.*

I. VNIVERSALIS.

DISC. A fine διδασκαλία *rectè nominatur: sed in trib. illis generibus vnica à generalibus via est; nisi quod ordo inueniendarum artium, qui methodus docendi esse nequit, videatur imaginatione cum illis cōfundi.*

PAED. 1. Vniuersalis Synthetica, genesis dicta, est omninò naturalis, à simplicib. ad cōiuncta progrediens vt in grammatica à vocibus ad orationem, in Dialectica ab argumentis ad axiomata, &c.

DISC.

DISC. Rectè, & hæc noſtræ generalis methodi via eſt, vt, præmiſſa definitione ac partitione, à minimis, quæ naturâ priora ſunt, ad coniuncta progrediatur. De Metho do. Reſpon.

PAE. 2. Vniuerſalis analytica eſt ſynthetic æ contraria, à Compoſitis ad ſimplicia procedens. Sic Galenus ſex libros περὶ ὑγιείης ὧν diſpoſuit, primò ſcopū ſeu finem definiens, deinde ordine omnia, quæ ad illum finem, hoc eſt ad ſanitatem tuendam pertinent, attexens.

DISC. At certè & hæc noſtra vniuerſalis methodus eſt, à definitione & ſummo capite deſcendere ad ea, quæ ad illum vniuerſum ſtatum obtinendum pertinent, ſed ita, vt in his ſimpliciora quæque præcedat. Monemur hic à noſtris præceptoribus, ne cogitatione Compoſiti ſeu coniuncti & è principijs ſimplicioribus orti fallamur, definitionemq; propoſitæ artis ſummum eius finem ſtatumq; complexam, pro compoſitis in arte rebus conturbemus. Omnia artium præcepta, etiam quæ de rebus minimis præcipiunt, ſunt coniuncta, hoc eſt, integræ ſententiæ & enunciationes è primis rebus, id eſt ex argumentis facta, & ſic etiam Definitio ac Partitio artis. Sed alia præcepta de ſimplicibus ac naturâ prioribus, alia de Coniunctis naturâ poſteriorib. præcipiunt: Definitio aūt & ſimplicia illa, & coniuncta pariter comminiore quodam ſymbolo ac quaſi faſciculo cōplecti tur, Partitio aūt vniuerſum ſtatū ſymbolo illo cōprehenſum ita in partes didicit, vt ſimpliciora à cōiūctis & re & ordine ſeparentur. Et Definitio in Poëtis, Reſpon.

Oratorib. & similibus scriptoribus, est qualiscunque integri comprehensio ac Propositio rei disputandæ. Nunc & in Synthesi, qui se hac vti dicunt, & in Analysi Definitionem & partitionem pariter præponunt quanquam hoc aliquando quidam aduersus Ramum non faciendū contenderunt, sed tandem concesserūt. Itaq; videdum ne hīc inuoluamur. Definitio artis nō est illud in arte compositum, quod ex eiusdem artis principijs nascitur: sed est generale axioma, vt cetera omnia eiusdem præcepta: at est alijs ideo gradu & ordine generaliq, quòd sit ipsa artis essentia tota, vno symbolo comprehensa, quæ partitione distinguitur; cùm cetera omnia sint de peculiaribus illius essentiæ particulis. Itaq; si Definitio & Partitio non prætermittitur, tum quò particulæ illæ pertinerent, ignoraretur. Præterea etiam, ne simplicium coniunctorumq;, & singularium generaliumque confusione conturbemur cauendum, vt initiò pag. 99. & paulò antè monui. Nam quod simplicia pro singularibus à quibusdam imprudenter sumta sint, hinc ordo inuentarum artium pro methodi specie, & tamen cū aliqua methodi forma confusus defenditur. Ergo Genesis seu synthesis & Analysis propriè quamuis compositionem, solutionemq; significāt, & præcipuè ad artiū vsum pertinent, quando nunc aliena exempla retexuntur, nunc propria cōponuntur: sed quatenus Methodi species factæ sunt, re & opere vnicam à generalibus methodum complectuntur, & vana è singulatium simpliciumq; confusione discrimine distinguuntur. Philippus Melanchthon sic in locis communibus,

Vera Analysis & gen.

bus, itemq; in Epitoma moralis philosophiæ initio vniuersum statum definitione complexus est, quem deinceps per partes explicat; qui ordo est generalis Methodi. Collatio vtriusq; huius methodi, quæ in exemplo de arte scribendorum versuum additur, alienam dissimilitudinem habet. Synthesis dicitur hic à syllabis ad pedes, & hinc ad versus progredi: rectè quidem, & hic methodi ordo est. Sed Analysis contrà à versi. ad pedes syllabas q; dicitur regredi: At hæc nō methodus est, sed communis facti operis dissolutio & & quidem longè dissimilima illius ordinis, quo ad finem definitione propositum sequentia deinceps præcepta referuntur. do.

PAE. 3. Vniuersalis Diæresis propositū definit, diuidit in species, rursumq; specierū inquirit inferiores species: quæ methodus Platonica appellatur 3. Vniu. Diær. Collat.

DIS. At hoc nostræ vniuersalis methodi proprium est: in qua nihilominus in partium specierumq; ordinatione à simplicibus fit progressus ad cōposita. Nulla alia methodus in vllo probato auctore deprehendi tur, nisi quod per crypsin, de qua ars præcipit, vsp iam immutatur. II.

PAED. PARTICVLARIS Methodus est ministra vniuersalis, seu Organō, seu via monstrās certam rationem tractandi partes seu membra vniuersalis methodi. Hæc Dialectica dicitur, & in Simplicem, Compositamq; diuiditur. His quoq; generibus subijcitur Oratoria Methodus. Particularis.

DISC. Mirum est rem naturâ formaq; omnino vnicam sic, tum à rebus propositis, in quibus tamen Respon.

eadem est, tum à partibus, quæ nullam habent cum ipsa affectionem, turbari & alienis differentijs secari. Sed de simplici Compositaq; suprà respondi: Perge tamen perstringere:

Simplex. PAE. Simplex rursum tum in Synthesin, Diæresin & Analysin, tum in mixtam diuiditur; Composita verò in Dialecticam, Sophisticam, & Apodicticam: quarum postea varij sunt rami. Nam quælibet harū spectatur vel in Disputatione, cùm plures de aliqua quæstione litigant; vel in Collocatione, cùm ipsi de rebus sine aduersario scribimus quicquā seriò, siue declamam⁹ ingenij excolendi gratia, vel in Examine eorum, quæ ab alijs scripta sunt, cùm verbo rem orationem detractis ornamentis retexim⁹. Neque tamen hæc de Oratoria Methodo, de qua infra, intelligenda sunt. Atq; illa Methodi dialecticæ species accuratissimè exponuntur.

Respon. DISC. Respondebo, vt & tu proposuisti, breuiter. Vnicam methodum generalem reuera esse, & quicquid in imaginarijs illis methodis methodicum sit, id illā ipsa omninò contineri, supra ostendi: sed paulò alia hic iam distinctio est: Attamen Methodi partes nō sunt Methodi. Particularis methodus hic fit Simplex aut Composita, vt supra in vniuersum ipsa methodus fiebat. Si igitur eadem res docentur, respondi suprà: sin diuersa, miror tot methodos esse, & earum alterū genus ab alijs præteritum. Particulari simplici tres species, vt & vniuersali, ijsdem nominibus tribuūtur: quæ, aut eadē sunt, & frustra repetūtur, aut diuersæ, & methodi, cùm Cōposita etiam triplici, Oratoriaq;

circiter

circiter quatuordecim existunt, aut deniq; methodi non sunt & pernicioſa commento iuuentuti obtrudũtur. Vniuersales tres fuerunt. Synthetica, Analytica, Diæretica: Particulares simplices totidem sunt ijsdẽ nominib. quibus quædam Copulata ex illis conflata additur. Composita triplex, Probabilis, Sophistica & Apodictica: & quælibet harũ rursus vel Disputatio, vel Collocatio, vel Examen seu Exegesis, Oratoria postrema est. Sed, vt breuiter conferam, in particularib. illis dialecticis methodis, Inuentionis & Iudicij Syllogistici quædam è logicis fontib. deductæ admonitiones, pro methodis, sed interim mixtis etiam quibusdam methodici ordinis indicijs, traduntur. De Methodi. Collat.

Primò Synthesis particularis est vel διηγηματικὴ, quæ rei simplicis elementa colligit, partes cõponit, antecedentia, coniuncta, & consequentia ponderat, finem vsumq; rei commonstrat: vel ὁρισμικὴ, quæ est certa via, res singulas definitione complectendi. At vtraq; argumentorum, non methodi doctrina est, illa eorum, quæ nominãtur, hæc definitionis. Nec vel peculiaria quædam argumenta exquirere, vel definitiones exstruere, est methodici ordinis: sed Inuentionis. Citatur Cicero in Topicis: at ibi definiendi modũ, non methodum tradit. 1. Synthe. Collatio.

Deinde Diæresis particularis dicitur diuidendi methodus: at illa Inuentionis distribuendi, nõ methodica varia axiomata ordinandi doctrina est, vt ipsa exempla & leges hic traditæ ostendunt. 2. Diæresin. Collat.

Tum Analysis particularis dicitur consistere in totius in partes sectione & enumeratione. At similiter 3. Analysis

liter Distributionis hæc, non methodi doctrina est, vt leges & exempla ostendunt.

1. Copulata didascalica ex illis dicitur constari, 2. quæ constet Definitione, Diuisione, Analysi. 3. Catagrapha, Definitio quærit, An sit res, quæ 4. nominis ratio, quid res sit? Diuisio species recitat, probat, declarat, comprobat. Analysis partes Causas, & effecta rimatur. Catagrapha adiuncta rei, cognata, adiacentia, & contingentia copulat. Singulis harum partiũ exornandi & amplificãdi gratia adhiberi possunt contraria, similia, pronunciata, exemplα, χρεῖαι. At illa est, quæ dicitur Thematis simplicis & Noua methodus, decem ab aliis, vel pauciorib. quæsti. descripta, sed hîc in quatuor quasi classes distincta. Estq; rei per locos inuentionis ad Methodi ordinem nonnihil distinctos, descriptio, vt supra dixi.

Collat. Noua.

Compositæ. De Compositα Methodo supra respõdi, Probabile, & Necessarium esse proprias Axiomatis affectiones, Sophisticã aũt è triũ generaliũ artium, abusu nasci, & sic nullas inde Methodi differentias esse posse. Quæ aũt de Demõstratione directa ducente ad impossibile, & coniecturali traduntur, ea nihil nouæ artis habent, sed sunt admonitiones de quibusdã tũ Argumentorum, tum Syllogismorum generibus accõmodãdis: qui fructus multò è generali logica facilius colliguntur. De litigantium Disputatione, de Collocatione simplicis expositionis, deq; Examine seu Exegesi, qua aliorum scripta retexuntur, respondeo illas similiter non Methodi species, sed vniuersæ Logi-

ca

De Methodi.

cæ operationes esse, quæ modis quidem, & axiomatici Syllogisticiq; iudicij, nempe vel alterius puri, vel vtriusque mixti accommodatione distinguantur, sed eâdem arte, eâdemq; methodi via perficiantur. Siue. n. solus, siue cum alio & quidem vel simpliciter exponendo, vel Syllogisticè concludendo disputes, eadem Inuentionis & Methodi arte vteris, sed exponis tantùm Axiomatis, cõcludis Syllogismis. Declamatoriæ argumenta certè eâdem methodo, quâ Ciceronis & aliorum orationes constant, adumbranda sunt. In Exegesi & interpretatione scriptorum Analysis tam specialium, quã generalium artiũ adhibetur, qua cuiusq; artis fructus ad suos fontes referuntur. Nec illa propriam methodum habet, sed methodũ logicam vnà cũ alijs fructibus in proposito opere retexit. Hoc aũt firmiter tenendum, ijsdem omnium artium præceptis & earum doctrinam, intelligentiamq;, & vsum, siue aliquid retexatur, siue componatur, constare. Mirum igitur est tot methodos fingi, & quãlibet doctrinam, tractationem, & artis operationem, vel illarum aliquam partem methodum nominari.

Oratoria Methodus.

PAED. Postremò de Oratoria Controuersiarum methodo, quæ superioribus subijcitur vel additur, considerandum, eam certis præceptis etiam informari; cùm in Ramea Logica vix indicatis quatuor Orationis partibus, adumbretur.

Respon.

DIS. Oratoria Methodus peculiaris nulla est, sed accurata generalis logicæ methodi in partibus illis Orationis obseruatio pro exemplo & vnicæ Methodi testimonio in Logica demonstratur.

Neq;

Neque hic vlla sunt, præter generales Methodi leges, peculiaria præcepta legitima: sed Oratorum prudentia è rebus subiectis & circunstantibus partes methodi vel perspicuè, vel quadam crypsi digerit, vt ars ipsa præcipit. Vide Dialect. pag. 468. &c. Quæ verò alij de Methodo Controuersiarum præcipiunt, ea vel sunt ex axiomatum, aut syllogismi affectionibus, vt de thesi, hypothesi, statibus, firmamentis & rationibus, vel sunt Consilia de partibus Orationis prudenter ad methodi leges ordinandis. Exordia Expositione, Ratione, Redditione, & Comprobatione dicuntur constare. At ea & communia sunt vniuersæ Orationis, nec ita in Exordijs continuantur. Exordium est generalissimus ingressus, summam vniuersæ Orationis plerumque Syllogismo, additis sæpè Dissentaneis vel Comparatis, ad auditores præparandos accommodans. Itaq; generali Syllogismorum arte, nisi nuda consistent Expositione, non illis legibus commodè retexuntur, vt tertio Tomo exemplis varijs demonstrabitur. Similia sunt Narrationis, ceterarumque partium consilia, nempe vel è communi generalium artium fructibus, vt de perspicuitate, vel ex axiomatum, Syllogismorum Methodiq; legibus deducta. Et mirum est, singularum partium methodum dici, cū ea sit in vniuersarum ordine. Sed hæc aliàs, Deo dante, in Rhetoricis repetitionibus, singulatim persequemur.

Collat.

Exord.

Metho. partium.

Sophistica

De Sophistica & Captionibus separata repetitione comparabimus: quod vt Orationis virtutes sic etiam

etiam captionum vitia, trium generalium artiū sint communia.

Quæ cùm ita se habeant, non modo omnium artium, sed omnium etiam rerum perspicuè docendarum & explicandarum, omniumq; ideo auctorū vnicam à generalibus methodum omninò communem esse concludamus.

Et quoniam puerilium Scholæ nostræ Disputationum repetitiones ad Logicæ finem perduximus, nos etiam, nostris præceptoribus & alijs doctis viris iudicium permittentes, finem comparandi faciemus.

Ἐπὶ πάντων ὁ θεός.

FINIS.

INDEX PRAECIPVARVM RERVM SECVNDAE partis: vbi numerus paginam, P. paginæ principium, M, medium, F, finem indicat.

A.

ABsurdum. 589. m. 598. p.
Accidens. 338. m. 347. f. 385. p. 587. p. 595. f. Actus. 588. m.
Adiacentia. 588. m. 594. m. 607. p.
Adiunctorum loco varij aliorum loci rectè comprehenduntur. 586. &c.
Adraſtea diſpoſitio logica. 50. f. Organi. 60.
Adraſtei logici. 54. p.
Adrianus Turnebus. 926.
Alexandrea logicæ & organi diſpoſitio. 51. m. 86. p.
Aduerſa. 718. f.
Ambiguorum diſtinctio. 333.
Anaxarchus. 43. p.
Analytica Ariſtotelis quid tractent. 72. 74.
Antecedentia. 590. 594. f. 598. f.
Antiſthenis Schola. 43. m.
Apologi & apophtegmata. 823.
Ἀπόφανσις. 842.
Archytas Tarentinus. 42. p.
Argumenti definitio. 61. f. 82. p.
Generalis ſignificatio non catachreſtica. 842.
Diſputatur. 309. &c.

Diuiſio diſputatur. 316. &c.
Argumenta Rhetorum, & Dialect. eadem. 143. f.
Argumentorum affectiones. 14. p.
Delectus & accommodatio. 145. 305. 772.
Accomodatio manca & diſtorta. 220.
Artificialium definitiones & diuiſiones diſputantur. 500.
Diuiſiones Rameæ in alijs ſparſim latent. 507.
Argumentatio an ſola iudicium. 837.
Diuiditur. 888. Species conferuntur. 900. &c.
Argumentatio vera in ſolo ſyllogiſmo. 889. f.
An in omni argumentatione medium. 897.
Argumentoſa oratio. 154. f.
Argumentum inſitum & aſſumptum. 319. f.
Ariſtotelis libri logici quot. 44. m.
Ariſtotelis ſtudium. 44. f.
Ariſtotelis ſectatores. 45. f.
Ariſtotelis libri corrupti. 47. p.
Ad analytica & topica an diſtincti. 240.
Ariſtotelis interpretes præcipui. 47. m. 48. m.
Ariſtotelicæ logicæ fructus. 44. f.
Ariſtotelicus vſus. 45. p.
Ariſtotelei diſsimiles. 49. p.
Ariſtotelei plerique ſeruli. 49. m.
Ariſtotelei Sophiſticam introduxerunt. 49. f.
Ariſtoteleorum de artis conformatione contentio. 50. m.
Ars quomodo definienda. 111. f. ſuo fine. 119.
Ars in ſuoi ypo depingendo verſatur. 122. f.

INDEX.

Ars certior dux quàm natura. 103. f.
Ars eadem theoriæ & praxeos. 30. 2.
In arte quid ponendum. 276.
Artes quomodo certis κριτηρίοις subiectæ. 4. 5.
Artes quibus principijs colligendæ. 18. f.
Artes generales. 38. 110. 169. 209. f.
Omnibus communes. 171. m.
In scholis prius docendæ. 156. m.
Sufficiunt absq; Rhetorum applicatione. 156. f.
Artes speciales. 38. m. 209. f. 172. f.
Artis definitio & diuisio. 37. m. f.
Artis & Scientiæ differentia. 32. 35. &c.
Artis partes finem spectent. 119. m.
Artium materia vnde colligatur. 29. p.
Artium iudicium in quo consistat. 29. m.
Artium demonstratio legitima. 30. f. 277.
Artium definitiones. 40. p.
Artium conformatio. 158. p.
Artium ad vsum accommodatio. 160. f.
Artium inuentio. 170. p.
Artium πορεία & progressus. 171. f.
Artium distinctio. 209. f.
Artium in Theologia vsus. 192. f.
Astrologia in Mathesi aliena. 39. m.
Auctoritatis vis. 821. 824. 825. &c.
A. Vessodus Rutenus. 84. f.
Augustinus Hunæus. 87. 94. f.
Axioma. 6. f. 73. 841.
An oratio indicatiua. 846. &c.
Ex nomine & verbo quomodo constet. 847.

Omnium modorum grammaticorum. 850.
Partitionem an requirat. 853.
An in verum & falsum diuidendum. 857.
Homogenium & Catholicum. 858.
Ἀδιόριστον infinitum. 871.
Axiomatis definitio à Piscatore quomodo emendata. 858.
Axiomatis seu propositionis species. 865. &c.
Vinculum an Grammaticum. 868. &c.
Veri diuisio. 859.
Leges disputantur. 861. &c.
Contradictio & antithesis. 855. 856.
Axiomaticum iudicium quid præstet. 83. p.
Est in syllogismi partibus. 246. p.
Axiomatum seu propositionum diuisiones ex alijs. 875.
Modi seu modalia. 878. &c.
Oppositio, Aequipollentia, Conuersio. 883. &c.
De axiomatibus quærendi formæ. 877. 885.
Axiomata contraria humanæ rationi logica non negat. 186. 187.

B.

Biblia quomodo expressa. 172. p.
Biblia & prophana scripta eodem instrumento retexuntur. 182. f.
Biblia Metaphorica continent. 190. 191. p.
Biblia diuino sensu logicè retexenda. 193. p.
Boetius. 76. p. &c.

C.

Casparus Rodolphus. 94. f.

INDEX.

Categoriarum tabula. 465.
Categoriæ archytæ. 64.m.
Non sunt ars peculiaris. 402.
Categoriæ partem logicæ non faciunt. 67.416.434.
Ad locos & fontes collatæ. 452. 465. in tabula.
Quomodo explicandæ. 356.
Disputantur, à pag. 393. vsq; ad pag. 465.
Artes omnes sunt categoriæ. 411.
Categoriarum vtilitates. 443.
Argumenta cum rebus in Categorijs confusa. 432.
Caussarũ genera in Rhetorica angusta nimis. 145.f.
Caussæ definitio. 510. Regula. 511.
Dichotomia. 515.
Diuisiones variæ. 512.&c.
Caussarum Maximę. 570.
χρεῖαι. 823.
Cicero generalem topicam ad quæstiones accommodat. 219. m.
Cicero in verã artium distinctioné incidit. 146.m.
Ciceronis topicorum ordo. 60.
Circumstantia. 587.595. m.
Cognitio quotuplex. 9. p.
Cognitionis initium à sensibus. 15.p.
Cognitio omnibus artibus proposita. 209.f.
Cognoscendi instrumenta. 22.p.
Cognoscendi modus. 23. p.
Commenta hominum. 173.f.
Comparatorum disputatio. 736.
Maximæ. 744.747.&c.
Comparatæ quæstiones. 770.774.

Coniugata. 780.
Maximæ. 783.
Conſequentia. 590.594.598.f.
Cornelius valerius. 78.f.306.
Connexa. 588.595.
Conſentaneorum diſputatio à. 509.vſque ad 609.
Contingentia. 588.
Contradictio topica & axiomatica. 719.855.
Contrapoſitio & Contrarius ſenſus. 727.
Contrariorum diſputatio. 713.714.&c.
Maximæ. 722.
Corax & Tyſias Rhetores. 141.m.
Conciones cauſſarum generibus non ſunt affringendæ.

D.

Definitio principium. 7.p.
Dialecticæ diſputatur. 97.& deinceps.
Et diuiſio ab inuentione non ſeparanda. 786.
Ipſa diſputatur inter argumenta. 810.
Ibi nominis & rei.&c.
Demóſtratio Ariſtotelica, ſophiſtica. 218.244.921.
Demonſtrationis fruges ſelectæ, ſentes reſectæ. 92.6.
Dialectica naturalis. 10.m.
Artificioſa. 11.f.
Quomodo conformanda. 12.13.
Rationis effigies. 57.
Dialectica vnde haurienda. 12.
Quomodo verborum. 710.
In quo verſetur. 101.

Finem

INDEX.

Finem assequitur. 102.
Dialectica & logica idem significant. 130.f.
Dialecticæ auctorum catalogus. 74.92.m.
Dialecticæ definitio præeedet. 97.90.f.
Dialecticæ vera definitio. 40.p.51.p.54.f.60.p.
75.f.79.m.81.f.100.m.105.m.107.m.&c.
Dialecticæ variæ definitiones aliorum. 60.p.61.p.
86.p.87.p.107.p.f.108.m.113.
Falsa Hispani notatio. 86.p.
Dialecticæ seu logicæ forma, finis & subiectum.
105.m.106.109.194.
Dialecticæ & Rhetor. discrimen vulgare. 127.m.
Dialecticæ solius disserere. 128.m.141.p.146.f.
Dialecticæ partitio vera. 51.p.54.f.60.f.61.m.75.f.
79.m.81.f.86.m.
Disputatur. 229.&c.
A Deo ipso in Exodo significata. 247.p.
A natura expressa. 232.&c.
A Socrate, Platone, & alijs probata. 247.m.
A Scholis Aristotelicis quomodo probata. 249.p.
Est dichotomia ex contrarijs. 253.m.
Partes præceptis distinctæ, sed vsu coniunctæ. 251.
A Quinctiliano confusæ. 260.f.
Partitiones aliorum. 60.61.m.296.
An Analytica & Topica Dialecticæ species. 234.
Dialectici. 4.Instrumenta.68.p.327.
Dialecticæ Rameæ capita. 82.f.83.m.
Dialecticæ elementa. 230.m.
Διάνοια. 20.
Dianoiæ Syllogisticæ officium. 25.m.

Διανόησις. 837.
Dianææ definitio. 886.
Dichotomia. 887.
Διάνοια quid. 25. m. 73. m.
Dianoetici Iudicij cum aliorum principio collatio. 26. p.
Differentiarum instrumenta. 334. 711. 728. f. &c.
Dicere quid Ciceroni. 142. 146. p.
Dilemma. 910.
Disparata. 711.
Dissentaneorum disputatio. 609. p.
Collatio ex diuersis edit. 700. &c.
Proprietatum regula. 706. p.
Maximæ. 720. &c.
Diuersa. 708.
Distributionis disputatio. 785. &c.
Lex cum definitione communis. 787. f.
Diuidendi leges. 809.
Differere quid sit. 114. 115. m. Tropus. 115.
Dispositio eodem sensu pro iudicio. 829. &c.
Dispositio medij an caussa consequentiæ. 890. &c.
Dotes hominis quales. 169. f.
Doctrina quid & quotuplex. 9. p.

E.

Efficiens προηγουμένη, προκαταρκτική. 526.
Efficientis disputatio. 522. Modi. 523. alijs genera. 524.
De effectis disputatio. 550.
Elocutio. 144. p.
Eloquentia quid. 149. m.

Elo-

Eloquentia cùm Philosophia conlũgenda. 149. f.
Εικασία. 5.f. ab Ramo cur præterita. 26.p.
Empedocles Pijth. 41.f.
Εμπειρία. 18.
Enunciatum. 841
Enumeratio. 913.
Enthymema multiplex. 900. &c.
Επαγωγή 18.
Ερμηνεια. 842.
Erasmus Sarcerius. 93.f.
Etymologia. 781.
Eubulidæi non veri logici. 187.f.
Eubulidæi in Ecclesia pernicioſi. 187.f.
Euclidis Schola. 43.p.
Exempla Rami non abecedaria in log. 55.p.56.f.
Exempla aliorum qualia. 56.f.
Exempla Rami vnde. 57.f.
Exemplum pro argumentatione. 905.
Experientia. 3.p.824.p.
Experiendi & pernoscendi rationem eadem. 3.f.
Experientiæ & doctrinæ discrimen. 31.p.

F.

Fabulæ. 823.
Facultas cognoscendi vbi. 23.p.
Fallaciæ. 55.p.
Finis Dialecticæ bene disserere. 102.f.116.f.
117.p.114.m.
Finis solius Syllogismi demonstratio. 123.m.
Finis logicæ varius constituitur. 56.m.57.p.
Finis artium erit certus. 123.p.

Finis extra artes non est. 122.m.
Finis medicinæ. 123.f.
De Finis definitione, & diuisione disputatio. 541.&c.
Forma definitionibus explicanda. 135.m.
Formæ disputatio. 534.&c.
Franciscus Byrseus. 80.p 307.
Franciscus Hotomanus. 80.m.307.
Franciscus Fabricius. 84.f.
Franciscus Titelmannus. 92.f.

G.

Genus & Species disputantur. 791.792.797.
Eorum Maximæ. 804.
Plus in specie, quàm in genere. 790.
Georgius Cassander. 94.p.
Georgius Valla. 77.f.
Georgius Trapezuntius. 76 f.
Gnomæ. 823.
Godescalcus Prætorius. 94.m.
Gorscius. 79.f.205.
Grammaticæ definitio. 40.p.110 p.

H.

Habitus organicus. 254.m.255.f.833.
Habitus actusque differendi. 261.f.
Habitus caussæ. 262 f.
Heraclitus Pyth. 41.
Henricus Schorus. 84.m.
Hieronimus VVildenbergius. 94 f.
Hiperius. 29.p.
Hypothesis. 7.p.138.m.196.m.210.f.

INDEX.

Hypotheſes non tantũ differit orator. 138.m.211.m.
Hypotheſis genera. 210.f. Confectio. 140 p.
Hypotheſis axioma ſpeciale. 211.m.213.p.

I.

Iacobus Carpentarius. 926.
Iacobus Schecius.
Identitatis ſeu vnitatis inſtrumenta & iudicium. 334 591 728.
Identitatis modi. 334.591 729.
Imparia. 741.
Impoſsibile pro argumento. 589.598.
Impoſſibile axioma. 859.
Inartificiale argumentum. 818.821.
Individuum eſt ſpecies. 801.
Inductio. 5.m.789.902.
Intellectus ordinis quid. 4.f.
Integrum & Membra. 791.
Eorum Maximæ. 796.
Inuentio vulgo nimis angusta. 56.p.68 f.
Inuentio Rami generalis. 82.f.
Vna communis. 457.
Inuentio. 60.f. 82.p. Natura prior. 299.p. 300.
Recte definita. 63.p.
Inuentionis elementa. 66.p.
Inuentio Rami vnde collecta. 68.69.
Inuentionis Rameæ & aliorum capita. 106.f.
Inuentio & diſpoſitio à Rhet. alienæ. 203.f.208.f.
Inuentio Thema ſimp. conſiderat. 174.f.
Inuenire quid. 174.f.
Inuentionis officium. 175.p.
Inuentio argumentorum facilior.

Ioachimus Perionius. 926.78.m.
Ioannes Sturmius. 77.f.
Ioannes Monhemius. 78.f.
Ioannes Thom. Freigius. 84.f.
Ioannes Cæsarius. 92.f.
Ioannes Spangenbergius. 93.f.
Ioannes Riuius Attend. 94.p.
Ioannes Hospinianus. 94.m.
Ioachimus Ringelbergius. 93.f.
Iodocus VVillichius. 78.p.
ἰσορίας vis. 17.
Iudicium in dispositione. 895.f.
Iudicij definitionis analogia. 833.
Generum collatio ex alijs editionibus. 836.
Iudicium. 70. 71. 72. p. Disputatur. 818.
Iudicium logicum est de formādo iudicio. 259.m.
Iudicium aliarum artium est formatum de exemplis iudicium. 258.m.
Iudicium in genesi & analysi consistit. 832.m.
Iudicium habitus, actus, energia. 833.
Iudicare quid. 174.f.
Iudicium Enunciationis, & commētationis. 840.f.
Iudicij axiomatici officium. 175.f.
Iudicij appellationes. 893.
Iudicij primi à secundo distinctio. 886.
Iudicium Syllogisticum & Methodicum. 176.m.f.
Iudicium Thematis simplicis & compositi consideratur. 203.f, 208.p.
Iuris prudentiæ conformatio. 159.p.
Iustus Vulteius. 80.m.

Ka-

INDEX.

K.

Κατὰ παντὸς lex. 20.f.
Καθ ἑυτὸ. 20.f. } Leges artes iudicãdi. 21.
Καθολσ πρῶτον. 20.f.
Κεχρομμένα. 3. p.

L.

Laurentius Valla. 76. m.
Λῆμμα. Λῆψις. 842.
Loci interni & externi: personarum & rerũ. 320. f.
Locus logicus est subiectum tertij modi. 595. f.
Logica naturalis omniũ artium principium. 14. m.
Logica Apodictica. 51. f. 54. m. 86. p. 116. m. 124. f. 130. m. 921. 927. &c.
Logica Topica. 51. f. 54. m. 86. p. 116. m. 124. f. 130. m. 921.
Inde partitio falsa. 116. m. 124. f. &c.
Ligica generalis. 57. p. Generalissima & altissima. 460. f.
Logica certis Quæst. non astringenda. 110. m. 111. p.
Logica quo sensu trium artium generalium nomẽ constituatur. 132. f.
Logica è sacris litteris obseruata. 191. m.
Logica quare Spiritus. S. vsus. 191. f.
Logicæ primi auctores. 40. f.
Logicæ Peripateticæ reliquiæ nullæ præter Porphyrium & organon. 46. m.
Logicæ descriptionis varietas. 56. p.
Logicæ naturali ordine descriptæ tabula quadruplex. 60. 61. & deinceps.
Logicæ inuerso & mixto ordine descriptæ tabula qua-

quadruplex. 86.87.&c.
Logicæ definitionis illustratio. 136.p.
Logicæ ad res applicatio. 179.f. 180.p.
Logicæ fructus. 186.p.
Logicorum Scholæ quinque earúque fructus. 41 42.43.44.&c.
Loci Dialecticorum sunt fontes argumentorum Rhetoricorum. 145 m.
Locorum ordo ad rerum naturam accommodatus. 502.
Loci doctrina logica est. 584.
Lucas Losius. 94 p.

M.

Magistri officium. 160.f.
Maius & minus. 742.
Malcus Porphyrius. 76. p.
M. Tullius Cicero. 74.p.
Materiæ disputatio. 530.&c.
Maximarum disputatio. 530. Alia.273.
Maximæ non consequentiæ, sed argumentorum, & axiomatum vim demonstrant. 265.f. 286.835.
Maximæ in Ramo. 269.m.
De maximis Aristotelis,& Rami consilium. 274.
Veræ Maximæ. 277.f.278.m.748.f.
Maximæ Rameæ enumerantur. 278.
Verarum maximarum ab alijs discrimen. 287.p. Diuersitas. 289.&c.
Maximæ Caussarum & Effectorum. 570.

Me-

Medicinæ conformatio. 150.f.
Memoria. 144.p.
Methodus vnica attingitur, disputatur, & cum varijs vmbris comparatur. 25. 75. 83. 99. 212. à pag. 944. ad finem.
Modi finiti in grammatica partitio vana. 848.f.
Mores. 588. 594.
Motus doctrina generalis logica est. 553. & deinceps.
Musica in Mathematicis non numeranda. 39.m.

N.

Naturalis cæcitas. 177.f.
Naturalis logicæ progressus. 839.
Necessarij & contingentis semina in Inuentione, iudicium in axiomate. 238.859.
Necessarij & contingentis inueniendi concludendique ars eadem. 240.&c.
Necessarium in argumentis positum. 589.
Νοῦς. 22.m.
Νόησις κριτήριον. 4.f.
Νόησις quid. 20.837.
Νόησις materiam artium indicat. 20.m.
Νοητικον iudicium, cui principio respondeat. 21.m. Quid. 841.p.
Nomen rei. 781.
Nominis multa significantis diuisio. 809.
Non Ens. 137.m.
Notatio & eius Maximæ. 781.784.
Notitiæ an ignoratæ. 21.f.

O.

Obiectum est subiectum. 585. 596. m.
Obligationes. 824.
Oppositа. 705. p.
Orator à Philosopho arte non distinguitur. 147. m. 149. p.
Ortorum disputatio. 776.

P.

Parœmiæ. 827.
Paria. 740.
Petrus Nunius Velius 94. f.
Petrus Hispanus. 86.
Petrus Gallandius. 926.
Patriarcharum institutio qualis. 153. f.
Περὶ ἑρμηνείας libri quid tractent. 72. p.
φαινόμενα. 2. f.
Philippus Melanchton. 92. f. 305. m.
Philosophiæ definitio vulgaris. 31. f.
Philosophiæ partium, & habituum intelligentiæ appellationes communes. 31. f.
Illarum differentia vulgaris. 32. p.
Philosophiæ variæ partitiones. 32. 33. 34. 36.
Philosophiæ notatio. 35.
Philosophiæ subiecta materia. 34.
Philosophiæ è P. Ramo vera partitio. 37. f.
Piscator. 842. 844.
Platonis Schola. 43.
Platonis elogia. 153.
Postulatum. 7. p.
Prædicabilia Porphyrij. 62. m. 88. p.

Hæc

INDEX.

Hæc adiuuent reuocanda. 62.64.
Ad fontes relata in tabula. 366.
Ad prædicabilia responsio. 64.
Disputatio. 337.
Prædicabilium demonstrationes refutatæ. 339.
Vtilitates. 343.353.
Prædicabilium & prædicamentorũ discrimẽ. 399.
Prænotionum genera. 2.m.
Præcognitarum sententiarum distinctiones. 6.p.
Prædicationes. 338.Veræ.341.359.799.
Præiudicia. 823.
Principia quæ & quot. 2.p.
Principia vbi explicentur. 2.m.
Principiorum notitia quid. 4.m.
Principiorum Ramea explicatio. 9.f.
Principia theorica & cognitionis. 6.15.22.
Principia practica. 6.iudiciaria.22.
Principium Theologiæ. 173.m.
Principium humanarum artium. 173.
Principiorum gradus. 14.f.
Principiorum distinctiones inanes. 29.f.
Priuantia. 720.
Pronunciatio. 144.p.
Proportio. 776.
Propositio pro axiomate definitur. 845.
Propositionum abundantia & delectus. 328.331.
Proprium. 590.608.
Protagoras Physicus. 42.m.
Pugnantia. 712.
Pyrrhonis Schola. 43.m.

Q.

Quæstionum disputatio. 193. m.
Quæstionum diuisio. 63. f. 87. 195. f. 196.
Et deinceps refutatio. 198. & deinceps ordine.
Quæstionum vera distinctio. 67. f. 202. f.
Quæstionum doctrina dialecticę propria. 139. m.
Quęstionum genera vni arti subiecta. 139. f.
A. Rhet. aliena. 146. m. 164. p.
Quæstio simplex nulla. 207. m.
Quæstio est enunciatum. 207. f.
Quæstionis & enunciati discrimen. 207. f.
Quæstionem specialē differendi modi varij. 213. m.
Genera intricata. 198. p.
Doctrina separata ab arte aliena. 201. f. 202. m.
Quæst. doctrina est axiomatum doctrina. 204. m.
Quando categoria in adiuncto. 596.
Qualitas & Quantitas. 738.
Quinctilianus. 76. p.

R.

Rameę logicę materia & forma ex Aristotele deducta est. 246. f.
Rami studium in logica. 53. m. 81. m.
Rami logicę conformatio & ordo. 54. m. 61.
Ratiocinatio Rhetorum. 920.
Rationis vis & congruentia. 165. p.
Rationis infirmitas. 174. m.
Rebus diuinis argumenta & iudicij leges possunt accommodari. 189. p.
Relata. 716. Relatorum lex propria. 718.
Relatio quomodo in argumentis insit. 707.

Sed

Sed intellige vim facultatemque arguendi in solis Relatis in ipsa relatione sitã, in cęteris verò omnibus ab hac distinctam esse.
Repugnantia. 599.705.712.
Rerum distinctio. 168.p.
Rerum explicandarum instrumenta. 169.f.
Res sub sensum non cadentes. 15.m.
Res diuinæ & Humanæ. 80.81.
Res præcognitæ. 2.f.
Rhetorica non differit. 128.p.142.m.
Rhetorica vulgo confusa. 141.f.
Rhetoricæ forensis conformatio. 142.f.144.m.
Rhetoricæ ornatus proprius. 140.m.154.
Rodolphus Agricola. 77.f.
Rodolphi Agricolę industria. 53.m.
Rolandus Makilmenęus. 85.p.

S.

Sacræ litteræ augustissimę. 168.m.168.f.178.p.
Sapientia diuina, humana. 181.m.f.
Sapientia diuina vel humana differere. 179.p.m.
Sapientiæ diuinæ & humanæ discrimẽ. 168.p.181.f.
Scholarum benè institutarum conatus. 149.f.152.f.
Scholæ triuiales. 150.m.
Schola Tremoniana. 150.151.
Sensilia sunt subiecta. 596.m.
Sensus vis. 15.p.
Sensus principiorum primum. 17.f.
Sententia Platonis & Aristotelis de principiorum notitia. 21.f.22.p.
Sententiam quam docti sequantur. 23.f.

Sententia pro axiomate. 846
Sexus. 589.594.
Signa. 589.597.
Similia & dissimilia. 743.
Eorum maximæ. 774.
Socrates logicæ perfector. 43.p.
Sorites. 907.
Speciei & numeri differentia conficta. 802.
Specierum differentia. 790.800.f.
Subiectum Dialecticæ & Dialectici disputatur & distinguitur. 133.&c.
Subiecti præceptum in artibus alienum. 200.m.
Subiectum Dialecticæ generale. 63.m.
De subiectis & adiunctis disputatio. 581.
Eorum modi. 593.Maximæ.606.&c.
Syllogismi doctrinæ disputatio. 885.
Definitio disputatur. 914.&c.
Partitio omissa. 916. Crypses. 919.
Species. 920.
Partium appellationes & definitiones. 917.&c.
Syllogismi necessaria consequentia non facit axioma necessarium. 881.f.
Syllogismi structura, & iudicium an distinguenda. 896.f.
Syllogismus solus consequentiæ regula. 270.
Syllogismus simplex ex partibus compositis. 920.
Syllogismus triplex, Apodicticus, dialecticus, sophisticus. 54.71.921.
Discrimen eorum. 7.8.54.872.
Syllogismus simplex, coniunctus; Categoricus purus

INDEX.

rus vel mixtus,& hypotheticus. 921. & deinceps.
Syllogismorum modi. 933.
Reductiones & conuersiones. 935.
Figuræ. 936.
Syllogismi compositi disputatio. 936.&c.
Syllogisticum,iudicium vbi adhibeatur. 83.m.
In Syllogismo quid & quomodo negandum. 266.m.
Συμπαρατήρησις. 3.f.

T.

Tabulæ variæ conformationis Dialecticæ.60.86.p.
Tabulæ. 824.
Tabulæ prædicabilium. 366.
Tabulæ prædicamentorum. 465.
Tempus. 588.596.
Testimonlorum disputatio & tabula. 820. Maximæ.824.
Thema. 194.m.
Thema simplex. 63.p. 204.p.
Thema compositum. 63.204.m.
Thematis diuisio in Dialectica nõ adhibẽda.206.p.
Thematis simplicis nulla tractatio. 205.p.208.m.
Theologia vnde. 159.164.f.
Theologiæ definitio. 181.f.
Theologia θεοπνευστὸς 164.f.
Theologiæ & philosophiæ dissimilitudo. 166.m.
Theologiæ famula philosophia. 192.f.
Theologia cũ philosophia non cõfundenda.166.f.
Theologi logica non instructi. 187.f.
Thesis. 6.f. 210.f. 138.m. 196.p.

INDEX.

Thesis confectio. 140.p.
Thesis axioma generale. 210.f.213.p.
Theses etiam differit orator. 147.m.211.m.
Topicorum libri quot. 66.p.
Eorum inuentiunculæ concisæ. 66.m.
Totum & pars. 788.

V.

Violatio. 912.
Vitæ genus. 595.f.
Voluntatis peruersitas. 177.f.178.p.
Vsus. 27.m.28.41.f.42.f.45.p.56.m.57.58.170.f.&c.
Vsus logicæ in quibus florentissimus. 157.f.
Vsus logicæ in Theologia. 159.m.160.
Vsus logicæ in alijs artibus. 162.p.
Vsus logicæ in docendo. 162.m.
Vsus log. in Medicina & iurisp. 163.p.
Vsus Ramo externum principium. 26.

Z.

Zeno Eleates inuentor logicæ. 42.p.
Zenonis discrimen Dialecticæ, & Rhetoricæ falsum. 127.m.

FINIS.

Soli Deo laus & gloria,
Amen.

Dictionarium quatuor linguarum
Testamentum graecum et latinum
Virgilium
Terentium
Dialecticam Snelij
Dialecticam Trevtleri
Dialogos Sacros.
Dialogos Ludo.
Grammaticam Graecam
grammaticam, Philippicam
Orationes, Pro Catilina

Stellar numerus ... non potest nos
Cabant c. st. : si in tabriaverum
mundi partem.

Magistratus, Scholas et earum cultores
singulariter fovere
debet

III

Poeta nasci in Oratoris
tria plus valet.

Virtus est vitium fugere sapientia prima
stultitia caruisse vacat pergit et discere
Flaccum

Flores sparsi Zutara ...
...